Jurisprud.

5730
R
27344

Theophili Pauli Christii Coburgensis.

Onoldibaci M. Sept. a C.N. ↀIↃCCLXI

Editio elegans et rara.

R M. b. 38. fol.

24°

J. Volkamer von Nürnberg
Heidelberg im Januar
1617.

gekauft 1[illegible]

A. Bibliothek 1847.

D. ANDREAE ALCIATI IVRECONS. CLARISS. AD RESCRIPTA PRINCIPVM COMMENTARII.

DE SVMMA TRINITATE.
DE SACROSANCT. ECCLE.
DE AEDENDO.
DE IN IVS VOCANDO.
DE PACTIS.
DE TRANSACTICNIB.



BIBLIOTH. ACAD. DEM. GORPAT.
Acc. 19716.

SEBASTIANVS GRYPHIVS
GERMANVS EXCVDE
BAT LVGDVNI,
ANNO
M. D. XXX.

Cum Gratia, & Priuilegio Regio, quemadmodum & alia.

AMPLISS. REVER. Q. PATRI. P. A' CAESIS,
SS. RO. ECCL. CARDIN. DIGNISS. ANDR. ALCIATVS IVRECONS. S. D. P.

QVVM HOC anno, ampliss. pater, ordinario profitendi munere Iustiniani Codicis primam partem assumpsissem, continuoq; ductu quatuor integros secundi libri tractatus absoluissem, & quibusdam ex causis maturare æditionem compellerer, tu potissimum occurristi, cui nostras hasce lucubrationes dedicarem. Inscribunt alij commentarios suos summis uiris, solum ut eorum gratiam fauoremq; sibi comparent: Ego uerò id, ex ueterum iurisconsultorum more, potius consilij accipiendi, iudicijq; subeundi causa faciundum duxi. Sic enim ex nostris Sex. Pomponius ad Q. Mutium, itemq; ad Sabinum scripsit: Sic ad Neratium Iulius Paulus, ad Ferocem Iulianus. Quod si qua unq; in iure ædita sunt, quibus cõsilio, patrocinio, iudicio opus esset, hæc nostra præsertim eiusmodi uidẽtur: recedunt enim non modicum à communi nostratium orbita, ueteremq; methodum recentiorum incuria amissam, perditam, cõquinatã, aliqua ex parte renouant, & in usum reducunt: unde meritò suspicari potui, plerosq; fore accusatores, & eos quidem non uulgares uiros, à quibus me tueri absq; præstantissimi alicuius uiri ope non possem: quam personam ut tu sustineas, etiam atq; etiam rogo: poteris enim, qua doctrina, eloquentia, prudentiaq; polles, id facillime, ut qui legalem hanc scientiã domus tuæ alumnam habeas: quam tanta gloria præstantissimus ille pater tuus Angelus olim pertractarit, ut sui seculi eloquentia nõ contentus, ueteres illos fori togatos uel æquaret, uel uinceret: cuius uestigijs te insistentem, eademq; uadentẽ uia, ad Cardinalis dignitatis culmẽ euexit uirtus. Nam de fratre tuo Federico, Tudertium Antistite, quantum sperandum sit, qua pietate Deum colat, qua humanitate doctissimos quosq; excipiat, quo iudicio utriusque iuris studia pertractet, non semel prædicaui. Ego certe ex tot auditoribus neminem hactenus habui, quo de magis gloriarer. Sed de his aliàs. Excipias igitur serena fronte, qualecunq; id opus, & nominis tui autoritate defendas, tandemq; in bybliotheca tua reponas: qua cultior, copiosior, bonisq; autoribus instructior nulla alia est. Mittimus tenues operarij huius anni hoc ad te pensum, modica certe, id est pro opibus nostris, munera: addidimus paucula, uelut auctarij uice, à nobis de summa Trinitate & sacrosanctis ecclesijs priuatim composita, quo tempore in uniuersum iuris corpus similia glossemata meditabamur: à qua spe quũ propter publicas temporum nostrorum, tum propter proprias calamitates iam diu excidimus: ea, uel religionis nomine, gratissima amplitudini tuæ arbitror futura. Vale. Ex celeberrima Biturigum Gallorum Academia. Cal. Septembrib. M. D. XXX.

AD LECTOREM.

VIDEO Lector optime, aduersus M. Catonis præceptum in præsentia mihi agendum, & culpæ excusationem præpostere adducendam, quam si hasce lucubrationes suppressissem, omni eius suspicione uacare potuerim. Nec enim me latet, eum qui aduersus receptam aliorum consuetudinem innouare aliquid uelit, ambitionis, aut temeritatis notã non carere: ut qui à maiorum institutis se subducere, & longo usu iam exploratã, pro incertis damnare ausit: soletq; plerunq; id genus hominibus hoc contingere, quod coruo albo accidisse in fabula traditũ est, ut à congeneribus auibus, tam quàm dissimilis, uellicaretur: alijs autem nihil ideo minus suspectus esset. Sic enim & mihi metuendũ uideo, ne latine, breuiterq; de iure disserendo, aliquorũ nostri ordinis professorum offensionem incurram: nec idcirco tamen elegantiorum literarum studiosis satisfaciam, qui sermonis puritatem alio in amœniore argumento percipere, quàm in tetrica hac, horrentiq; legũ sylua conuersari malint. Sed certe non adeo mihi curæ est, quid hi de nostris studijs sentiant, qui à iuris disciplina abhorrent: abundeq; mihi satisfecero, si cõsilij mei rationem nostræ classis hominibus probare possim. Quum superiore anno accersitus in Butirigum academiã uenissem, tumq; tertius Pandectarum tomus pro lege gymnasij explicaretur, ego de uerborũ obligationibus ea responsa interpretanda suscepi, quæ à Bartolo & recentioribus copiosius acutiusq;, ob materiæ subtilitatem, explanata fuerant: qualia sunt, quæ ad purgationem moræ, quæ ad pœnalis stipulationis commissionem, quæ ad fideicommissorum renuntiationem attinent. Eò, ut fit, siue ob qualemcunq; nominis nostri celebritatem, siue ob rei nouitatẽ, quæ curiosos omnes solet allicere, undiq; ex Gallia & Germania, nobilissimi, itemq; doctissimi auditores conuenerant: qui quum paucos menses docenti mihi semper præsto fuissent, tritaq; nostratibus doctoribus

II-IV B
3018
118309525

AD LECTOREM.

ribus orbita incedentem, sectari utcunq; uiderent, his ducibus, qui inter eos erant maioris autoritatis, ferè secessionem facere cœperunt, expostulãtiq; causam, huiusmodi reddiderunt: Nos ad nominis tui famam huc ALCIATE conuolauimus, quòd non uulgaris te doctrinæ specimen dedisse, iam diu ex æditis à te operibus perspexeramus: nec enim nobis persuaderi poterat, te qui duodecimo ab hinc anno ius nostrum eleganter latineq; tradere institueras, huiusq; argumẽti Paradoxa ædideras, non lõge meliora, cultioraq;, iam maturiore cõsilio, noua quaq; fœtura pariturum: ita enim iudicamus, ea quæ tunc ædidisti, si ad præsentem tum indicaturam æstimentur, non sanè plurimi facienda fuisse: si uero ex indole & futuri prouentus spe censeantur, utiq; esse pretiosissima. Hosce nos uberes fructus in præsentia à te expectabamus, hacq; fiducia ducti, tantum iter summis difficultatibus, maxima rei nostræ iactura emensi fueramus, quæ tanẽ spes nos hactenus (ut dicitur) decollauit: quod eò nobis iniquius ferẽdũ est, quò id te spõte & dedita opera peccare omnes scimus, qui quos in pectoris tui penu thesauros habes, ceu Plautinus ille Euclio supprimas, nec in apertũ referre, expromereq; nobis uelis. Legimus apud Platonem, eos qui poëtas interpretantur, proximos calori poëtarum accedere: Cur tu, qui ueteres Iurisconsultos nobis exponis, quàm simillimus illis esse non affectas? Quid absurdius, quàm eum, qui optima quæq; in manibus habeat, non ea ad imitandum proponere? Non est igitur quod secessionẽ hanc nostrã accuses, sed teipsum potius, qui Chium illum negotiatorem imitaris, qui quum optima, primæq; nobilitatis uina haberet, secundaria, uappamq; bibebat: à quo seruus quum fugisset, scisciterenturq; quisnam, quid ita dominũ dereliquisset? quia inquit, quum bona ei plurima essent, mala tamen conquirebat. Nostrum non est rationem docendi præscribere, hacq; in re tibi præire (scis enim ipse melius, quid nobis utilissimum futurum sit) Sed tamen uidemus aduersus legum scita, quæ ipse tractas, non te solum, sed & cæteros recentiores facere. Iussit Iustinianus, ut eius uerbo utamur, κῦρι πόδα interpretationes fieri, ijsdemq; nos uestigijs quibus ueteres insistere: at quid magis semotum ab antiquorum cõsuetudine esse potuit, quàm toto anno decem leges explicare, uerbosoq; commentarios conficere? Cœperunt quidem Pyleus, Accursius, Azo, & glossemmatici alij, quod in se fuit, leges ad literam declarare, nec infeliciter id eis succesit negotiũ: subsequutus est Bartolus, quosq; didascalicos doctores recte dicemus, quales Castrensis, Alexander, Iason, qui certis doctrinarum limitibus, cancellisq; ius nostrum concluserе, & hi nõ parua laude digni, & suo seculo principes literarum habiti sunt. Quid nobis cum nouissima hac opiniosorũ secta, à non multis annis cœpta, adeoq; in præsentiarum notabiliter aucta, ut ducibus quibusdam recentioribus, modũ omnem excesserit? tamq; in perniciem studiorum prorsus tendat? Cuius professores se subtiles prædicant, quum futiles potius esse appareat: ut qui proximitate uirtutis cõmendata uia, ad uitium ducant. Quid facilius, etiã uulgaris ingenij uiro, quã nouas excogitare sententias? Id enim omnibus naturale, tralatitiumq; est: Vnde & Græci peculiari uerbo homines ab inuentione alphestas uocant: apparetq; qui plurimũ hac in re excedat, insanæ esse mentis, & eo ultio laborare, quam phantasiam Græci, Plinius sapientiæ morbum uocat. Est enim iudicij ipsius error, qui hoc modo, etiam ab imperitis, confestim deprenditur: quòd quæ unus tradit, alius confutat, nec unquàm satis concordes sunt. Videmus ex professo recentissimos quosq; fœtus uiperarũ more parentibus exitiosos esse, quiq; ætate posteriores sunt, seniorũ sententijs aduersari, omnemq; horam, quam doctrinæ impendere debuerant, contradicendo eximere: at istos rursus ab alijs conuelli. Quod ergo certius de eis iudicium feremus? quàm quod de Græcis historicis doctissimi Latinorum tulere? Nempe ut ubi cõueniunt, eis assentiamur: at ubi simul altercantur, omnem abrogemus fidem, postquàm eos non eadẽ tradere uidemus: nec satis constat quibus potius accedendum sit. Quod multipliciter intelligitur, eius, inquit Boëthius, ueritas ignoratur. Meritò facetissimus poëta Aristophanes opiniosum id studiosorum genus plerũq; insectatur, ut quũ eos esse ait ξίμμα κρόταλον παιδάλιον, crepitaculũ seu cannam appellans, ab obstrepera uoce, qua suas inuẽtiones extollunt, alienas insectantur: Trituram uero & pollinem, à subtilitate & minutijs in quibus uersantur. Idem κυμινοπρισοκαῆδ' ἀμογλύφους uocat, quasi aliquid ex cumino secto, & nasturtio exsculpentes: per cuminũ tenuitatẽ significans, per nasturtiũ acumen. Alibi ματιολοιχᾶς eos dicit, quasi aginatores: metaphora à circumforaneis uenditoribus ducta, qui examinis lingulam trutinámue nõ minus subtiliter obseruant, quàm hi de iuris apicibus omni ingenij acumine sunt anxij. Didicimus quandoq; à te carmen illud, Campana æra sonant, quicquid uir somniat amens. Atqui nos huiusmodi cõmentationes, seu chymeras potius, nõ pluris facimus, quàm Luciani illius subsannatoris ἀλκιβίας ἰσορίας libros: sententiamq; Aristonis Chij approbamus, qui id hominum genus simile araneis esse eleganter censebat: sumno enim artis acumine & hos telam suam orditi, sed nullo nobis fructu. Quum igitur eorũ methodum omnem, à te quoq; nõ sat probari pro comperto habeamus, id in primis petimus, ut in eo omnis potissimum tua cura uersetur, ut hisce omissis opinationibus, quid cõmuniter traditũ sit, nos doceas, eiusq; receptioris sententiæ rationem subijcias: unde unico uerbo uiginti quandoq;, & hoc plura, eorum antilogia submoueri facilè possunt. De Bartoli uerbis nõ admodũ sis solicitus: fruatur ipse gloria sua apud alios, & ad literam ab his edisсatur, qui adeò infantes sunt, ut diuersis eum uerbis referre non possint: nobis satis erit quid sentiat breuiter admoneri, clarioreq; ordine, quam ipse fecerit, non illius tantum, sed & cæterorum sententias edoceri. Illi in gymnasium descendant, ut phantasiam suam integra lectione declarent, tu nobis singulis lectionibus XX. ut minimum, legum conclusiones explicato. Illi solido anno IIII. aut VI. leges interpretẽtur, tu centum: & quot illi constitutiones, tu totidem integros cum suis titulis tractatus. Quid enim aliud hisce doctoribus, qui sola in rubrica (qualis de uerborum obligationibus) tres menses insudant, dicere possumus, quàm quod Samiorũ legationi à Lacedæmonijs responsum est? Adeo uerbosa, ô Samij, uestra fuit oratio, ut prioris partis obliti simus: atq; ideo factum, ut nec posteriora quidem satis teneamus. Et hæc, quod ad sensum legum perscrutandum attinet, satis sint. Alius est articulus, quid à te circa Latini sermonis candorem desideremus. Noli arbitrari, quenquàm adeo barbum ineptumq; esse, ut non ei magis elegans sermo, quàm rusticus: Latinus, quàm barbarus placeat: Itali tui, qui uulgare suum idioma Latino tam proximum habent, ut pleraq; uoces in eorum sermone occurrant, quas discernere non possis ad ucrnaculam, an ad literatam linguam spectent, tolerabilius ipsi uulgato more profitentes audire in iure nostro poterunt, id enim eis facillimum, quum ita ferè ab ipsis nutricum uberibus loqui didicerint. Nos qui gentilitia dialecto ab eis toto cœlo dissidemus, & quibus idẽ in eorũ uulgari edicenda, qui in Latina

labor esset, in eleganti ornatiorcq; studium impendere malumus. At inquies, non ita scripserunt cæteri, quos hactenus habuimus interpretes. Nõ dubitamus nos, si eorum tempestate tanta Latinorum autorum copia, tot egregij præceptores uixissent, quot nostra ætas tulit, quin ipsi quoq; didicissent: & sicut primas in iure partes occupant, in ornatu quoque sermonis contemnendi non censerentur: hanc præ se ferũt indolem, quæ extant Pylei, Placentini, Rogerijq; disputationes: hoc in Accursij monumentis facile deprændimus, hoc in Bartoli tractatibus: quis credat tanto ingenio uiros, non plurimum ea quoq; in re promoturos fuisse? sed uitium illud ætatis, non hominum fuit. At hodie in tanta librorum, professorumq; copia, eũ oportet egregie Bœotiũ, crassoq; ingenio esse, qui hæc studia mediocriter nõ calleat: latet in leonis pelle personatus, qui elegantissima Iurisconsultorum responsa tractare illotis manibus ausit: quomodo illum nos credemus eruditum, qui rudimenta ipsa non tenet? Imponit ille plebeculæ, uenditatq; nescio quam ingenij acritudinem, quæ si sermone non expoliatur, haud multo maiore laude digna est, quàm quæ in mechanico quocunq; naturaliter adsit. Constat enim fabros quoq; ab Homero sapientes appellari. Quod si uidemus ætate nostra cæteras artes iam non paulo politiores esse, Græce, Latineq; disputare præstantes Theologos: Aristotelem, Platonem, Aphrodysæum, Plotinum, Porphyrium, Hæmonium eleganter loqui: Medicos, & in primis Dioscoridem, Galenum, & Aeginetam magna cura puriori sermoni redditos: quæ tandem inuidia est, ut non & nobis Iurisconsultis id concedatur? saltemq; postremi omnium respiscamus? qui aliorum duces, si autores nostros imitaremur, esse debueramus. Dixerit aliquis, difficiliora hac ratione futura esse dictata, & talibus interpretationibus laborem auctũ iri, quẽ publice intererat studiosis potius diminui. Sed huic malo in te præsentaneum est remediũ ALCIATE, qui facili stilo, sed tamen Latino, omnia effari possis. Ea est autorũ nostrorũ cõditio, ut non nisi inspectis legũ quæ aduocantur locis, intelligi possint. Quis sumpto in manus Bartolo, eius uiginti uersus consestim intelligat, nisi legibus ipse perspectis, quas pro sua sententia adducit? At tu inductione paucorum uerborum adiecta, id incommodum facile euitabis, in uerbis enim uix ulla poterit subesse difficultas. Quis melius intelliget guerram, treugã, laudum, repræsalias, & si qua simulia, quòd barbara sint: quàm bellum, inducias, laudatiuum, clarigationem, quæ Latina sunt? Non igitur ulla in uerbis ideo futura est obscuritas. Adde quod liberum tibi erit, dum uiua uoce doces, Rhetorumq; more tonas & fulminas, quemcunq; stilum uolueris imitari: idq; potissimum effari, quod facilius intentionem tuam exprimere, etiam apud idiotas possit: nobis satis erit, si dictata ipsa, quæ scribentibus suggeris, paulò ornatiora sint, maximoq; id nostris rationibus in lucro reputabimus. Debebunt hac causa tibi & cæteræ bonæ artes, quod tua opera serijs istis & grauioribus studijs coniungantur: Sicq; suus Grammaticis, suus Historicis, suus Rhetoribus honor saluus sit. Debebunt & Græci quòd eorum literas ab hac professione non submoueris. Sed nos maxime tibi perpetuo addicti, obnoxijq; futuri sumus, quorum precibus id à te summa cum nostra utilitate concessum sit. Et hæc quidem tum illi: quibus quum morem gerendum esse iudicarem, ne temere id aggredi uiderer, omnium prius explorandam duxi sentẽtiam: uerebar enim, ne alij dissentiret, copiosiusq; cõclusiones omnes multis rationibus utrinq; adductis, disputari uellent: & quod in Oratore dãnat Cæcilius, ipsi ad Iurisconsultum quoq; pertinere arbitrarentur, dum præuaricationem esse ait, ea breuiter transire, quæ inculcanda, infigenda, repetenda sunt: quòd ceu corpori ferrum, sic oratio animo non magis ictu, quàm mora imprimatur: expertus quandoq; fueram, etiam quæ optima sunt, non omnibus placere: quod indocti omnes corrupto sint iudicio, ex doctis uero aliqui æmulatione, aliqui antisophistarum artibus, gratia ue seducti, maligne quandoq; pronuntient. Solent enim pleriq; homines, eas artes, quibus ipsi pares esse nõ possunt, libenter insectari: uerum exploratis cæterorum quoq; desiderijs, quum animaduertissem, omnes uno ore idem sentire, & didascalica phantasticis, clara dubijs, munda lutulẽtis, Latina barbaris præferre: necessariò dedi manus, & ad id docendi genus transij, quod ut meis studijs hoc præsertim tempore accommodatum est, quo paucis cum libris, & absq; bibliotheca mea, foris ago, ita uulgari illo lõge mihi laboriosius est: quanto enim facilius esset, alicuius quæstionis omnia argumẽta, apud maiores nostros dispersa, colligere, quibusdamq; additis, integram ea recitando sic horam transigere, quàm statim iugulum petere, soli scopo intendere, unicam rationem adducere, quæ aduersantia omnia summoueat: quoties mihi usu uenit, ut magna cum somni oleiq; iactura, horum argutijs perlegendis incumberem, nihilq; dignum quod expromeretur, auditoribus ue meis referretur, inuenirem, & idcirco operam me id temporis lusisse frustra indolescerem? Cæterum quum ex lege à Gymnasiarchis mihi dicta, non solum libero uocis decursu horam docendo dicere tenerer, sed per alteram quoq; scribentibus dictare, uideremq; non satis emendatas hasce lucubrationes circumferri, quod pleriq; male uerba mea subsequuti essent, indeq; nõ modica nomini meo nota inuri posset, coactus qualescunq; illas ædendi consilium cœpi: ad hæc cæterorum auditorum quotidianis ferè conuitijs urgebar, qui quàmuis ipsi scribendo dictata excipere non potuissent, æquum tamen arbitrabantur, harum sibi traditionum copiam fieri: non potui itaq; diutius æditionem premere, laxauiq; uela uẽtis, & populari auræ exposui, quæ tutius supprimi fortè potuissent: nisi quod ex animo meo lectoris cuiuscunq; humanitatem metior, qui siquid hac in re erratum est, uel necessitati, uel nimiæ erga amicos meos facilitati imputabit. Ego certe qualiacunq; studia mea ad communem omnium utilitatem libens refero: & quũ sciam proximo anno pro Academiarum in Italia more, hanc legalis Codicis partem explanatũ iri, facile adductus sum ut uix apposita operi suprema manu, sinerem inuulgari: quo studiosi omnes, & hanc docendi rationem agnoscerent, periculumq; eius facerent: ut ex diui Pauli sententia, nihil non experirentur: & quod fũ ctu optimũ tentãdo deprænderent, id potissimum sequerentur.

VALE.

1

ANDREAE ALCIATI IVRISCONSVLTI AD RESCRIPTA PRINCIPVM COMMENTARII INCIPIVNT.

RVBRICA.

DE SVMMA TRIN. &c.

MERITO à diuinis incipiendum fuit, nimirum dignioribus. Qua ratione & se Theologi aliis professoribus præponunt. Traditurq;, si de episcopo eligendo agatur, cæteris præferendum Theologum. Quod utiq; uerũ est, nisi hunc honorem sibi deferri ipse ambiret, professio enim sua repugnaret desiderio, & euangelico præcepto teneretur. Idem & nisi magis expediret Canonisten eligi, quòd in ea ciuitate plurimæ essent iudiciales controuersiæ extricãdæ,

CODICIS IVSTINIANI IMP. AVG. LIBER PRIMVS.

*

RVBRICA.

DE SVMMA trinitate, & fide catholica: & ut nemo de ea publice contendere audeat.

IMPPP. GRATIANus, & Valentinianus, & Theodosius Auggg. ad pop. urbis Constantinop.

CVNctos populos [4], quos clementię nostræ regit imperium [b], in tali uolumus religione uersari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis usque adhuc religio ab ipso tradita declarat, quamq; pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ episcopum uirum apostolicæ sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam, euangelicamq; doctrinam patris & filij & spiritus sancti unam deitatem sub pari maiestate & sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen amplectimur, reliquos dementes, uesanosq; iudicantes, dogmata infamia sustinere decernimus, nec conciliabula eorum ecclesiarum nomen accipere, diuinam primum uindictam, deinde etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, ultionem manere profitentes.

a c.j. de cõsan. ut Host. & Abb. dixerunt [a]: quibus nõ assentio, quũ principale episcopi munus nõ sit, ut lites dirimat, sed ut diuina doceat, quod Paulus ad Titum scribit. Sed nunquid cuilibet Christiano professio hęc theologiæ addiscenda sit: Et de episcopis dubiũ nõ est, quum eorum muneris sit, alios docere: qua lege & cæteri animarum curatores tenentur. In cæteris uero clericis nõ ita est: quippe ijs satis est, si simplicius credant, sicut & laicis, qui pertinaciter aliquid defendere nõ debent, sed ecclesię iudicio deferre, quod & cõmuni cõsensu traditur. Ego conuenire nõ arbitror Christiano, legem in qua uersatur ignorare: debentq; hi, quibus ingenij aliquid concessum est, euangelia cum ueterum interpretamentis addiscere, & uanas recentiorum quæstiones omittere, quas ubiq; sancti illi primitiuæ ecclesiæ patres damnauerunt.

¶ FIDE. Fides est eorum quæ sperantur fundamentum, & quæ non uidentur indicium. Hoc enim melius accedit sententiæ Pauli ad Hebræos, quàm uulgata habeat translatio: ut mirum nõ sit, si Paulum non intelligentes recentiores Theologi [b], alijs ipsi modis desiniuerunt.

b Doct. in rub. eẍ eo.

¶ CATHOLICA. Id est, uniuersali, uel quia hæretici singularibus opinionibus innituntur, uel quia fides CHRISTI ab Apostolis per uniuersum orbem fuit diuulgata, iuxta illud, In omnẽ terram exiuit sonus eorũ &c. Dicet aliquis, atqui multæ sunt prouinciæ, ad quas nemo Apostolorũ profectus est: nec enim uerisimile est adiuisse eos Antipodas, uel regiones ab Hispanorum classe nuper repertas: sed uel hyperbolicõs loquutus est Psaltes: uel, quod uerius arbitror, intelligendus est, ante cõsummationem seculi fore, ut ibi quoq; inualescat CHRISTI cultus.

CVNCTOS POPVLOS. Quum diuersæ in Christiano cultu hæreses essent, præsertimq; Macedonij inualescerẽt, Theodosius Imperator Thessalonicæ III Kal. Martias Gratiano quintum se, & Valentiniano Augustis Consulibus, hanc legem promulgauit, qua subditis ostenderet, quam quisq; deberet fidem amplecti, refertq; cõstitutionis huius uerba Sosomenus in Tripartita Cassiodori, lib. IX. cap. VII.

b ¶ QVOS clementiæ nostræ regit imperium. Relatiuum quos, indicat aliquas fuisse gentes, quæ non paruerint Rom. Imperatori

tori: & tamen communi calculo aiunt Doctores, uniuersum orbem illi de iure subijci[c]: qua ratione relatiuum non coarctaret præcedentia, sed declararet. Sed hæc ipse non probo: tum quia multæ sunt prouinciæ quæ non paruerunt Romanis, ut Scythia & Sarmatia, & ultra Euphratẽ fluuiũ uniuersus oriens: tũ etiam, quia in cõstitutionibus legitur, aliqua esse loca extra Romanũ imperium, ut infra habetur, titulo, de Eunuchis, & de cõmerciis: nec ueriſimile est ut intelligamus de his q nõ subsunt de facto, quũ ad ius, non ad factum uerba in dubio referantur[d]. Et quamuis quandoq; Imperatores orbis dominos se appellẽt, id uel per hyperbolen accipiendum est, uel eorũ dictis minime credẽdum, quia in causa propria. Ex hoc igitur consequens est, ut relatiuum, qui, seruet naturam suam, & restringat superiora, licet quandoq; ex præsumpta intentione loquentium, uel narrationis argumento aliter sit: ueluti quum dicimus, omnes homines, qui naturali ratione uiuũt, ratio enim naturalis cõmunis est omnibus. Item si dixero, uendo tibi fundum Sempronianum, qui illis finibus cõtinetur: licet eñ demonstratio sit falsa, ualet uenditio. Idem ubi relatiuo præponitur copula, nam tunc non fit restrictio, & hæc omnes probant.

c ¶ IN TALI uolumus religione uersari. Verbum uolo, de se indicat solam uolũtatis declarationem: quapropter qui se dicit uelle eligere, non eligit: & qui se dicit uelle hæreditatem adire, non iccirco adit: sicut & qui dicit, uelle Stichum dare, non iccirco dat[e]: licet ex illis uerbis censeatur facta electio: non enim quisquã uult dare, nisi prius elegit: & hæc proprietate uerbi defenduntur, alioqui mens, pferentis quandoq; aliud suadet: ut si quis cum aliqua deliberatione, puta à me interrogatus, responderit, se adire uelle, creditur enim ex ea respõsione adisse. Idem si conuocatis amicis quisquam dixerit, se uelle Titium instituere, hęc enim testium aduocatio, maturum testatoris consilium ostendit. Qua ratione, & si profitear me uelle fundum centum sestertijs emere, & uenditor respondeat se uelle uendere, contractus perficitur: non solent enim similia uerba temere proferri. In hac ergo constitutione, uerbũ uolumus, idẽ significat qd' mandamus et præcipimus: quia quum dependeat id à sola uoluntate principis, id uerbum actus perfectionẽ inducit: sicut si dixerim, uolo te gerere negotia mea: mandatum perficitur, quia quantum ad me attinet, aliud ulterius per me faciundũ non est. Idem si dicam, uolo esse hæres, uerbum eñ esse, ostendit actum essentiam suã iam habere, & ideo inducitur aditio, quod non est in uerbo adire. Et hæc cõmuniter seruantur, quæ & ipse in casu dubio satis admitterem. Cæterũ prudens iudex in primis aduertet, qua intentione huiuscemodi uerba aliquis protulerit, quod & Fulg. uidetur. Quapropter in criminali causa reus, qui interrogatus etiam cum iuramento respondit, uolo confiteri, nõ habebitur p confesso, ut Bald. scripsit[f]: quia in dubijs interpretationibus ad mitiora potius deflectendum est.

d ¶ QVAMQVE põtificem Damasum sequi claret. Et sic in uniuersum orthodoxorum fides approbatur. Qua ratione dicendum esset, etiã ciuili iure usurarium fœnus reprobari, quum Christiana pietate reijciatur, ex euangelico præcepto, Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Sed quum speciali ter Iustinianus usuras permiserit[g], per hanc generalem constitutionem non uidetur specialibus derogasse: quo fit, ut melius sentiãt qui aiunt, ciuilibus sanctionibus usurarios non reprobari, tametsi huiusmodi constitutiones nullius sint momenti, utpote diuinis iussionibus repugnantes: qd' plerisq; omnes attestantur. Sed & quę hic de usuris referũt recentiores, in suum tractatum digerentur.

e ¶ HAERETICI dogmatis infamiam. Videtur ergo hæretici infamia notari, quapropter

gione uersari[c], quã diuinũ Petrum apostolũ tradidisse Romanis, religio usq; adhuc ab ipso insinuata declarat, quã q; Pontificem Damasum sequi claret[d], & Petrum Alexandriæ episcopũ, uirũ apostolicæ sanctitatis. Hoc est, ut secundum apostolicam disciplinã euangelicamq; doctrinã Patris & Filij et Spiritus sancti unã deitatem, sub pari maiestate, & sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes, Christianorum catholicorũ nomen iubemus amplecti: reliquos uero demẽtes uæsanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam[e]

c l. deportatio. ad l. Rhod. de iactu.

d gl. in c. cõsultationi. in fi. de temp. ord.

e l. Clodius. de acq. hæred.

f in l. j. C. de confeſs.

g l. cos. de usuris.

propter & à testimonio repellerẽtur: Quod non est uerum[b]. Puto distinguendum, ut hæretici omnes ipso iure notẽtur infamia facti, non autem infamia iuris, nisi prius fuerint condemnati. In qua sentẽtia seruabitur quod in ea cõstitutiõe traditum est: & hæc iure ueteri. Cæterum noua Fæderici Imp. lege ipso iure hæretici notãtur etiam iuris infamia[i]: quapropter non admittentur ad testimonium, nisi utraq; parte laudante, uel quum rem à se gestam explicant, adhibitis tormentis, uel quum testimoniũ perhibent in causis quibusdam grauioribus, puta hæreseos, symoniæ, sacrilegij, læsæ maiestatis, expilatæ annonæ, quibus casibus eis creditur, si ueriſimilia dicant, uel sint plures numero. Qua ratione fit, ut ex unius attestatione, non putem posse quenquã quæstionibus subijci. Et hæc in his qui notantur à iure, locum habẽt. Si quis uerò notetur de facto, ueluti quum de eo boni uiri male opinantur, is regulariter utcũq; admittendus est: præterq; in causis grauioribus, quales sunt ciuiles magni põderis: puta causa matrimonij, uel status, uel famæ: & quales sunt omnes causæ criminales: in his enim etiam plures nõ probarẽt, neq; indicarẽt ut reus torqueretur, nisi ageretur de crimine quod soleat clam fieri, nam in subsidium admitterentur, & pro iudice sufficerẽt[k]. Quapropter in conspirationibus, in stupris, in testium subornatione infamium de facto attestationes solent recipi.

f ¶ DIVINA primũ uindicta. Quidã interpretãtur ecclesiasticã, qd' non quadrat legislatorum temporibus: nã in primitiua ecclesia hæretici solũ diuinæ ultioni relinquebãtur. Imperatorũ uero cõstitutionibus arbitraria erat uindicta, ut hinc colligitur, licet Manichæi ipsi, & Euthycetis Apollinarisq; dogmata docẽtes, ultimo supplicio, discipuli x. librarũ auri pœna afficerẽtur[a]. At pontificum Rom. cõstitutionibus pœnitenti pœna remittitur[b], si rursus in eam dementiam prociderit, pronũtiatur hæreticus: quẽ condemnatum, & si sacris initiatus est, exautoratũ rerum capitaliũ quæstores uiuum cõburi curant, ex euãgelico præcepto Ioannis x v. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum & in ignem mittent, & ardebit: & ita sentit Aret.

g ¶ POST etiã motus animi nostri. Videtur hic eam sentẽtiam probari, ut ex eodẽ delicto & ecclesiastica pœna, & seculari quoq; iudicio uindicari in aliquem possit. Quod ita intelligitur, ut punitus in foro Can. possit plecti in ciuili, quatenus pœna est maior: qd' si utrinq; æqualis ultio imponatur, locus erit præoccupatiõi: quod Abbas probauit[c]. Sed nobis uidetur unã cum alia nihil cõmune habere, nec se inuicẽ respicere[d]. Et propterea per alteram pœnam altera non diminui. Quo circa & in uno iudicio absolutus, in alio poterit condemnari: quod Felin. probat[e], cũ ciusdem sententiæ quàm plurimis. Cæterum diffusa hæc est quæstio, quam latius alibi atingam.

EXPLICITIS his quæ paraphrasticos referre placuit, supest lõgus tractatus, quem in hũc locum interpretes omnes cõgesserunt. Præcipit hic legislator, ut constitutio obseruetur ab omnibus quos clemẽtiæ suæ regit imperiũ: Illud uidelicet indicãs, eos qui sibi nõ subderẽtur, haudquaq; huiusce legis nexu obligari. Quo fit ut generaliter inquirendũ ducamus, an peregrini & aduenæ, cæteriq; nõ subditi municipalibus decretis parere debeãt: Sed & num huiusmodi decreta suos subditos, qui in alieno sunt territorio, cõprændãt: In priore quæstione aduertẽdum ante omnia fuerit, quomodo legis uerba cõcipiantur: Si enim legislatores bona ipsa in agro suo existẽtia in aliquam dispositionẽ subijciãt, tenebitur ea lege quisquis fuerit eorũ dñs. Quapropter si lex uetet parietes domorũ altius tolli, nec extraneus poterit altius tollere. Et si lege caueatur, ut bona defuncti ad solũ primogenitum pertineãt, solus primogenitus alienigenæ succedet in fundis legi suppositis. Quod si legislatores de ciuibus uel sibi subditis solũ disponãt, & hic casus ex uerbis legis clarus redditur, exempli causa: lex dictat, ut ciuis Venetus possit testari q̃ntũ testib. adhibitis, nõ cõprændetur alienigena qui Venetijs testamẽtũ condat, nec eius cõstitutionis beneficio uti poterit. Idẽ est, ubi inhabilẽ personã lex alicui actui idoneam redderet, uel è conuerso: uidetur eñ id tantũmodo subiectis indulgere. Quapropter si lex cõcedat filijs fam. ut cõsentiente

h l. quoniam. j. de hæret.

i auth. gazaros. de hæret.

k e. ult. de test. cog.

a l. Arriani. l. q. cunq;. de hær.

b c. super eo. de hæret. in 6.

c in c. tuæ. de proc.

d c. felicis. de pen. in 6.

e in c. de his. de accuſ.

patre possunt testari,nil proderit alienige-
f l.j.in fi.de tu-to.& cur.da-tis ab his. næ,si ea lege testetur[f]. Dubia ergo tunc est quæstio, quum lex simpliciter se ad ciues uel subiectos nõ coarctat:& in huiusmodi casu adhærendum est regulæ, ut ea constitutione non teneantur exteri, nisi ipsi expresse uel tacite iurisdictionem prorogẽt. Videntur autem se subijcere,quando in loco legi suppositio cõtrahunt,uel quasi contrahunt:ueluti si delatã hæreditatẽ adeant, & hoc tam respectu solẽnium quæ in contractu requiruntur,q̃ eorum quæ ex natura contractus descendunt[g]. Quapropter si Ferrariæ cõstitutum sit,ut quilibet ibi contrahens aliquid pẽdat principi,compellentur duo exteri ibi contrahentes & ipsi soluere:hic enim lex rẽ ipsam,non contrahentiũ personas respicit. Eadem ratiõe, quum duo Galli se ad duellum Mediolani inuitassent,proditum est, debere eos consuetudinẽ Mediolani obseruatã sequi. Is quoq; uidetur se subijcere iurisdictiõi,qui litigat, ratione scilicet eorũ que iudicij instructionem respiciũt: Vnde lex dans formam instruendo iudicio eũ tenebit[h]. Quamobrem Si affinem uel uicinum suum externus aliquis Mediolani in ius uocet, & is propter eius urbis constitutionẽ, petat in arbitrum compromitti, seruanda erit lex, quia hæc exceptio iudicij primordia respicit. Idem est si externus litigaret, nunquid appellationi deferendum esset, nam & hoc procedentem iudicem spectat. Et huius casus ea est ratio, quia respectu ꝓcessus lex causam ipsam respicit quæ foro subijcitur,non personam. Cæterum & ille etiam iurisdictioni seipsum supponit, qui intra territorium delinquit:nam delinquens tacito consensu obligatur[i]. Quapropter si aliquis alienigena in agro Florẽtino hominem occiderit, eorum lege plectetur[k]. Quod tamen non procedit,quando uerisimile est, eum ignorasse id quod per se gestum est in ea ciuitate pro delicto haberi. Quid enim si qs ignorans extra territorium contra formã legis triticum deuexerit,is quidẽ non punietur[l]. Eadem ratione & si externus in contractu solẽnia omiserit, uel in litium præparatoriis formã legis non seruauerit,magnumq; idcirco damnum patiatur, æquissimum est illi ex præsumpta ignorantia succurri[m]:Et hæc locum sibi uendicant,quum lex municipalis etiam reluctantes obligat. Quod si uoluntariæ iurisdictionis aliquid inducat, extero quoq; sine dubio proderit. Quapropter si Venetijs statutum sit,ut testamenta à duobus testibus subsignata ualeant, poterit aliquis aduena secũdum eam formam testari, & ubiq; gentium dispositio ea effi-n l.j.de emanci. libe. l. magis. §. ne paßim. de reb.eorũ. cax erit[n]. Et ita se habet cõmunis scriptorum Sentẽtia. Quomodo autem possit extraneus beneficijs constitutionũ uti,declarabitur in epistola inter claras.infra eo.tit.

IN sequenti quæstione, Nunquid constitutionis effectus ad agentes extra territorium subiectos protendatur, consideran dum prius erit, an constitutionis uerba in rem concepta sint,nam tunc procul dubio earum rerum dominus teneretur, tam & si absens esset. Quapropter ut supra docui, si Anglorum sanctionibus in eorum agro bona existentia ad primogenitum pertinerẽt, nihil referret quisquis fuerit ille qui decesserit.Quod si lex personas respicit,ex supradictis quęstio poterit explicari.In quibus eñ casibus aduenas statutis nõ subijci diximus, eorum patriæ constitutio obseruabitur. Quapropter quum aduena statutis exequutionem contractus respicientibus non subsit, consequens est, ut lege patriæ arceatur. Cuius rei illa est ratio, quia cũ eo contrahens uidetur contrahere tanq; cum aduena,& propterea si solutionem petat,ea debebitur secundum constitutiones quibus subest reus. Quapropter & mulier o l.exigere.de iud. quæ peregrino nubat, dotem repetere debet secundum leges quæ in mariti domicilio seruãtur[o]:tum ꝙ uidetur cum eo tanq; cũ aduena contraxisse,tum quòd in mariti forum uidetur destinata solutio, tum etiã quia quum ipsa maritũ sequi teneretur, uidetur egisse ut leges domicilij quod utriq; futurum erat commune, in eo contractu obseruarentur: quod & magis probo. At uero si de his casibus agatur,in quibus aduenæ statutis subijciuntur, ueluti in contractuum solẽnitatem,uel iudiciorum præparatoria respicientibus,tunc lex eorũ patriæ extra territorium nullus erit effectus. Quapropter finge statuto patriæ meæ caueri,ne testamenta ualeãt, nisi tribus notarijs subsignata,potero Romæ testari seruata iuris communis forma,ualebitq; ubique huiusmodi testamentum. Quod intellige, nisi expressim patriæ constitutione caueatur, ut absentes subditi ea teneantur. Quapropter si lex imponat pœnam sicario ubicunq; delinquat,& is in alieno territorio deliquerit, si comprændatur in patria, poterit ea lege damnari, quamuis extra patriam lex loci in quo deliquit obseruetur. Sed quid iuris esse affirmemus,quãdo mu

do municipalis lex aliquẽ cæteris in locis inhabilẽ,reddit idoneum? Et quum lex respiciat personam sibi subditam,magis credi derim,ubicunq; extendi, & à persona eam qualitatẽ nõ diuelli. Quapropter Imperialis Notarius quacunq; tendat,erit Notarius, licet in terris ecclesiæ de instrumento rogari nequeat. Qualitas itaqua semp ei adhæret, licet impediatur facultas defectu potestatis ipsius concedentis. Ex hoc ergo sequit, ut si lex admittat spuriũ ad successionem, nõ succedat nisi eis in locis in quibus lex
p l.de pupillo.ff. de tut. & cur. dat.ab his.l.cũ unus.§. is qui. de bon.autor. iud.poß. illa uiget[p]. Et si quisq; intestabilis impetrata dispensatione testetur, disponet solũ de bonis quæ iurisdictiõi dispensantis subijciuntur. Qua ratione & Bergomẽsis tabellio potuit in alieno agro inter suos cõmunicipes instrumẽtũ cõficere,ualebitq; si Bergomi agatur, nõ alibi,ut
q Paul.l.fi.C.de temp. in integ. rest. Fulg.cõs. 151.Corn.64. in 3. Paul.Castr.Fulg.& Cornęus respõderũt[q]. Idemq; prorsus iuris est è cõuerso, quũ lex eũ q de iure cõmuni alicui rei faciẽdæ esset idoneus,inhabilẽ reddit:ueluti si lex prohibeat,ne qs extra municipiũ cõmercia exerceat,nã effectus eius extra territoriũ trahit, licet in territorio tantũ possit puniri.Quod etiã in alia specie demõstrat, ueluti quũ lex perduellionis reos insectat, nã & is tenebit, qui extra territoriũ aliqd aduersus rempublicam cõmiserit, cuius in patria solũ plecti queat. Sed & finge statutũ ꝓhibere,ne minor XXV. annis testetur,qd si aligs intra
r l.ex ea.d' post. l.ado. c.ut animarũ. de consti.in 6. hãc ętatẽ alibi extra patriã testet, nõ ualebit testamẽtum respectu bonorũ quæ in patria habuerit,in alijs secus[r], licet Bart.& cæteri testamẽtũ ubiq; nullũ esse malint:sicut dicimus in furioso,cui si fuerit bonis interdictũ, nec quidẽ extra territoriũ alienare poterit. Quæ ratio parũ nos mouerit, quũ furiosus post interdictionẽ in omni territorio prohibeatur cõtrahere,cõmuni omnium lege ita mandante,quod in proposito casu non est, quũ iure speciali minor XXV. annis solũ

IIDEM AVGGG. *Eutropio Præf. Præt.*

NVllus hæreticis mysteriorũ[a] locus,nulla ad exercendam animi [b] obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiã siquid speciali quolibet rescripto[c], per fraudem elicito[d],ab huiusmodi hominũ genere impetratum sit,non ualere. Ar ceantur cunctorum hæreticorũ ab illicitis congregationibus[e] turbæ: unius & summi dei nomẽ ubiq; celebretur. Nicenæ fidei, dum à maioribus traditæ,& diuinę religionis testimonio atq; assertiõe firmatæ,obseruantia sem per mãsura teneat. ¶ Is autem Nicenæ assertor fidei, & catholicę religiõis uetioris animi.Pertinacia est quæ hæreticum hominem facit,Quapropter omnium consensu,si quisq; in trinitate nõ recte sentiat, nisi admonitus persistat,hæreticus non est, quod in Rubrica supra annotauimus.Qua ratione, si addictus quisquam monasterio transfugerit, & uxorem duxerit, non est hæreticus, nisi id sibi licuisse pertinaciter defendat,ut Bald.scripsit[a]. in patria testari prohibeatur.

NVLLVS HAERETICIS. Prohibet hæc cõstitutio aliqua hæreticorum cõuẽticula fieri. Et quid in fide nostra sit obseruandum, ex Nicenæ synodi autoritate docet.

a ¶ MYSTEriorum.Ita legendum,nõ ministeriorũ. Mysteria ueteres sacra Cereris dicebãt,quasi initia.Inde uox trahi cœpta ad quoscũq; cultus. Mystæ dicuntur initiati, & Symmystæ consecranei Hieronymo. Et hinc colligit argumẽtũ, posse Rom. Põtificem dissoluere quascunq; congregationes,si male de eis suspicetur.

b ¶ OBSTINAtioris animi.Pertinacia est quæ hæreticum hominem facit,Quapropter omnium consensu,si quisq; in trinitate nõ recte sentiat, nisi admonitus persistat,hæreticus non est, quod in Rubrica supra annotauimus.Qua ratione, si addictus quisquam monasterio transfugerit, & uxorem duxerit, non est hæreticus, nisi id sibi licuisse pertinaciter defendat,ut Bald.scripsit[a].

a In l.sequenti.

c ¶ SPECIALI rescripto. Nõ mirum, quum hæreticus non possit impetrare rescriptum,etiam si ad rem suam priuatã pertineret,tanto igitur minus admittetur, qui ausit impetrare,ut sibi liceat in hæc cõuenticula coire. Nã quũ hæretici sint abhominabiles & excommunicati[b], non poterunt aliquid impetrare,uel impetrato frui[c], nisi quod in sui damnum uergat.

b c.pen.eẍ de hæret.

c c.j.de rescrip. in 6.

d ¶ PER FRAVDEM elicito. Quod præsumitur quotiescunq; lex resiliit impetrationi, aliàs fraus non præsumeretur, ut Albericus opinatur. Quapropter etiam si in rescripto esset derogatũ huic legi, nihil attenderetur,sed secunda iussio esset expectanda,Paul.Castr. Qd probo:quia huiusmodi clausulæ derogatoriæ non tollunt ea quæ concilijs generalibus sunt cõstituta[d].

d l.ulti.j.si contra ius uel util. pub.j.de iud. l.iij.

e ¶ ILLICITIS cõgregationibus. Iudæis tamẽ licet synagogas habere[e], Quippe illi

pe illi nõ ita execrabiles sicut hæretici, qui fidem quam profitentur uiolant.

f ¶EX SVMMO rerum parente. Ergo & à filio qui à patre est inseparabilis, ut interpretantur Canonistæ, in prima huius tituli constitutione. in VI.

g ¶GRAECO uerbo ὁμοσίου, id est, cõsubstantialis. Quod negabat Arrius, traxítq; in eam dementiam magnã partem orientalis ecclesiæ, annitentibus præsertim pro eo quibusdam Imperatoribus, ut est in historia Cassiodori.

h ¶ET SVIS apertis criminibus denotentur. Appellabant ẽm se Christianos, ut tegeretur hæreticum nomen, qd lex prohibet.

i ¶INTRA oppida. Prohibẽtur quidẽ ubiq; hæretici cõgregari, sed intra oppida præsertim, ubi maius est periculum.

k ¶AB IPSIS urbium mœnibus. Ne alios inficiant, & malo sint exẽplo. Quatiõe lenones de urbibus pellũtur[f], & meretrices de uicinia pudicarũ: sicut scholaris facinorosus de collegio, leprosus uel pestilens de ciuitate[g].

l ¶TOTO orbe reddãtur. Quapropter dubiũ nõ est, quin ecclesie sint orthodoxorum episcoporũ. Sed nunquid possint laici sacram turrim munire pro ciuitatis defensione? Et obtinuit posse, fauore publicę utilitatis[h]: aliter non liceret.

NEMO CLERICVS. a ¶Nemi-

rus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum, & CHRISTVM filium Dei, uno nomine confitetur, Deũ de Deo, lumen ex lumine: qui spiritũ sanctum, quem ex summo rerũ parente[f] speramus & accipimus, negando nõ uiolat: apud quẽ intemeratę fidei sensus uiget, incorruptæ trinitatis indiuisa substãtia, quæ græco uocabulo ὁμοσίου recte credẽtibus dicitur, pfecto uobis magis probanda ac uenerãda sunt. ¶ Qui uero non ijsdem inseruiunt, desinãt affectatis dolis alienum uerę religionis nomẽ assumere, & suis a-

pertis criminibus denotentur[b], & ab omni summoti ecclesiarum limine penitus arceãtur: quum omnes hæreticos illicitas agere ĩtra oppida[i] cõgregationes uetemus. At si quid eruptio factiosa tentauerit, ab ipsis etiã urbium mœnibus[k] exterminato furore propelli iubemus: ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicenam fidem tenent, catholicæ ecclesiæ toto orbe reddantur[l].

IMPERATOR *Martianus Palladio Præf. Præt.*

NEmo[a] clericus, uel militaris[b], uel alterius cuiuslibet[c] conditionis, de fide christiana publi

teneãtur clerici, qui cõtra hæreticos disputant, uel ut melius addiscant, in utrãq; partẽ argumentantur. Quod ex qualitate personæ cõiectãdũ arbitrio iudicis relinqtur. Laicis uerò omnino prohibitũ est publice uel priuati de fide catholica disserere[i]. Sanè extat Gregorij Nazãzeni aduersus Arrianos liber hac inscriptione, qd nõ liceat semper & publice de deo contendere. in quo nec clericis quidẽ id cõcedit, sed his tantũ, qui expertę probitatis & innocẽtiæ sunt, quiq; ingenium & industriã suã in θεωρίαν id est, speculatiõe atque disciplinis exercuerint, quiq; amotis corporalibus, spiritalia sequuti sint: quomodo ẽm, inquit, qui impurus est, poterit purissima hæc mysteria attingere? Videda igit sunt quæ ad hãc legem faciẽtia, diffusius ille scripsit.

b ¶CLERICVS uel militaris. Ex ordine scripturę argumẽtatur hic aliqui, dignio-

f in auth. de len. in fi.
g not. in l. casus. j. de testa.
h argu. l. prouin cialiũ. j. de feriis.
i c. 2. de hæret. in 6.
k l. ulti. de ritu nup. l. nõ existimo. de adm. tut.

ceret crederem dignissimos quoq; regulariter contineri.

d ¶PVBLICE. Quid si priuatim quis disputet, an teneatur pœna huius legis: Respondeo nõ teneri, quia nõ ita delinquit qui priuatim disputat, quũ alios exẽplo sui nõ trahat: sicut nec tãtũ delinquit fur quantũ latro. Publice ẽm delinquẽs malos suo exemplo concitat, cæteris est scandalo: tũ & legẽ uidetur contemnere. Cæterũ si id agatur, quod sui natura delictũ nõ est, quũ hęc ratio cesset, potius præsumet aduersus eũ q clam facit, cũq; palam[k].

e ¶VEL PERfidię. Quia posset eiusmodi rationibus disputando uti. Quas deinde nesciret explicare[l], quę res qbusdã ansam præstaret à religione diuertẽdi: Siquidẽ Christiana pietas fide, non Syllogismis consistit.

f ¶NAM ET iniuriã facit. Accipit ẽ hinc argumẽtũ, si sacrosancta synodus aliqd generaliter cõstituat, nõ posse ad alios prouocari: à qua sentẽtia nõ dissideo. Quum & si populus generaliter per legẽ municipalẽ quicq; ordinet, nõ soleat appellatio concedi, quod & Bart. uidetur[m]. Si uero specialiter, puta aduersus Titiũ cõstituat, nõ erit denegãda appellatio: licet in crimine hæreseos iure canonico nõ posse appellari Iac. & Bal. existimẽt[n]: qa appellatione remota, ingsitoribus permittit, ut hæreticorũ fautores cõpescãt. Sed ut inquit Ioã. Ana.[o] nõ sequitur, ut sicut impe-

cem[d], turbis coadunatis & audiẽtibus, tractare conetur in posterũ, ex hoc tumultus, uel perfidiæ[e] occasionẽ requirẽs: nã & iniuriã facit[f] iudicio reuerendiss. Synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluere & publice disputare contenderit: quum ea quæ nũc de christiana fide à sacerdotibus, qui Calcedonæ conuenerũt, per nostra statuta pręcepta sunt, iuxta apostolicas expositiones, & instituta sanctorũ patrum trecẽtorũ decem & octo, & centũ & quinquaginta ĩ hac regia urbe diffinita esse noscũtur: nã in cõtemptores huius legis pœna nõ deerit, qa nõ solũ contra fidẽ uere expositã uenientes eorũ iurisdictionẽ cõsestim possint cõdẽnare, ita etiã male audiẽtes de hæresi, q forte se hæreticos negãt. Alioq; & aduersus se congregatæ Synodi iudiciũ uti suspectũ recusasse Ioãnes Chrysostomus traditur[p].

g ¶PROPHAnãt uenerãda mysteria. Qua ratione hac lege teneretur, q Ethnicũ Christi fidẽ doceret, quę sciret nõ idcirco ad meliora se cõuersurũ: est ẽm quoddam perduellionis ecclesiasticę crimẽ: sicut quũ secreta Imperij hostibus aliqs detegit[q]. Et hĩc argumẽtũ sumit aduersus decuriones q gesta ĩ cõsilio diuulgãt, ut huiusmodi homines de cõsortio remouendi sint.

h ¶A CONsortio clericorũ. Quo casu priuilegijs priuaretur, sicut reiectus de collegio aduocatorũ, eorũ priuilegijs in dubio cẽseretur priuatus, Accursio Baldo & cæteris.

i ¶SEVERISSImis animaduersionibus. Id est, ultimo supplicio. Grauius ergo puniunt serui q̃ liberi homines, & leuius plectũtur nobiles ignobilibus. Qua in quæstiõe solet cõmuniter id seruari, ut si delictũ in officij uel dignitatis dedecus tendat, quo qs est dignior, eò atrocius sit puniẽdus: alioq; pœna corporali pauperes, pecuniaria diuites grauius affligant: qd Bar. sensit[r]. Qd & ipse regulariter pbauerim: nã & qñq; cernere est grauius mulctari mediocres nobilioribus[s].

INTER CLARAS. In inscriptione mirantur aliqui, quur Imperatoris nomen

l xliij. dist. c. sit rector.
m in l. ult. de appel. recip.
n per c. ut officiũ. §. denicq;. de hæret. in 6.
o Ioan. de ana. in c. ad abolendã. de hæret.
p iij. quæst. j. in fin.
q l. j. ad l. Iul. maiest.
r in l. quædã. de pœnis.
s l. j. j. ut nemo ad suum patr. lib. xj.

men Rom. Pontifex suo præposuerit, quod & alibi quãdoq; obseruatũ uidemus[a]. Quibus ego responderam, quòd quisq; Christianus humilior est, animoq; demissiore, eò etiã gratiam apud Deum maiorẽ nanciscí. Quapropter ut hac in re nemini cederent antiqui pontifices, se seruos seruorũ Dei appellabãt[b]: quã ob causam, etiam in supplicationibus digniores se cæteris postponunt: licet quod in signũ demissæ mentis fuit introductũ, uideamus in præsentiarũ in contrarium uertisse, altercãturq; aliquí, uel potius certant, ut posteriorem obtineant locum. Sanè respondet hac epistola Ioannes huius nominis Pontif. secundus Imper. Iustiniano, & eius fidem approbat, inseritq; in ea exemplum literarum quas Imperator ad se miserat.

a ¶ OMNIVM ecclesiarum caput. Fuit olim magna cõtrouersia, an Põtifex Rom. principatum ecclesiarum de iure diuino haberet: quod si haberet, an ad eum potius qui Romæ, quã qui Constantinopoli esset, quæ noua Roma est, pertineret: & Iustinianus hic ad Romanum rem trahit, quod & aliquo post tẽpore Phocas quoq; Imperator constituit, Constãtinopolitanoq; prætulit. Nunquid uerò id humanis sanctionibus põtius q̃ iure diuino probetur, nodus esset haud sanè facilis, nisi ueteres & sancti illi primitiuæ ecclesiæ antistites nobis præiuissent, & iuris diuini id esse demõstrassent: Quum enim dixisset CHRISTVS Dominus noster Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: apparet per hæc uerba ei uniuersalis ecclesiæ administrationem promissam: quod autem ab eo promissum est, fatuum esset opinari, non & fuisse seruatum: consensuq; prudentium proditur, tunc uere traditam, quum post resurrectionem dixit, Pasce oues meas: Vt enim caput fidei ipse CHRISTVS est, qui gratiam quotidie in ecclesiam suam inuisibiliter infundit, ita & loco sui Petrum, eiusque successores in terris reliquit, qui ea quibus ecclesia indiget, uisibiliter ipsi conficerent: sic ab his sacramenta exhibentur, populi in fide instruuntur, episcopi constituuntur, concio fidelium legibus, exemplis, monitionibus regitur, mali abominationibus & pœnis corrigũtur: quæ si CHRISTVS ipse sibi reseruasset, iam fidei merita perderentur, certiq́ue eius rei essemus, quam nostræ salutis interest, ut potius ex fide credamus. Sic in euangelio rogasse se asserit CHRISTVS ne deficiat fides Petri: sic constituit, ne portæ inferi aduersus petram, in qua fundatur ecclesia, præualeant: sic ei mandatur, ut confirmet fratres suos: sic ipse, tanq̃ os & caput apostolorum, domino nostro respondet: sic semper in fide ardentiorem se præstat: sic à generalitate aliorum honoris gratia eximitur, quum Dicite (inquit) discipulis & Petro: sic pro eo census soluitur: quæ omnia sancti antistites quum optime animaduertissent, pro exploratissimo habuerunt, primatum ecclesiæ Petro, eiusq́ue successoribus datum. Sed quid profuit tot consiliis id sanctissimos patres statuisse, tot legibus Imperatores cauisse, ecclesiæ Doctores tam Græcos quàm Latinos docuisse, si adhuc reperiuntur, qui etiam editis uoluminibus id denegare ausint, nosq; acephalos faciant? Vt libeat exclamare quod uulgò dicitur. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Quid enim unquàm tam apertũ fuit, tam dilucidum, ut dicendo inuerti nõ possit? Si singulis horum rationibus respondere operę pretium ducerem, & studiosos multa lectione inuoluerem, & nihil proficerem: qui enim hæc attentant, cancro illo, & hydra Platonica pertinaciores sunt: Pontificumq; monitis minime resipiscentes, nouas quotidie & scãdalo plenas cõclusiones cogitant, & in publicum proferũt: una in re solũ intẽti, ut cõtradictiones cunctis orthodoxis adducãt: ut ubiq; cõcordiam extinguant, nusq;

Domino loquente, præceptũ est, Pasce oues meas: quã esse omniũ uere ecclesiarũ caput[a], & patrũ regulæ, & principũ statuta declarant, & pietatis uestræ reuerentissimi testantur affatus. *Ex ea q̃ sequũtur. Omissa, ne tædio lectori sint: quæ qui uolet, ab alijs exemplaribus accipiat.*

a c. licet causam. de proba.

aliquod sydus irradiat, quòd amore fidei, & charitatis studio edocti ecclesiasticis disciplinis Romanę sedis reuerẽtiã conseruatis, & ei cuncta subijcitis, & ad eius deducitis unitatem: ad cuius autorẽ, hoc est apostolorum primum,

b 24. quæst. 1. iusc.

nusquàm pietatem adiuuent: quorum sententiæ si ueræ essent, ueteres omnes, sanctosq́ue Theologos abrogare oporteret, quorumcunq; principum regna subuertere, qui à Pontifice Rom. primum instituti sunt: & in primis Cæsar ipse exautorãdus, quum ex decreto Gregorij V. constituti Electores eũ designandi ius nullum adepti fuerint: deturbandus Rex Francorum, quum à Chilperico in Pipinum transferre dominationem sanctiõe sua Zacharias nequiuerit: desciendi Siciliæ Reges, qui à se de apostolica sub fidelitatis iuramento regnum possidẽt: antistites omnes, qui hactenus fuerunt, & pij & religiosi, ceu inuasores & pseudepiscopi explodendi, quum à Rom. Pontifice instituti fuerint. Sed bene habet, noluit CHRISTVS fidem Petri deficere, tot colũnis, tot tibicinibus ea fulta est, ut labefactari aliquorũ syllogismis nequeat. Extãt antiquorum interpretum commentarij, quibus omnes hæreticorum sententiæ confutantur: & ut Anacleti, Pelagij, Innocentij, Nicolai, Leonis[c] decretales epistolas omittamus, principatum ecclesiæ celeberrimus quisq; ueterum Petro ipsi datũ consentit: & ex Græcis Ioannes Chrysostomus Homelia LV. in Matthæũ, nunc Petrum totius ecclesiæ pastorem constitutum, nunc eius pastorẽ & caput, nunc uniuerso orbi præpositum asserit. Et Homel. ult. in Ioan. Iacobum quidem Hierosolymorum sedem accepisse, Petro uerò totius orbis curam demãdatam affirmat. Theophilus principem apostolorum ex eo factum, Lucæ. XXII. scripsit, quũ illi mandat, ut fratres confirmet. Rursus Ioannis cap. ult. idcirco ei à CHRISTO dictum, sequere me, quoniã cunctorum fidelium prælaturam ei concesserat. Cyrillus Alexandrinus libro thesaurorum, nos hortatur, ut maneamus in ecclesia Petri, & in capite nostro, nẽpe apostolico throno Rom. Põtificum. Maximus epistola quadã oriẽ talibus populis suadet, ut ueram fidem approbantes, in ecclesiam Romanorum, tanquam in solem respiciant, & ex ipsa lumẽ catholicæ & apostolicæ fidei recipiant.

Ignatius Constantinopolitanus potestatem apostolorum principi Petro datam, non in eius persona circumscriptam, sed successoribus quoq; senioris Romæ Pontificibus transmissam, autor est. Ex Latinis Cyprianus, super uno Petro fundatam ecclesiam tradit, idq; à CHRISTO institutum, ut unitas eius ostenderetur. Idem lib. IIII. epistolarum ad Pupianum, super Petro ædificatam fuisse ecclesiam apertissime fatetur. Ambrosius nunc eum ecclesiæ petram appellat, nunc fidei firmamentum[d], idcircoq; petram esse, quoniam primus in nationibus fidei fundamẽta posuerit. Idẽ sermone XI. Hanc inquit, solam ecclesiæ nauem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus.

c xxj. distinct.

d l. dist. c. fidelior.

Hieronymus in Matth. Petri nomen illi recte ab CHRISTO datum, quoniã per metaphoram super eum edificaturus erat ecclesiam suam[e]. Idem ad Damasum: Ego (inquit) beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri communione consocior, & super illam petram ædificatam ecclesiam scio.

e 24. q. 1. quoniam.

Augustinus ad Paulinum, epist. CVI. Innocentij literas commendat, quibus ad sedis suæ notitiam pertinere testabatur, quicquid ubiq; a concilijs de fide statuatur, cuius iudicio uel sient, uel cadant, quæ tractata fuerint. Rursus in libro aduersus epistolã Donati, in Petro asserit tanquàm in petra fundatã ecclesiã. Gregorius cum uarijs in locis, tũ maxime epistola ad Mauritium Imp. eandem sententiam, adductis euangeliorum canonibus, clarissime defendit: & post cum Bernardus eo sermone, quem in ipsius apostoli uigilia habuit, diffusiusq; ad Eugenium Papam, lib. II. de cõsideratione, Age inquit, indagemus quis sis, quam geras pro tempore personam in ecclesia dei. Quis es? Sacerdos magnus, Summus põtifex, tu princeps episcoporũ, tu hæres apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraã, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, autoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unitione CHRISTVS: tuæ cui claues traditæ, & oues creditæ sunt, habẽt alij sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi uniuersi crediti: & quæ sequuntur.

Socrates episcopus in historia Cassiodori, quum in uarijs locis principatũ Rom. Sedi asserit, tum & lib. IIII. cap. IX. ubi ecclesiasticis regulis mãdari asserit, ne præter Rom. Pontificis sententiam concilium celebretur. Rursusq; lib. IX. cap. XIII. regulam prolatam autor est, ut Constantinopolitanus episcopus haberet honoris priuilegia post Põtificem Romanum, hisq; consensum suum præstitisse Imperatorem Theodosium: quod & Constantinopolitano concilio cautum reperitur, in quo hæc ad uerbum legere est, Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum

post Romanum, propterea quòd urbs ipsa sit iunior Roma. Sed & Amianus Marcellinus historiæ lib. XV. autor est, Constantium Cæsarem sententiam qua Athanasium cõdemnabat, petijsse à Liberio Rom. põtifice, pro autoritate qua potiores sunt æternæ urbis episcopi, confirmari: quod minime obtinere potuit. Sed quid ego hac in re uerba ulterius faciam? & contra uetus prouerbiũ, Rem actam rursus agam? pluribus enim concilijs, & nouissime Constantiensi res hæc omnis decisa est, quod & Iustinianus Imperator hac cõstitutione approbauit, ut ridicula sit ea hæreticorum cõclusio, qua id introductum ex frigidissimis decretis solum, à CCC. annis citra asse uerant. Sed certe nobis uidentur isti non tam credere quæ asserunt, quàm id agere, ut inuidiam aduersus Pontificem & præsules colligant, & contra Christianorum dogmatum sinceritatem principibus populi sui maledicant, quum tamen CHRISTVS quoq; ipse Pontificibus & sacerdotibus libẽtissime detulerit: quod annotauit Cyprianus. Paulus quoq; in Actis apost. cap. XXIII. Nesciebam inquit, fratres quia princeps est.

b ¶ QVAM uera religio. Religio ab antiquis in malam partem accipiebatur, nimirum pro superstitione: Lucretius,
Humana añ oculos fœde quũ uita iaceret
In terris oppressa graui sub religione.
Deinde cœpta est uox in bonã partem accipi, & Religiosi proprie dicũtur, qui paupertatem, obedientiam, castitatem perpetuam Deo uouerũt. Sed & ampliore significatu hi accipiũtur, qui aliquid ex illis uotis obseruant, ut hospitalarij & templarij, per summum uero abusum, quilibet Christianus dicitur religiosus, & ita sentiunt Canonistæ in rubr. de regularib.

c ¶ NVLLIS rugis, Id est scissuris, & diuisionibus: sumptum est ex epistola Pauli ad Ephesios cap. V. Sanè damnat Procopius Iustinianum, qui intra palatij cubiculum reclusus cũ sacrificulis, omnes bonas horas consumeret, in secernendis articulorum fidei minutijs, omissa rei bellicæ cura, ut inde præstiterit Totylæ occasionẽ urbis Romæ per Gotthos incendendæ.

d ¶ COEPISCOPORVM interueniente consensu. Edictum ergo Iustiniani, quod cum consensu episcoporum promulgauit, Iustiniano non episcopis attribuitur: quod recentiorum quorũdam sententiam confirmat, qui si in concilio à Rom. Põtifice indicto ædatur cõstitutio hac inscriptione, Romanus pontifex de consensu concilij, censet pontificiam, non synodalem existimandam: nam non solent actus à consentientibus denominari, sed à facientibus: licet Nicolaus Tudiscus cõtra, in oratione quã in Basileæ synodo habuit in Germania. Sed hæc à nobis latius disseruntur Paradoxorum lib. VI. cap. X.

e ¶ VICTOR Iustinianus &c. Simili titulo utitur Honorius in epistola ad Bonifacium[f], postponiturq; hic Pontificis nomen, qui stilus in præsentiarũ in Rom. curia exoleuit: quapropter Guil. in Speculo de præsent. rescripti. autor est, falsum præsumi rescriptum, in quo nõ legatur summi pontificis nomen ante cætera. Veteres certe simplicius egerunt, nec cũ tanta seruulositate credidere.

f ¶ NOBIS magnum studium fuit unitatem. Et sic ad Imperatorem pertinet, in schismate procurare, ut congregetur concilium: quod uerum est, ubi Pontifex ipse ex magna causa esset suspectus, ueluti si ageretur de eo exautorando: alioquin congregatio synodi ad ipsum Pontificem pertinet, ut habetur XVII. distin. & eo negligente ad eos Cardinales qui minime eius labis suspicione notantur, quæ conuentui peragendo causam præstat, ut Baldus, Cardin. Flor. & recentiores scripsere[g]. Vbicunq; autem de hoc aliqua oriretur dubitatio, existimauerim ob eius disceptationẽ Imperatorem fortè adeundum[h].

g ¶ ARCHIMANDRITAE. Ita abbates uocari arbitror, μάνδρα Græce spelũcam significat & gregem: monachi enim in eremis cauernas inhabitabant, ab his ergo nomen sumpsere: uel à grege propter illud euangelicum, Pasce oues meas: quod alij arbitrantur. Huius uocis mentio est etiam Sydonio Apoll. in epistolis.

h ¶ HOMOVSION. ὁμοούσιον consubstãtiale, quod in filio Arrius, in spiritu sancto Macedonius negabat: at Nestorius CHRISTVM filium Mariæ hominem tantum credidit, superuenisseq; deinde in eum diuinitatem: quibus non minus deteriora prodidit Euthyces, qui CHRISTO diuinam solum naturam asseruit: quapropter Arrius Nicena, Macedonius Constãtinopolitana, Nestorius Ephesia, Euthyces Calcedonia synodo condẽnati sunt[i].

i ¶ PATRIARCHAM uestrum fratrem. Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & Cardinales solet Rom. Põtifex fratres

[f] 97. distinct. Victor.
[g] Decius consil. 151.
[h] l. ij. supra eo.
[i] c. sunt igitur 15. distinc. & xxxiiij. quæst. iij. quidam.

tres appellare, cæteros omnes filios: quæ forma nisi seruata sit, præsumitur rescriptum falsum[k].

k c. quàm graui eũ de falso.

k ¶ PLVS uestræ sedis crescit autoritas. Debent enim pontifices autoritatem sedis suæ procurare, quapropter non licet pontifici de urbe Roma aliò sedem transferre, quia diminueretur de maiestate, quam consequitur ex dignitate urbis[l]: nam & diuino iussu de Antiochia Petrus eò contendit[m], cui legi diuinæ & ipse subijcitur: atq; ita multi sentiunt, & Alberico idẽ uidetur.

l 7. quæst. j. c. mutationes.
m 13. quæst. j. c. rogamus.

l ¶ ALIENVM seipsum ab ecclesia iudicabit esse catholica. Qui ergo delinquit, seipsum condemnat: unde uulgo dicitur, Ex maleficijs reum naturali obligatione teneri ad pœnam: quia uidetur consentire, ut merita pœna afficiatur: quod fere omnes prodiderunt[n].

n l. ex hoc iure de iust. de iur.

m ¶ IVSSIMVS esse alienos, Id est excõmunicauimus: unde hic probatur, uale re sententiam, qua iudex aliquem excõmunicat, nisi quàm primum aliquid faciat: nec enim huiusmodi sententia est conditionalis, sed pura, quæ tamen eueniente conditione resolui possit[o].

o l. oblig. §. conditio. ff. d'act. & oblig.

n ¶ EXTORRES. Sic dicuntur exules, quasi extra terram eiecti: hinc argumẽtum sumunt plerique, ut aduenæ beneficijs legum municipalium uti nequeant: quod æquum est, ne qui onera non sustinent, priuilegijs fruantur: respõderuntq; ita recentiores uarijs consilijs. Quapropter si constitutum sit, ut pagani damna resarciat, qui in eorum agro sit de latronibus spoliatus, aduenæ nihil prouidebitur: idem si ex lege instrumenta confestim executioni mãdentur, extraneus enim ordinario iudicio debebit experiri. Hanc tamẽ regulam ita intelligendam censeo, ut contrahentes non comprændat: quum enim respectu solennium, & eorum quæ ex natura contractus descendunt extranei huiusmodi lege teneantur, uidentur contrahendo tacite consentire ut lex attendatur: quocirca nõ tam beneficio statutorum uti dicentur, quàm iure sibi tacita cõuentione quæsito: Idemq; iuris arbitror in his quæ uoluntariam iurisdictionem respiciunt, quum id nemini noceat, & ipsis prosit, nec aliter credidisse doctores, uerisimile est[p], dum simpliciter in utroque casu asserunt, aduenam municipali legi subesse. Sed & clerici, quàmuis laicorum legibus non arceantur, eorum tamen beneficio uti poterunt: ne quod ob fauorem concessum est, in eorum odium reflectatur, ut Bart. scripsit[q].

p In l. j. §. 3. eo.

o ¶ GREMIVM nunquàm redeuntibus claudit ecclesia. Hæretici ergo quotiescunque ad sanitatem reuertantur, admittendi sunt, & impunes esse debẽt: quod & Augustino placuit, & antiqs patribus[r], quod non seruatur, quãtum sit ad pœnam criminalem[s].

q In tract. reprehensal. i. 3. quæst. principali.
r 24. quæst. 3. corrigantur.
s c. super eo. de hæret. in 6.

p ¶ OBSECRO clementiam uestram. Quum in crimine hæreseos ecclesia cognitionem sibi reseruet, quid est quod Rom. Pontifex precibus imploret, ubi imperare poterat: Sed hæc olim fuere, alioqui si decretales constitutiones respiciamus, non potuit Iustinianus aduersus hæreticos procedere, deinde eis condemnatis Pontificem admonere, quod tamen fecisse eum, hic satis constat.

q ¶ NISI perfectis in CHRISTO. Merito ita dixit, nam & Paulus suis epistolis ad Romanos perferendis, non alio usus est ministro, quàm Phœbe muliere Corinthia. Et hic notandum est, eos qui in legationem mittuntur præsumi prudentes, & principibus suis gratos.

RVBRICA.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS.

ECCLESIA Græca uox est, & conciõnẽ significat: In initio enim, & in ipsa, ut ita dixerim, nascentis nostræ religionis infantia, quũ pauci essent Christiani in urbibus conueniebant simul, & Deo laudes canebant, constituebantq; inter se, quæ ad institutionem suã pertinerent, ut Lucas in apost. actis ostendit, & Plinius ad Traianum autor est. Capitur ergo ecclesia ea significatione ut & conuentus Christianorum cõprændat, & etiam locum ipsum in quem conuenitur: appellatur & locus ipse Basilica, siue quod loca publica Basilica Græci uocent, Siue quod domus principis Basilica, id est regia dicitur, quæ significationes etiam diuinis tẽplis cõueniunt. Sane plura de ædificatione & consecratione earum habẽtur in Decretis, de consecr. distinc. prima. Sed probabiliter dubitatur quomodo constitutiones hoc in tractatu insertæ recipiendæ sint, quum communi calculo affirmetur, Imperatorias sanctiones,

nes,quæ ſpecialiter de clericis, uel eccleſiarum facultatibus uerba faciunt,nullius eſſe momenti, quod hoc munus ad ſolum Pontificem pertineat[a].Et fatendum eſt,ubi aliter iure canonico conſtituitur, has leges nõ obſeruari,alio qui eſſe obſeruandas: nõ quia ab Impatoribus latæ,ſed quia per Pontifices uidentur tacito cõſenſu admiſſæ:quod Alb. opinatur, in cuius ſententiam eundũ cenſeo:nemini tamẽ eſt dubiũ, qn in primitiua eccleſia, de rebus & perſonis eccleſiaſticis ius dicerent Imperatores.

a c.eccleſia. de conſtit.

RVBRICA.

DE SACRO ſanctis eccleſijs.

IMPERATOR *Conſtantinus ad populum.*

HABEAT unuſquiſcꝙ.Quoniã ante Conſtantinũ Magnũ collegia Chriſtianorũ dãnata erãt, eorũ ille profeſſionẽ primus Cæſarũ ſincera fide amplexatus[a],cõſtituit,ut quilibet facultatẽ haberet cẽtũ uellet gñali ipſi eccleſię relinquẽ di:fuitcꝙ tũc hæc lex intellecta, ut nõ ideo clericis uel monachis relinqui poſſet, aut particulari templo:cuius rei rationẽ diuus Hieronymus quadã ad Nepotianum epiſtola his uerbis attingit:Pudet dicere, ſacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & ſcorta hæreditates capiunt,ſolis clericis & monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur non à perſecutoribus, ſed à principibus Chriſtianis:nec de lege conqueror, ſed doleo,cur meruerimus hanc legem.Cauteriũ bonũ eſt, ſed quo mihi uulnus ut indigeã cauterio: Prouida ſeueracꝙ legis cautio, & tamen nec ſic refrenatur auaritia. Per fideicõmiſſa legibus illudimus, & quaſi maiora ſint Imperatorum ſcita,quàm Chriſti: leges timemus, euangelia contemnimus. Sit hæres, ſed mater filiorum,id eſt, gregis ſui, eccleſia quæ illos genuit, nutriuit, & pauit.Quid nos inſerimus inter matrem & liberos: Gloria epiſcopi eſt, pauperum opibus prouidere: Ignominia omniũ ſacerdotum eſt, proprijs ſtudere diuitijs: hæc ille. Vnde apparet recentiorum interpretationẽ factũ, ut aliter hæc lex noſtro ſeculo, aliter in primitiua eccleſia intelligeretur.

a xij.q.j. futuram.

b l. generali.j. eodem.

a ¶ VNVSQVISQVE, Qui tamen factionem teſtamenti habeat[b],& ita cõmuniter accipitur. Bartolus etiam eos accipit, qui ſolũ iure ciuili teſtari nequeunt, ut muti, uel ſurdi, uel qui ſtatus ſui ſunt incerti: idemcꝙ filiifamilias,qui in alijs caſibus,etiã conſentiente patre,non admittuntur:item dãnati de crimine famoſo, à quibus bona nõ auferũtur.Quæ ſententia ſatis defendi poteſt,quia huiuſmodi teſtamẽtum,ſi hac conſtitutione cõfirmetur, omni iuris ratiõe munitum dici poterit, & lex generali, in alijs caſibus accipietur,ueluti in his qui iure gentium ſunt inhabiles. Ex qua interpretatione hic probatur, generalem hãc dictionẽ unusquiſcꝙ,reſtringi, ut iure gentiũ inhabiles nõ comprændat, cꝙis de fauore publico agatur: Quẽ articulũ ſic arbitror breuiter poſſe expediri, ut dictiões gñales ex loquẽtis mẽte interpretationẽ accipiãt: Quapropter reſtringũtur,ut q iure gentiũ inhabilis ſit, nuncꝙ admittat[c]. Idẽ in eo qui iure ciuili reijciat, Quẽ ſenſum ex cõmuni ſentẽtia hic accipimus:nec em generalibus uerbis inducẽda eſt legũ correctio,niſi quũ alias cõſtitutio ſupflua reddeꝛ, uel de fauore publico agat, uel alias abſurdi aliqd conſequeretur,uel quũ uerba plurimũ exuberãt,& ratiõis paritas nõ diſſuadet[d]. Sed nũquid ꝓpter huiuſmodi dictiões geminatas lex extra proprietatẽ uocabuli trahatur:Et puto trahi: Quapropter ſi de qbuscũcꝙ hæredibus loquar,& fideicõmiſſarij intelligẽtur[e].Et appellatione cuiuslibet cõtractus, etiã de abuſiuis cõtractibus actũ uidetur[f]. Qua ratiõe prohibita alienatiõe quorũcũcꝙ bonorũ mobiliũ & ĩmobiliũ, crediderim & iura & actiões cõtineri[g].Si tĩ maxima improprietas fieret,aliud eſſet dicẽdum.Quãobrẽ ſi de quacũcꝙ negotiatiõe ſolui uecti-gal lex uelit,de legato nõ erit ſoluẽdum[h].

b ¶ SANCTISSIMO, catholico,uenerabiliꝙ cõcilio.Licet cõſtitutio de uniuerſali ſynodo loqui uideatur,tamẽ eadẽ priuilegia etiã cuilibet eccleſiæ cõpetũt,& cuicũcꝙ fraternitati eccleſiaſticæ, non incapaci, aut xenotrophio,uel miſerabilibus ꝓſonis,puta uiduis & pupillis, dũ pro ſalute animæ relinquat, hæc em pia cauſa eſt: alioqui ſi alicui

c l.iij. in fi. de op.no.nũ.

d l.j.§. renũtiatio.ff. de op.no.nunt.

e Rom. in l. id tempus. in fi. de uſucap.

f Gemin. in. c. ij.§.j.de reb.eccl.nõ alien. in 6.

g Doct.l. gallus §.etiam

h Bar.l.cætera. §.ſed ſi qs.de leg.j.

alicui diuiti quiſcꝙ ob dei amorẽ ſe legare dixerit,pia cauſa nõ eſt:ſicut cuũ quiſcꝙ male ablatũ certæ ꝓſonæ reſtituit,ut Bart. aſſerit.Sed qd ſi collegij præpoſitis legatũ fuerit:Rñdeo cẽſeri in uniuerſum ipſi collegio relictũ, niſi aliud præſumatur ex cõiecturis.Quid em ſi ſanguine, uel magna amicitia coniunctus legauerit: Quid ſi natura rei aliud oſtendat: Finge præpoſitos aucupijs oblectari, non erit ueriſimile accipitres & retia eccleſiæ legata. Quid itẽ ſi uni ex pluribus præpoſitis legatum ſit:Et ita ſe cõmunis habet ſententia[i]. Sed & ſi generaliter eccleſiæ legatũ ſit parochiali exoluendũ erit:ſi duabus parochialibus ſubſit teſtator,egentior preferet, niſi aliter ex cõiecturis appareat: κοινῶς.

i c.requiſiſti. de teſta.

c ¶ DECEDENS.Interpretatur Bar.ut beneficio huius legis ſolus fruatur, qui inſtante mortis articulo teſtamentũ condit: Quod communis expoſitio reijcit.

d ¶ QVOD optauerit. Interpretantur omnes,ut ad teſtatorem referatur:ipſe etiã defendi poſſe arbitror,ut fauore piæ cauſæ ſuſtineatur, ſi quis ita legauerit: Collegio uel flagriferis talis eccleſiæ lego, quodcũcꝙ de bonis meis optauerint ſeu elegerint[k]. Quo ſenſu id uerbum non ad teſtatorẽ,ſed ad concilium referetur.

k c.j.de decimis. & Archid.j. q.j.ſunt nonnulli.

e ¶ RELINQVERE. Verbum id generale eſt,Quapropter ſi eccleſiæ legetur, hæreditate nõ adita,uideretur legatum nihilominus deberi, alias caſſum redderetur teſtatoris iudiciũ:quod Bart. probat[l]. Alij contra crebriore calculo, quũ id priuilegiũ eccleſiæ competere ſpecialiter nõ caueatur, niſi quum filius in poteſtate fuiſſet inſtitutus:quum enim ipſo iure ſit hæres, ſtatim quæritꝰ ius eccleſię,licet deinde abſtineat[m]. Idem ſi præſtatio legati dilationem nõ admitteret,puta ſi pro ſepulcro legaſſet, uel ut reſtituerẽtur fœnebres pecuniæ. Sed & poterit eccleſiæ adminiſtrator procurare, ut alicui fiat addictio bonorꝫ,quæ etiam in libertatibus eſt introducta, ut legatũ cõſeruetur[n], adnotauitcꝙ hæc Bald.mox cæteri.

l l.eam quã.c. de fideicom.

m l.cũ quaſi.§. ſed & ſi quis. de fid.lib.

n Inſti. de eo cui lib.cauſ.

f ¶ LIBER ſit ſtilus. Graphium quo ſcribitur ſtilus ſignificat: unde uſus obtinuit,ut pro ſcriptura dicendicꝙ modo accipiatur.Exiſtimauit autem Bartolus,hac lege conualeſcere teſtamentum ad pias cauſas,licet iuris ciuilis ſolẽnitates nõ obſeruentur.Nã & idem militibus conceſſum eſt, & inter liberos teſtanti: Sed plerique omnes alia diſſeruere[o]. Verum quæſtio hæc inutilis eſt, quũ in preſentiarum ius canonicum ubicꝙ ſeruetur, quo teſtamẽtum ualet coram duobus teſtibus conditum, iuris ciuilis ſolennitatibus reiectis[p]. Quæ lex euangelico dicto nititur,In ore duorum &c. Quapropter teſtamẽtum ſuſtinetur, etiam quo ad alios cohæredes, quos cauſa pia non tangit, ut plericꝙ affirmant: ſecus ſi fauore cauſæ ſimpliciter id conſtitutum eſſet[q], nam & eodẽ canonico iure, piæ cauſæ cꝙ plura alia indulgentur, ueluti ſummaria cognitione ut explicẽtur cõtrouerſiæ,ut cognitio etiam eccleſiaſtico iudici competat,ut ſimplici exequutori cõtra negligentem hæredem actio detur, ut integrum legatum præſtetur,nihilcꝙ dedu catur,uel falcidiæ uel S. conſulti trebelliani nomine, quod & Iuſtinianus ſanxit, ut ſolo nutu facta inſtitutio ſit efficax, ut huiuſmodi relictum ex incertitudine non uitietur. Qua cauſa & captatoria inſtitutio admittitur,& legatum in arbitrium hæredis collatum ualetꝛ. Vnde conſequens eſt, ut male ablata reſtitui generaliter mandari poſſit, & pauperibus in genere legatum, robur obtineat, quod & inferius cauetur: collegitcꝙ hæc Aretinus.

o l.hac cõſultiſ. de teſta.

p c.relatum.de teſta.

q in §. ex ipere fecto.in l.hac conſultiſſ.

NEMO APOSTOLORVM. Quum Romanorũ antiquo iure mortui intra ciuitates ſepeliri nõ poſſent, ne ob huiuſmodi feralia municipiorũ ius polluereturſ, Chriſtianæ legis hoſtes ethnicorꝫ ſpreta religione,nõ ſolũ in eccliarũ cœmiterijs intra urbes,qd laicis iure pontificio cõcedi tur,ſed in delubris, atcꝙ adeo in ipſis ſctõrũ locellis tumulari ſe mãdabãt:quod imperatoria hac cõſtitutione deinde prohibitum

s l.mortuorum. j.de relig.& ſump.fun.

fuit: ueraq; hæc est constitutionis interpretatio. Nam & adhuc Mediolani in Protasij Orbasijq; Martyrum tumulo est epigramma, quo Martyris ad frõtem legitur, hitam nescio quam fœmellam Mãliam Dædaliã.

Cæterum & hic cõstitutioni sensus afferẽ, ut mercimonia in ecclesijs fieri, phibeat. Quam sententiã si probauerimus, corpora hic accipienda artificum negotiatorumq; collegijs erũt, in quem sensum dictio ista quandoq; trahitur[t]. Cõtractus ergo in ecclesijs fieri non debent, nisi causam piam respiciant, ut est contractus matrimonij, & pacis[u], uel contrahens tutò ecclesiã egredi nequeat[x]. Si quis tamen contraxerit, non idcirco tollitur obligatio: quapropter & uoluntariæ Iurisdictionis actus in ecclesijs facti ualẽt[y]. In iudicijs uero seculoribus non ita est, tam enim iudiciales processus, q; sententiæ ipso iure pereunt, si in ecclesijs ea gesta esse proponatur[z]. Vnde consequens est, ut in eis concepta arbitria, quæ ad similitudinem iudiciorum redigũtur, deficiant: arbitratorum mandata, quod transactionis uim obtinent, non deficiant. Sed & nunquid testi deferendum sit iuramentum in ecclesia, frustra cognoscitur, deferri tamen interrogarique in ea poterit: delatio enim iuramenti non tam iudicium q; piam causam respicit, sicut etiam interrogatio quæ ueritatem fouet & iurijurando accedit, communiterq; hæc traduntur. Sed & Bald. de ecclesia in ius uocari quemlibet posse credidit. Quod licet citationis relatio actis iudicialibus contineatur, non idem sit in ipsa citatione. Quod & alij probãt[a], licet nobis non arrideat.

t l. semper. §. quibusdam. de ure immun.

u §. quãdocũq;. in auth. quib. mo. na. cf. leg.

x l. præsenti. j. de his qui ad eccl.

y j. de his qui in eccl. man.

z c. decet de immu. eccl. in 6.

a Alex. l. plerũque. de in ius uoc.

IMPERATORES Hono. & Theodosius Augg. Præf. urbis.

NEmo martyres distrahat[a]; nemo mercetur[b].

IIDEM AVGVSTI Nuceno Præf.

NEMO MARTYRES. Prohibẽtur hac constitutione sanctorum corporum commercia. Quod Alber. Ros. intelligit nõ procedere quum huiusmodi reliquiæ emerẽtur à prophanis ut in ecclesijs reconderẽtur, qd' ab æquitate nõ abhorret.

a ¶ DISTRAHAT, Id est uendat: in quẽ sensum etiã Apul. utitur. Recentiores quamlibet contractus resolutionem generaliter distractum uocant. Sed nunquid cõpelli possit uenditor ut pretiũ restituat qd' ex turpi causa accepit? Et in hoc cõsensum est ut restituat[a]: licet Odofr. & Alb. contra, in malæ fidei emptore: sicut emẽs rem quã ecclesiasticam esse scit, ab œconomo prætiũ non recipit, ex Leonis constitutione[b]; sed & hoc communiter non admittitur.

a l. ult. ff. de aleat.

b §. quidam. 2. in auth. de nõ alien.

NOn plures q̃ nongẽti[a] quadraginta Decani[b] sacrosanctæ amplissimæ Vrbis deputẽtur[c] ecclesiæ, nulliq;[d] addendi, uel

b ¶ NEMO mercetur. Et quum lex prohibitoria sit, consequẽs est ut cõtractus ipso iure sit irritus[c]. Sed nũquid alia pœna cõtrahentes afficiantur? et extraordinẽ puniri ferme omes tradidere. Nam & in ecclesiastico foro huiusmodi transgressores honore priuãtur[d], ubi aliter iure expressum non est. Quod si contractus de se illicitum aliquid non contineret, nulla alia pœna infligetur: ueluti quũ lege cauetur, ne quisq; rem minoris emat, uel ne triticũ extra territorium conuehatur, ultra enim prohibitionem nihil pœnæ est.

c l. non dubium. in fi. j. de ll.

d Glos. in c. generali. de clerc. in 6.

NON PLVRES. Ne fortè ultra facultates numero clericorũ Constãtinopolitana ecclesia prægrauaretur, statutus est hac cõstitutione certus numerus, ultra quem nemo eligi potest, & si quis fuerit electus, cæterorũ priuilegijs non fruitur.

a ¶ NONGENTI quinquaginta. Et is numerus deinde per Iustinianum arctatus fuit[a].

a in auth. ut determ. sit num. cler.

b ¶ DECANI. Decani prius dicti sunt in exercitu, qui decem militibus præerant, qui alio nomine caput cõtubernij dicunt, ut Fl. Vegetius, & Modestus scripserunt: deinde id nomẽ ad ecclesiasticã dignitatem tractũ est, significãturq; hoc nomine Archipresbyteri, q forte à principio instituti sunt, ut decẽ clericis præessent, & q̃uis aucto deinde numero, nomẽ retinuerũt[b]: hic uerò accipiũtur clerici Cõstantinop. ecclesiæ, ita appellati, qd' in decanias eẽnt diuisi.

b l. distinc. c. in capite.

c ¶ DEPVTENTVR ecclesiæ. Quid si facultates augeãtur? Et poterit Eps unà cum Canonicis numerum excedere etiam incõsulto principe, sed diminuere nõ potest: quia id odiosius: nã mortuo collega, ob auaritiam diminuere at numerum, ut eius portio sibi accresceret[c]. Quũ alioqui portio uocans canonicis non accrescat, sed in ecclesiæ utilitatem sit uertenda, Bald.

c in c. cũ accessissent. de cõst.

d ¶ NVLLIQVE. Accipiẽdum est de epo & Canonicis, quibus ius erat excedere taxatum

taxatum numerum, etiam si numerus esset per legem ab eis iuratam statutus, licet in periuriũ incidãt. Idemq; si ea lex per Summum pontificem sit confirmata: nam & tũc si transgrediuntur ualet electio, nisi in confirmatione irritũ declaretur, quicquid aduersus eam fiat: Sed si facultatibus auctis augeatur numerus, nunquid aduersus eam confirmationem factam dicemus? & crebrior sentẽtia est[d] non fieri, quia in ea confirmatiõe tacita est cõditio, nisi facultates augeantur.

d c. cum accessissent.

e ¶ PRAETER dictum numerũ. Hinc colligitur, supernumerarios non frui priuilegijs collegarum. Quapropter si profitentium doctorum in aliqua Academia constitutus sit certus numerus, si quis supra numerum simpliciter addatur, non erit particeps immunitatis. Quod arbitror uerum, nisi ex institutione instar aliorum redactus sit, puta, si pleno iure receptus proponatur: atq; ita Felyno uidetur[e].

e Fely. in c. constitutus. in fi. de resc.

f ¶ PER patrocinia, id est, suffragia & cõmendationes potentium.

g ¶ IMMVNITATE concessa. Sed quid si Pontifex alicui canonicatum in tali ecclesia concedat, si aliquis de numero deest, uel deesse contigerit, nunquid in supernumerarij locum sit admittendus? Et Old. & Alb. putant admittendum: nec est legitima recusatio canonicorũ, qui ut eum excludant aiunt debere expectari, donec ad antiquum numerum sit deuentum. Nam quum Pontifex præter numerum illum qui defunctus est instituit, non uidetur habuisse rationẽ antiqui numeri: quod in casu huius legis non est, in qua supernumerarijs subrogari aliquem expresse prohibitũ est.

h ¶ NEGATA'QVE omni nouationis facultate. Quod uidelicet aduersus hanc cõstitutionem nihil nouari potest, nec qui supra numerum obrepserit, potest paria cæteris priuilegia deinde impetrare, fraus enim legi fieret. Sed finge decreto capituli certum canonicorum numerum esse taxatum: Item cautum, ut si quis quoquomodo præter numerum fuerit admissus, is certis priuilegijs nõ fruatur, nunquid ea lege tenebitur, qui à Romano Põtifice iura canonicatus impetrauerit? Et uerior est sententia, teneri, ut Felynus scripsit[f]: Nisi utriq; capiti legis Pontifex derogauerit.

f c. constitutus.

i ¶ ECCLESIAE indulta. In dubio igitur priuilegia concessa clericis præsumũtur concessa fauore ecclesiæ, unde illis clerici renũtiare nõ possunt[g]: sicut priuilegium concessum patri & filijs, censetur contemplatione patris concessum[h]. Vnde hic quæritur, si Titio & eius filijs indulgeatur ut ad decurionatum possint admitti, demũ omnes concessiones reuocentur, præter quæ Titio cõcessa sunt, an filij censeantur posteriore hac constitutione illo priuilegio priuati? Et Iac. But. & Bal. non priuari crediderunt: idemq; cæteris uidetur. Sed qd si Titius priueẽ, an eius filij æqualem cum patre iacturam sentiant? & nõ sentire Saly. & Aret. scripsit: ne ius semel filijs quæsitũ, sine eorũ facto amittatur.

g c. si diligenti. de foro comp.

h l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulg. & pup.

PLACET. Hac cõstitutione cauetur, ut ecclesiæ extraordinarijs muneribus & superindicto non aggrauẽtur, sed ordinaria tãtum subeant, & ea quæ propter aduentitiam necessitatem indicuntur[a].

a 16. q. j. §. placet.

a ¶ RATIONABILIS consilij. Non enim debẽt Principes ex se ipsis leges promulgare, sed adhibito peritorũ consilio: ex quo cõsequens est, ut solus Papa, absq; Cardinaliũ cõsensu, ardua negotia perficere nõ debeat: qua in re magna est altercatio[b], qm si ita esset, non haberet liberam potestatem, quam tamen liberã illi CHRISTVS ex traditiõe clauiũ cõcessit: Sed hæc potestatẽ ligandi & soluẽdi respicit, nõ iurisdictiões, quæ q̃uis nihil cõmune habeant cũ regno cœlorũ, amplissimæ tamẽ in presentiarũ possidẽtur ab ecclesia: Quo fit, ut si qua ardua in eis incidãt, nõ solũ per Pontificẽ, sed & p consistoriũ debeãt extricari: nõ em ecclesia à capite solo representat, sed & à mẽbris, ut Theologi alig sensere. Qd' si aliqua cõpetãt Põtifici, nõ in rebus ecclesiæ, sed, ppter eius autoritatẽ, ea tametsi ardua per eũ solũ poterunt explicari, ut est creare Cardinalem, & ex

b Fely. in rubr. ex de constit.

et ex necessaria causa exautorare principē
secularem. Et ex his hoc etiam cōsequitur,
ut episcopus nō ualeat ardua absq; capitu-
li consensu decidere, absentesq; tamē sunt
citandi, nec impeditus tenebitur tali casu
procuratorē con
stituere. Qđ cō-
muniter tradit.
b ¶ VRBIVM,
Prouincialiū:nā
Italicæ sunt im-
e l.de his.j.ti.j. munes[e].
c ¶ VSIBVS
cœlestium. Quí-
dam de fundis so
lum accipiūt,qui
propter Eucha-
ristiam deputati
sūt ecclesijs: Nā
hi ab omni seruitio sunt immunes. Sed cō-
d xxiij.quæst.7. munis sententia est[d],ut generaliter intelli-
c.sancitum. gamus de omnibus prædijs ecclesiæ: nam
alioqui minimum hoc esset priuilegium.
d ¶ SORDIDORVM, ut est calcis co-
quendæ,arenæ fodiendæ,custodia aquæduc
tus,calefactio balnei[e]. Accurs.
e l.munerū.ff. de mun. e ¶ EXTRAORDINARIVM. Hæc
sunt quæ non habent certam & perpetuā
præstationē:quapropter ab exactionibus,
quæ uulgò taleæ & collectæ dicūtur,eccle-
sia est immunis. Nam & huiusmodi mune-
ra personalia sunt:In personas autem cleri-
corum nulla est principis secularis iurisdi-
ctio. Quapropter q̄uis Eugubienses cōsti-
tuerint ut omnia agri sui prædia sint tribu-
taria & obligata collectis,non tamen perso
naliter tenebuntur ecclesiastici,ad quos ali
qua ex eis peruenerint:per hypothecā ue-
ro fortè compellentur:atq; ita Bart.senten
tia defendi potest. Possunt em̄ laici res suas
obligare, ut ad quemcunq; cum onere suo
pertranseant: non tamen ex simplici scri-
ptura professionis probabitur hypotheca,
ut Bald.& Aret.aiunt.
f ¶ SVPERINDICTVM'VE. Hoc
intellige etiam quando alij tenerētur,quia
princeps ex aliqua causa imposuerit, alio-
quin regulariter nō solum ecclesia, sed nec
cæteri superindicti nomine obligātur,Sed
nunquid quilibet Princeps possit impone
re exactiones subditis:Et non posse cōstat,
sicut nec noua uectigalia, nisi consulto su-
periore:Si quisq; uero superiorem neminē
agnoscit,ex causa hoc potest,dū tamē memi
nerit,si ob prodigalitatem suā pecunia in-
digeat,uel iustitiam subditis non ministret,
quibus spāliter ne-
cessitatibus urbiū[b]
ecclesię singularum
habētur immunes.
Prima q̄ppe illius
usurpationis contu
melia depellēda est:
ne prædia usibus
cœlestiū[c] secretorū
dedicata, sordido-
rū[d] munerū fece ue-
xētur: nil extraordi
nariū[c] ab hīc supin-
dictumú[f] flagiteť,
nulla translationū[g]
solicitudo signetur:
postremo nihil,p̄ter
canonicā illationē[h],
posse etiam sibi tributa denegari, & de fa-
cto resisti[f].
g ¶ TRANSLATIONVM. Ob ces-
sationem tributorum,etiam quæ aliàs debē
tur,non tamen ecclesiæ prædia in fiscū trās-
ferri possunt:qđ
in pœna legis,pa-
cedit. Quod si ex
natura cōtractus
pœna descēdat,
existimauit Bal-
dus & ecclesiam
teneri. Quapro-
pter si ecclesia ac
ceperit fundum
in Emphiteosim,
& triennio à Ca-
nonis solutione
cessauerit,cadet,
Idem si feudi leges nō seruauerit,quod ple-
rique omnes autumant. Cæterum forte ue-
rius est,ob subtractionem tributorum præ
dia publicari,nam & hanc pœnam diuinis
domibus inflīgi expressim lex dicit[g]. Nec
satis quadrat sententia de imperatorijs do-
mibus interpretantiū:& translatio hic mu-
neris cuiusdam nomen est, quum quilibet
tenetur aliquid transferre,non absimile ar-
bitror angarijs,quæ Græca uox est[h].
h ¶ CANONICAM illationem. Ordi
narium munus est,quod habet certam præ
stationem lege impositam, ut tributum,ad
cuius solutionem ecclesia quoq; tenetur:
quia res cū onere suo transit[i]. Si uero præ-
dia libere in ecclesiam trāsierunt,lege prin-
cipis secularis amplius non obligātur. Sed
nūquid clerici pro patrimonialibus bonis
uectigalibus (quæ pedagia uocant) subij-
ciantur: Et omnes negant, nisi negotiatio-
nis causa emerint,& secum aduexerint,sta-
turq; eorum iuramento[k], Aret. Cuius rei
hæc est ratio,nā huiusmodi portoria ad mu
nera personalia pertinēt, quia personis pro
rebus imponūtur:at in clericorū personas
non competit laicis iurisdictio, quod iure
canonico approbatum est,licet hæc lex ge-
neraliter de quibuslibet ordinarijs mune-
ribus loquatur,siue patrimonio,siue perso
nis imposita fuerint: Sed hæc olim fuere,nā
& diuus Basilius,antiquorū omniū theolo-
gorum eloquentia,doctrina,sanctitate lon
ge princeps, in regula monachorū,sic pro-
pemodum scripsit: Si quis relinquens fisca-
lia debita intret ad fratres, & parentes eius
pro ipso exigantur,& tribulentur, an non
affert hoc culpam aliquā, uel his qui eum
susceperū

f Lucas l.j.c. de superind. lib.x.

10 Idem si feudi leges nō seruauerit,quod ple-
rique omnes autumant. Cæterum forte ue-
rius est,ob subtractionem tributorum præ
dia publicari,nam & hanc pœnam diuinis
domibus inflīgi expressim lex dicit[g]. Nec
satis quadrat sententia de imperatorijs do-
mibus interpretantiū:& translatio hic mu-
neris cuiusdam nomen est, quum quilibet
tenetur aliquid transferre,non absimile ar-
bitror angarijs,quæ Græca uox est[h].

g l.fi.j.de ex act.trib.

h j.li.xij. de exact. & transl. & mil. anno.

i xj.q.j.si tributum.

k c.clericis.de im.eccle.i 6.

susceperunt,uel ipsi illi qui ita egerit: Basi-
lius: Dns noster IESVS CHRISTVS,
his qui eum interrogauerunt, Si licet cen-
sum dari Cæsari,an non: Ostendite inquit,
mihi numisma cēsus:cuius imaginē habēt,
& inscriptionē:
quum autem di-
xissent,Cæsaris:
subdidit, Reddi-
te ergo quæ sunt
Cæsaris, Cæsari,
quæ sūt dei deo.
Ex hoc manife-
ste docemur,quia
hi obnoxij sunt
tributis Cæsaris,
apud quos inue-
nitur census Cæ
saris & imago. Si
ergo aliquis tale
quid,etiam iuste,
ad fratres ueniēs
detulit, obnoxi-
us est ad soluen-
dum debitum. Si
uero omnibus in
manibus propinquorum derelictis, absces-
sit,nullus uel ipsi uel fratribus scrupulus
debet existere:hæc ille.
i ¶ NISI quam aduentitiæ. Ita habent
codices antiqui,atq; sic etiā legitur in De-
cretis. Significat autem, quum propter re-
pētinum principis aduentū aliquid mune-
ris subeūdum est,quo casu per Episcopum
à clericis collatio petetur,atq; sic cōmuni-
l l. neminē.j.e. ter aiunt[l]. Quod,q̄uis ex se uerum sit,non
conuenit uerbis legis,nulla em̄ hic de prin
cipe mentio. Ego aduētitiam necessitatem
intelligo, ubicunq; repēte aduenit aliquid
peragēdum, quod ad publicam utilitatem
spectet. Quapropter & clerici pro custodia
murorum aduersus cōmunes hostes excu-
babunt,& urgēte necessitate hospites reci-
m c.ij.& iij.de im.eccl. piēt,nec hoc casu ab angarijs excusabūt[m].
k ¶ ACRIMONIAM. Accursius &
cæteri excōmunicationem intelligūt,quasi
arcentem à gremio ecclesiæ. Quod ratio la
tinitatis non admittit. Melius Canonistæ,
qui atrocitatem pœnæ accipiunt,quæ lege
n l.j. ad l.iul. pecul. Iulia sacrilegis infligitur[n]. Sed quencunq;
sensum capiamus, hic probatur ex eodem
delicto duabus pœnis aliquem affici: quod
procedit,quum ex eadem lege utraq; infli-
gitur, secus si diuersis[o]. Quid si idem deli-
o l.senatus.de accus. ctum à lege ciuili uel canonica puniatur?
Et putauerim uno in foro punitū, in alte-
ro quoq; plecti posse: hic enim utriq; foro
iniuriam fecit,ergo utriq; satisfacere debet.
Quod & supra attigi[p].
OMNI. Et per Nicenam synodum,
& per alia cōcilia fuerunt, antiquitus
multi Canones
compositi, in his
quod aliqua du-
bia essent,Illyrici
sub interpreta-
tionis prætextu
multa innouaue
rūt: Quapropter
mandatur id re-
scindi, & quæ du
bia sunt sacro cō
uentui reseruari.
a ¶ SI QVID
dubietatis. Cau-
sæ enim sacræ à
sacerdotibusdiffi
niri debēt: Quod
si non in iure ne-
gotij dubitetur,
sed factum quæ-
stio respiciat, po
terit & secularis iudex incidēter cognosce-
re. Finge debitorem dicere,pro fœnoris ue
lamento, plus pretij in instrumento pro-
missum q̄ acceperit: quæstio est facti, &
prætor cognoscet: q̄uis si disputaretur an
contractus sit usurarius,non cognosceret.
Idem si mulier cōtraxisse nuptias se neget,
nam & id facti est. Secus quū quæritur, an
nuptiæ ualuerint:& in hoc magis commu
q in l.titia.fol. mat. niter consensum est q. Quamuis etiam ubi
quæstio est iuris,quandoq; secularis inter-
ueniat, ut si de plano ex partis confessione
uelit iudex edoceri,forte ut uideat,an cau-
sa sit spiritualis, an exceptio per calumniā
opponatur, quo casu & eam reijcere pote-
rit. Idem quū propter contumaciam in pos
sessionē ex primo decreto mittit. Idem quū
mādat sibi articulos exhiberi, quos coram
Episcopo dicit reus se uelle producere: nā
si,quamuis probaretur,uideat nihilominus
eos actoris intentioni non obesse, ad ulte-
riora procedet.
b ¶ ANTISTITIS. Debet em̄ quæ-
libet uniuersitas,quū quid agendū est,auto
re rectore suo agere, nisi huiusmodi negoti
o rector sit suspectus,quod Alb.uidetur.
Quapropter si de reformādo Pōtifice aga-
r Dec.cōsi.151. tur,poterit absq; eo conuentus iudici[r].
c ¶ ROMAE ueteris, Cōstantinus cum
Romanorum coloniam deduxisset Bizan-

p in l.cunctos. pop.in fi.

tium, omnes urbis antiquæ prærogatiuas illi concesſit, certauerũtq; simul Pontifices de præeminẽtia ſedis, donec Phocas Imperator pro Romano pronuntiauit.

d ¶ CONVENTVI, id eſt, concilio. Eius enim eſt interpretari, cuius eſt condere: Qđ ad leges, ſtatuta, priuilegia declarãda notãdũ eſt.

AD INſtructiões. His muneribus ſubeũdis obligatur eccleſia, quæ pro cõmuni utilitate & neceſſitate indicuntur, dũ ſordida non ſint. Qua ratione & portoriũ ſoluet, qđ plauſtra ducentibus impoſitũ eſt, pro itinere publico reficiendo, põtibusq; fabricãdis, quæ ut plurimũ à plauſtris uaſtantur. Idem ut puteus, furnusq; toti uiciniæ cõmunis inſtruatur. Cõpellenturq; clerici per ſuos Epiſcopos, ut ſatisfaciant. Sed nũ quid pro mœnibus extruendis conferent? Et hic aiunt Doctores, teneri, eadem ratione, niſi ad ornatum ciuitatis tantummodo pertineant: ipſi autem muros fabricare
s l. maximarũ. j. de exc. mun. non compellentur, quia id ſordidum eſt[s]. Sed iure canonico fortè aliter dicendum eſt, non enim omnino par ratio eſt, quum pontes, & uiæ publicæ æquè principaliter deſeruiant clericis, ſicut laicis: mœnia uero ad ciuitatis cuſtodiam ſpectant, quæ in primis laicorum ſolicitudo eſt: atq; ita Abbas
t c. nõ minus. de im. eccl. ſenſit[t]. Sed ſi ſubſit perquàm euidens neceſſitas, cui laicorum facultates pares non ſint, clerici tum, conſulto tamen Rom. Pontifice, conferent[u], conſtituentq; laici, accerſitis clericis, quantum ab unoquoque exigendum ſit, compellenturq; per Epiſcopũ ſuum, abſq; legitima cauſa renuentes, ut cõſentiant. Quod ſi ex cauſa particulariter
u c. aduerſus. eo. tit. unicuiq; æque utili collatio indicatur, Ro. Pontificis conſenſus non requiritur.

a ¶ ITINERVM. Cum quilibet teneatur uiam ante domum ſuam reficere, non eſt dubium, quin etiam eccleſia teneatur, munus enim id in rem eſt. Quapropter ſi nullas poſſeſſiones habeat, nihil omnino præſtabit. Sed quid ſi ob uias reficiendas collatio imponitur? Bartolus, & quidam alij exiſtimauere non teneri, argumento conſtitutionis Federici[x]: In quo communis ſententia uidetur reclamare, alioqui lex hæc nimis coarctaretur, conſtitutio enim illa nõ procedit, quãdo collatio indicitur, etiam uocatis clericis, compellente Epiſcopo eos, qui abſque cauſa rationabili diſſentiũt, quod huiuſmodi caſu obſeruandum eſt.

x auth. item mille. j. tit. j.

b ¶ DIVINAS domos, id eſt imperatorias: Cæſares enim ex antiquorum more poſt mortem inter Diuos referebantur, quãuis & ſic potuerunt appellari, quòd à Deo imperium conſtitutum ſit. Mihi non placet à ſermonis proprietate recedere, itaq; interpretare eccleſias, quæ pro congregatione fidelium conſtructæ ſunt, cæteras uero diuinas domos, quæ quoquomodo ad ſacra pertinent.

c ¶ LAVDABILI titulo. Atqui uidetur hic modica laus uerſari, niſi id ex ueterum conſuetudine emanauerit, qui uiarum & pontium magna molimina ſolebant imperatoris titulo inſcribere. Quod adhuc Romæ cernitur in ponte Narſetis, Et in uarijs eulogijs. Atque hoc clarius explicatur in l. abſit. de priuileg. dom. aug. lib. XI. unde hæc lex accepta eſt.

SACROSANCTA. a ¶ Capitatio nomẽ ordinarij tributi eſt, quod pro unoquoque animalis capite ſoluebatur, ab hoc Theſſalonicẽſis eccleſia ſpeciali priuilegio exempta erat[y]. Admonet Imperator, ne in
y l. fi. j. de anno. fraudem fiſci, etiã aliena animalia ſubleuet. Cuius legis argumẽto nõ proderit uillicis emptio noĩe ciuis fctã, ut ab his muneribus
z l. j. j. d'na. nõ excu. lib. xj. liberent, à qbus ciues ſunt immunes[z]: Nã res in cõmiſſum incidet, & etiã interdictæ rei miniſter alterũ tantum fiſco præſtabit[a].
a l. ordine. §. in fraudem. ff. ad municip. b ¶ GRAVAMINE. Grauatur enim reſpublica, quum ſibi per extraneos debitis tributis defraudatur.

QVI SVB PRAETEXTV. Vt munera euitarent, aliqui quãuis non idonei, ſe in Decanos, qui Conſtantinopolitanæ eccleſiæ canonici erãt, recipi procurabant: mandat Imperator in eorum locum alios ſubrogari, cum primatis aſſenſu.

a ¶ MVNVS nõ impleãt. Qđ pro argumento eſt, ut ſcholaris q non ſtudet, de ſcholariũ numero ejiciendus ſit. Quapropter ſi clerico cõceſſum ſit, ut dum cauſa ſtudiorum Ticini moratur, cuius abſens, fructus beneficij percipiat: niſi operam ſtudijs uerã det, eos non lucrabitur. Eadem ratione, p artifice habẽdus non eſt, qui non exercet: idemq; in Notario, & cæteris. Quod non procedit in his, quæ nõ reſpectu exercitij conceduntur, ſed dignitatis. Quapropter clericus cuius à ſacris abhorrẽs, priuilegio fori utetur, & eũ uerberans erit excõmunicatus, quia id ordini eſt indultũ, fructus uero beneficij non lucrabitur, quia id propter cultus diuini ſeruitiũ principaliter tribuitur. Sanè qui ſtudiorum cauſa abeſt, præſens eſſe uidet. Iure uero Can. in Theologiæ & iuris Pontificij ſtudio abſentes in generali Gymnaſio, per qnquẽniũ, p reſidẽ
a cle. fi. de mag. tibus habẽtur, & fructus beneficij retinẽt[a].

b ¶ MINVS, Id eſt, nõ exequitur. Quid ſi partim exequitur: Puto compellendũ, ut in totũ exequatur. Quid ſi ſcholaris idem ſit mercator: Et aiunt obſeruandum quod principaliter agit. Quid ſi clericus ſit conb c. j. de cler. cõiug. in 6. iugatus: Et is priuilegio fori gaudet, ſi tonſuram habeat, & uirginem duxerit[b].

c ¶ ARGENTARIORVM. Hi forte qbuſdam oneribus erant grauati, quæ non licet etiam ſub prætextu religionis euitare.

IMPP. Theod. & Valen. Augg. Cyro Præf. urbis.

QVi ſub prætextu decanorũ ſeu collegiatorũ, cũ id munus non impleant[a], alijs ſe muneribus conant ſubtrahere, eorum fraudibus credimus eſſe obuiãdũ: ne qs ſub ſpecie muneris, qđ minus[b] exeq̃t, alterius muneris oneribus releuet: ne argẽtariorũ[c] uel nũmulariorũ munera declinẽtur ab his, q dici tantũmodo collegiati uel decani feſtinãt: Ideoq; ſi qs eorũ ſub nudæ appellationis[d] uelamine collegiatũ ſeu decanũ ſe appellat, ſciat pro ſe aliũ ſubrogãdum[e], q prædicto muneri ſufficiẽs approbetur: ſubrogatione[f] uidelicet loco memoratorũ uel eorum qui moriũtur[g] primatũ eius q ſubrogat[h] admiſſo iudicio, ab hac diſpoſitione nemine ſe excuſante ſacroſctãrũ eccleſiarũ reuerẽtia.

d ¶ NVDAE appellationis. Quid ſi qs ſe doctorem uel equitẽ ſimpliciter appellet, quũ nõ ſit? Et ait Bald. extra ordinẽ puniẽdum. Quod ſi etiã inſignibus eorũ utatur, iudicio falſi reus erit: idemq; in ſimilibus.

e ¶ SVBROgandũ, Ipſius qui cauſã dedit ſubrogatiõi ſumptibus, ſicut in decurione fugitiuo ſolet dici[c].

c Io. de plat. in l. j. j. de colle. libr. xj. per l. circenſium. de decur.

f ¶ SVBROgatione, Id eſt in ſubrogatione admiſſo primatis iudicio.

g ¶ QVI MOriuntur. Clauſula hæc ſatis impertinens, niſi quod oſtendit in qua cũq; ſubrogatione requiri primatis iudicium.

h ¶ EIVS qui ſubrogatur. Magis placet, cui: Quid em̃ ſi ſubrogãdus primatẽ nullũ habeat? Quamuis ſi primatem habuerit, non negauerim etiam eius cõſenſum requiri. Sed nunquid monachus poſſit ad aliam ſacram profeſſionẽ trãſire? Et ſi ad arctiorem regulã uadat, petita Abbatis ueconſtruxerunt
nia, cuius nõ cõceſſa, licet[d]: ſi ad æqualẽ, nõ d c. licet. de reg. licet, niſi conceſſa licẽtia: ad laxiorem uero, ſolus Romanus Pontifex diſpenſat, nec ſecum abſportabit res, ſui cauſa interim monaſterio quæſitas[e].

e §. pe. in auth. de ſanct. epiſ.

IVBEMVS. Quoties claſſis imperatoria in hoſtes tendit, uel ad publicas ſpecies tranſuehendas, nulla nauis quocunq; priuilegio fulciatur eſt immunis.

a ¶ VLTRA duorũ milliũ. Idẽ ſi minoris quãtitatis ſit capax, nã eadem eſt ratio, Saly. & Aret. Quod non arbitror, maiores enim naues & prælijs & tranſuectionibus utiliores ſunt. Adde quod quũ lex hæc pœnam imponat, non eſt recedẽdum à uerbis.

b ¶ FELICEM embolã. Accurſius hic quædã ridicula effutijt, embola Græca uox & inter cætera, itineris ingreſſũ ſignificat, q

felix dicitur ꝓpter imperatoriã maiestatẽ.

c ¶ PVBLICIS utilitatibus. Hinc quoq; colligitur, licere rectori ciuitatis retinere plaustra & equos priuatorũ pro deuehẽdo cõmeatu ad exercitum, itemq; licere iudici capere à uiatore asinũ, supra quẽ deridẽdũ aliquẽ reum traducat.

d ¶ SVBTRACTÃ, Id est liberatã & immunẽ. Quãuis ergo aliquis immunitatẽ prĩcipis indulgẽtia cõsequutus fuerit, nõ tamẽ eo casu excusabit, quo aligd indicat ex necessitate belli[f]. Qd non, pcedere arbitrarer, quum specialiter & hic casus cõprænda-re tur. Quamuis & tunc immunitas nõ obseruaretur, quũ magna subesset necessitas, de qua non esset uerisimile cogitatum fuisse.

f l.j.j. ut nõ licebit. Doct. in l. si ex toto. ff. de leg.j.

g l.fi.j.fi contrarius.

e ¶ PROFERATVR oraculũ. Nisi ĩ eo huic cõstitutiõi manifeste esset derogatũ. Saly g.

f ¶ SIVE annotatio. Oraculũ uidetur hic accipi pro indulgentia, quæ uiua principis uoce conceditur: Annotatio quæ scriptis tantum[h]: Pragmatica quæ adhibita causæ cognitione in modum sententiæ, uel ad aliquius uniuersitatis preces[i].

h l.j.j. de ueter. lib. xij.

i l.fi.j. de diuer. ref.

g ¶ NON ualeat. De quo inferius habetur, titulo, si contra ius uel util. &c.

h ¶ IN FRAVDEM. Quid enim si qs insciẽte ecclesia nauem subtraxerit? Certe pœnae locus non erit[k]: sed subtrahens ipse de suo in æstimatione rei tenebitur. Quod si aliqui ex capitulo licet pauciores, cæteris reclamantibus dedissent nauem, minor pars hoc casu maiorem seruabit, atque ita sentit Guil. aliàs si nauis re ipsa non præstetur, puto huic legi locum esse.

k l.cotem. §. domus. ff. de publicanis.

i ¶ ATTENTATVM cum effectu. Non enim sufficeret, si uerbo tenus nauis fuisset excusata.

k ¶ PVBLICATIONE. Sed quomodo potest Imperator rẽ ecclesiæ confiscare? nisi quod tẽpore quo Romanũ Imperium florebat, etiã clerici Imperatoribus suberâ, donec paulatim se in libertatem uẽdicauere: dein ultrò ad seculares quoq; subijciendos progressi sunt. Hinc tamẽ argumentũ accipitur, posse ex magna causa constitui, ut extranei habẽtes in territorio prædia teneãtur ciuitati conferre sub publicatiõis pœna: qd Inn. & Paul. sensit. Cæterum & hic dubitatur, quomodo ecclesiæ potuerit per eius rectores præiudicari: & dicẽdum est posse, quum prælatus unà cũ capitulo ad id negotium cõgregati in uniuersum constituerũt nauim subtrahẽdã, alioq; quod particulariter agitur ecclesię nõ obest, quæ ex uniuersitate cõflatur, sed ipsis solum[a]: & hæc in delictis. In contractibus uero factum prælati, ecclesiæ non nocet, nisi seruatis solennitatibus contraxerit, uel negligendo utilia omiserit[b], puta quia non interpellauerit præscribentem. Illud constat, quoties ex administratorum delicto damnum ecclesiæ irrogatur, teneri eos de suo, ut ecclesiæ satisfaciant: quod si soluendo non fuerint, ecclesiam in integrum restituí[c].

a l.ij.c. de fund. pa. no. in l.fi. j. de naub. nõ excusan.

b Auth. quas actiones. j. eo. Aret.

c l.fi. ff. de eo per quẽ fac.

NEMINEM. Quum Imperator in expeditionem progreditur, quacũq; transit, nemo à muneribus excusatur: Et quum hæc lex specialis sit, derogat habentibus generalia priuilegia, sicut clericis[a], & ueteranis[b].

a l.ij.j. tit.j.

b l.fi. in fi. ff. de mun.

a ¶ ANGARIIS. Munera sunt quæ in operis personarum uersantur, sicut perangariæ in quibus etiam aliquid impensæ fit. Accursius Angaros uox Persica est, & significat nuntium, unde Græci angarias deduxerunt. Angarosq; appellabant baiulos, & onera subeuntes sicq; nos hodie etiam rusticos Tangaros uocamus.

b ¶ PLAVSTRIS. Sed si ab hostibus diripiantur

piantur, an tenebitur Princeps uillico satisfacere: Et non teneri crediderim, quum uillicus neq; operã neq; plaustrũ censeatur locare, sed obligationi sibi à lege impositę satisfacere. Quod si onus non uillicum sed uniuersitatem respiciat, cui nõ spõtaneã operã præstat uillicus, tunc æquũ est per eam succurri: & hoc casu Lucæ sentẽtiam probo[c].

c Luc. de penna in l.ji.j. d'na. non excus.

c ¶ EXPEDITIONEM. Sed nunquid liceat exercitui capere res singulorũ. Et nõ licere procul dubio est, propter illud euãgelicum, Neminẽ cõcutias, nec calũniemini, sed cõtẽti esto te stipendijs uestris[d]. Debet eñ princeps, anteq; in expeditionem transeat, necessaria omnia præparare, & ciuitatũ pecunias in subsidiũ accipere, & si subsit iusta causa, collationes imponere: & si periculum sit in mora, à præsentẽ pecuniam habẽtibus accipere, quibus imposita collatione deinde satisfaciendum est, nec excusarẽtur milites, cũius princeps stipendia eis nõ persolueret: debent enim infructuosam militiam potius deserere, cq; furari.

d l.j.j. de Salg. li. xij.

d ¶ PROVINCIALIVM. Sed nunquid quælibet ciuitas etiã inconsulto principe, possit ex causa necessaria indicere collationẽ ciuibus? Et aiũt posse[e], dum pro facto principis non imponat, & extraneos prædia in territorio habẽtes nõ cõpellat[f]. Quãuis eñ illi muneribus realibus obligẽtur, nõ tamẽ ad personalia tenẽtur: sicut est collatio, quæ personis pro rebus imponitur. Quod si princeps omnia regalia ciuitatis sibi usurpauerit, tunc nõ poterit, Saly.

e l.j.j. de superind.

f l.fi. §. præterea. ff. de mun.

e ¶ SOLITA. Quapropter ista lex etiã iure canonico uidẽ procedere, quum noua munera ecclesijs non indicat, sed solita sibi præstari solum uelit, uidetur q; consuetudo hæc rationabilis.

f ¶ ECCLESIAS. Sed nunqd possint res in ecclesiam transferri, pacto ut pro eis soluant collationes, & similia onera: Et posse constat, tunc enim ecclesia non tam iure ciuili quàm proprio pacto conuenitur.

PRIVILEGIA. Priuilegia ecclesijs concessa confirmantur, tolluntur q; cõtrariæ constitutiones.

a ¶ FIRMA. Sed si hæc priuilegia ualebant, quid opus est confirmatione? An quia cõfirmatio efficacius ius tribuit: & priuilegiũ confirmatũ difficilius tollitur, propter geminationẽ, quod aliqui dixere[a]. An qd & id utile fuit causa tollendæ dubitationis, si qua in priorib⁹ uertebatur, quod si priuilegiũ non ualebat, confirmatio nullius fuisset momenti, nisi ex certa principis scientia facta sit[b], quod tũc deprænditur, quum interuenit causæ cognitio, uel in serie libelli totus rei tenor est expressus, uel geminata iussio emanauerit, uel princeps attestet se ex certa sciẽtia illud facere, uel æquipollẽtibus uerbis utatur, in quo Abbas & cæteri consentiunt[c]: quod si obreptum principi probetur, clausulam hãc nullius esse effectus, idem Abbas scripsit. Illud cõstat, generalem concessionem ad illicita non trahi, nec ex ea aduersus confirmantem fieri interpretationem[e]: nec enim generalibus uerbis uerisimile est, ita sensisse principem.

a Corset. ĩ trac. de gemmi.

b l. adoptio nõ. ff. de adopt.

c c. porrecta. de confirmat.

d c. inter dilectos. d' fi. istr.

e Fely. c. ij. pen. char. d' rescr.

b ¶ INTERVENTV gratiæ uel ambitionis. Quod præsumit lex, & super huiusmodi præsumptione disponit, unde regulariter contrarium probari non potest, Odofredus.

c ¶ CESSARE. Et ideo in generali cõfirmatione comprænduntur etiam priuilegia reuocata, quia ita specialiter hoc casu cautum est, quod Baldus asserit. Cæterum hic dubitatur, quomodo Canones ecclesiastici principũ constitutionibus præualeãt: & in spiritualibus præualere non est dubiũ. Idem in his que aduersus legẽ CHRISTI peccãtur[f], etiam si uenialiter: alioqui quælibet lex in suo foro est potentior, nisi quod in ciuitatibus, quæ ecclesiasticæ sunt

f Imo. in. c. fin. de præscr.

iurisdictionis, etiam in foro ciuili canones sunt efficaciores, præterquàm si aliud fœderibus actum sit, uel populi decreto cautũ, ualent enim municipalia statuta, & ipsos laicos obligant, quæ digna ratione concepta sint, licet aduersentur canonibus: quale est illud, ut masculi in parentum successione fœminis præferãtur[g], Sanè ubi ciuilibus constitutionibus aliquid non cauetur, quod expressim canonico iure est declaratũ, tũc in ciuili foro etiã Canones seruãdi sunt. Idemq; & è conuerso, utraq; enim lex se adiuuat, & uicissim interpretationes recipit[h].

d ¶ SPECIEBVS. Vt pane, uino, & similibus, Accur. Et hic aduerte salaria dici, etiam quæ pro eleemosynis præstantur.

e ¶ PRORSVS imminuta. Admonet hinc Saly. non posse per quæstores detrahi colybũ (capsoldũ ipse barbara uoce appellat) ex salariis quæ monasteriis debent. Idẽ de doctoribus stipẽdiis, qđ & nos probamus.

f ¶ PRAESTARI. Atqui uidetur nihil præstandum, quum hic nulla certa summa contineatur, merito ergo dispositio non ualet[i]. Sed respondendum est, quum lex referatur ad id, quod ante præstitum fuerat, satis certam reddi iussionem: Si ergo præstatio semper fuit uniformis in promptu est certitudo: si autem diuersimode fuerit erogatum, arbitratu boni uiri, procuratoris fisci, uel decuriones præstari iubebunt[k]: Condicenturq; huiusmodi salaria ex hac lege, Saly. alioqui ex nimia obscuritate etiã legata ad pias causas uitiantur, nisi legis dispositione uel coniectura declarẽtur: quod Pet. Cy. Bal. aiunt[l].

g ¶ PERPETVAM. Potest tamẽ eius successor reuocare. Sed nunquid poterit ciuitas contrario decreto reuocare annuam præstationem, quam quibusdam ecclesijs dabat: Et posse crebriore calculo asseritur[m], dum iure contractus debita non sit, uel etiam ex priuilegio, ut alij dixerunt.

Quod non probo, quoniam hic ostenditur pragmaticas sanctiones, quæ huiusmodi priuilegia reuocabant, si ex certa scientia emanauissent, ualere potuisse.

CASSA. Quum Fœdericus iunior, huius nominis secũdus, ab Romano Pontifice Honorio ī urbe Roma Imperatoria corona insignitus fuisset, in eius gratiã quasdã leges promulgauit, inter quas hac noua constitutione cauit, ut quælibet statuta uel consuetudines aduersus ecclesiasticam libertatem, ipso iure irritarẽtur, pœna aduersus eam facientibus imminente.

a ¶ ITALIAM. Idem & alibi gentiũ: Sed idcirco specialiter de Italia actum, quoniam frequentius ibi huiusmodi statuta cõderentur, compellebanturq; ad eorũ obseruantiã sacerdotes, quod in cæteris regionibus nõ erat, quæ regibus seruiunt: quum in Italia hodieq; sint q̃plurimæ ciuitates liberæ solo nomine, seu titulo tenus, uel Rom. Pontificẽ, uel Imperatorẽ in dominos agnoscentes, quum re ipsa nihil eorum fisco tribuant. Sanè in autographo Fœderici, nec Italiæ quidẽ ulla est mentio.

b ¶ LIBERTATES ecclesiæ. Quæcũq; statuta ædũtur, quibus quicquã cautũ sit aduersus priuilegia iure diuino ecclesijs cõpetẽtia, uel à Rom. Põt. Impatoribus ue indulta, ea aduersus eccl'iasticã libertatẽ esse Inno. asseruit[a]. Idẽq; uisum est, si nõ speciali liter, sed iure cõmuni cõpetãt. Addit Bartolus idẽ quoq; generaliter esse in statutis quibus clerici timidiores cæteris redduntur.

Quod & ad specialis alicuius ecclesiæ indulta extẽdunt pleriq;[b]. Sed ut in his casibus & ipse satis fateor statuta nõ ualere, ita crediderim statutorũ autores in huius constitutiõis pœnas nõ incidere, nisi quum iurisdictionem suam supra clericos extẽdere audent. Quãuis enim clerici suis prelatis, Rom. q; Pont. subsint, nõ ideo tñ minus liberi dicũtur: ꝯn ut filij, fratres ue habeant. Quod

Quod si laici in suam iurisdictionem eos trahere audeant, contra eorum libertatem fit: merito huiusmodi statuentes, contra ecclesiasticam libertatem agere dicuntur, & legalibus pœnis subijciuntur: & hoc procedit, etiam si nõ directo de clericis agat, ueluti si munus aliquod cõsanguineis uel personas[c] inductas, aduersus canonicas colonis clericorũ imponatur[d]: quod si lex clericos non respiciat, tunc ualebit. Quapropter si ius pignoris reipublicæ competat in agris omnibus sui territorij, pro iure inducẽdorum munerum, etiam ecclesia tenebitur, ad quam cõdita lege fundus deinde peruenerit. Idem si statuto caueatur, ut qui non sunt subditi, à beneficio statutorum habeantur extorres, excludentur clerici: quoniã hoc non est quicquàm de iure eorum diminuere, sed nolle sua illis cõmunicare, ut cõmuniter aiunt, & legis uerba præsertim remouent clericos, qui non solũ nõ sunt subditi, sed nec esse possunt etiam si uellent, licet Decius[e] aliter responderit quum lex non de subdito, sed de eo qui nõ paruerit prætori loqueretur. Et ex hoc etiã consequens est, ut ualeat statutum quo cauetur idem iuris non subditis aduersus indigenas reddi, quod in eorum foro indigenis ipsis redditur. Quod ita intelligitur, ut salua sint priuilegia à Rom. Pontif. uel Cæsaribus clericis indulta[f], nec enim ea potuerunt per huiusmodi legẽ auferri. Sed dubitari contingit, quid si lex prohibeat bona immobilia sine certa solẽnitate in nõ subditum alienari? Et cõprændi ecclesiam dicendum est[g], dum ea solennitas difficilli ma non sit, alioqui uideretur contra ecclesiasticam libertatem id esse: ueluti etiam, si generaliter alienatio huiusmodi prohibeatur[h]. Sanè cõsensus principis pro difficilli ma solennitate non habebitur, quum & ecclesia idẽ iuris seruet in rerum suarum alienatione. Illud constat, statuta quibus cauetur cum qui cognitionẽ prætoris subterfugerit impune posse offendi, uel qui non subditum occiderit aliqua leui pœna plecti, si ad clericos referantur, nullius esse momenti, clericis enim ex priuilegio competit, ut sub secularibus non conueniãtur, & qui eos læserit, grauiter puniatur.

c ¶ EARVMQVE personas. Quid si statutum eos obliget anteq; clerici fiant, & tunc ualere constat. Quapropter ex lege huiusmodi excludetur filius clericus à successione regni, primogenito existente[i]. Quoniam ius huic quæsitum sit, priusq; sequens gnatus in sortem domini fuerit uocatus. Eadem ratione, si cautum sit, ut existentibus masculis fœmina non succedat, excludetur monialis[k] dum tamẽ antequàm se dedicauerit masculi aliqui extarent, ut ego sentio. Quid si statuti uerba in eum casum concipiantur, quum adhuc religionem non est ingressa? Puta ingrediẽs monasteriũ, uel si quis intraret cœnobiũ, sit priuatus iure succedendi, & ualere Bartolus ait[l], quod communiter recipitur. Qua ratione & si dictum sit, ut qui ciuiliter pro mortuo habetur, censeatur priori hora decessisse, crediderim non ualere nec ideo monasterium excludi, quominus monacho suo succedat.

d ¶ SANCTIONES. Quæritur ergo hic generaliter, an secularium statutis obligentur clerici? Et non obligari constat[m], siue de rebus ecclesiæ, siue de patrimonialibus, etiã si de laicorũ rebus annexis agatur[n]. Idemq; si clerici sint adhuc in minoribus ordinibus, uel etiam sint coniugati, dummodo cum unica & uirgine contraxerint, habitumq; & tonsuram seruent, nec refert quo in foro, & quomodo agatur. Quapropter secularis iudex secundum canonica iura causam clerici decidet, & alienationem rei ecclesiasticæ ex forma statuti sui factam reuocabit, licet de ea incidenter tantum agatur[o]. Cuius rei ratio est, quoniam laicis non competit potestas seu aliqua iurisdictio in clericos, unde nec si huiusmodi statuta sint illis fauorabilia, adhuc inuiti obligantur[p]: Et quum ipsi huiusmodi legibus non teneantur, consequens est, ut nec laici in foro Canonico cum eis litigantes obligentur[q], lex enim omnibus communis est, & quod iuris in alio non probat, nec in se quisquàm accipere debet: nec hoc casu poterit clericus statutum in sui fauorem acceptare: quia non est uerisimile, uoluisse legislatores in alieno foro agentibus, statuta sua prodesse, & id aduersus subditos suos. Reperiuntur tamen aliqui casus in quibus laicorum statuta clerici seruant, ut si coram iudice seculari litigent: in his enim quæ ordinem iudicij, modumue procedendi respiciunt, statuta obseruari æquum est[r], quoniam non cle

d Bart. in l. j. in fi. de his que pœn. nom.
e Dec. consi. cxiiij.
f Saly. in x. q.
g Dec. in d. c. ecc. ī pen. col.
h c. fi. de im. ecc. in 6.
i l. ita stipulatus. de uerb. oblig.
k l. quidã. ff. de leg. ij.
l c. cum tibi ex. de testa.
m Mod. in l. nõ amplius. §. si certum. ff. de leg. j.
a c. nouerint. de uerb. sig.
b Mod. in c. ecclesia S. M. de constit.
c c. ij. §. cæterum. de uerb. sig. in 6.
i Fely. d. c. ecc. q. 15.
k Idem. q. 6.
l Bart. in l. fi. C. de pact.
m Fely. in d. c.
n Aret. cõs. 25. statuto.
o Alb. in d. c. in 3. not.
p c. à nobis. j. de sent. exc.
q Aret. cõs. 45. Visis.
r c. qđ clericis. de foro comp.

non clerici personam,sed causam ipsam allígant, quæ foro suo subijcitur. Quapropter eo casu ab interloquente iudice clericus non prouocabit, iuxta laicorum constituta compromittet, ex instrumento absq; ulla libelli præstatione exequutionem implorabit, huiusmodi enim statuta procedentem iudicem respiciunt, ordinemq; iudiciarium: Quãuis idem poterit exceptionẽ peremptoriam obijcere,testes, instrumentaue producere,etiam aduersante statuto: Quoniam hæc ad decisionem,finemq; litis,nõ ad processum accedunt: Qua ratione & à diffiniti ua contra formã statuti appellabit,Et quæ de ordine iudiciorum dicta sunt,locum sibi uendicant, etiam in respiciẽtibus solennitatem contractuum. Quapropter laicus cum clerico contrahens, nisi solennitas à lege tradita obseruetur,non obligatur,nec uicissim sibi clericum obligat[s],Et ratio est, quoniam in subditum suum lex facta est, non in clericum. Idem & ubicunq; uerba statuti in rem concepta sunt, ut si diceretur, quod talis fundus alienari non possit absq; illa solennitate, & hic enim statutum de re sibi suppposita loquitur, non de clerico, merito clericus tenebitur obseruare. Idem & ubi consuetudo fuerit introducta, non solum à laicis,sed etiam à clericis: quia si sit laudabilis, in quocunq; foro seruabitur[t]. Qua ratione ualeret consuetudo, ut custodiam oblationum, quæ in usus pios conuertuntur,nunc laici nunc clerici alternis uicibus assumant[u]:Quod & in feudorũ iure receptum est. Cæterum & si clericus statuto,quod existimet sibi fauorabile, aduersus laicum uti uoluerit, nõ est dubium possẽ[x]; dum aliter statuentes nõ cauerint, dum item in foro ciuili agatur, & eo utatur in totum, etiam si aliqua sibi obsint[y]. Sed & tenebitur clericus statuto,quod pro utilitate publica factum sit,compelleturq; ad eius obseruantiam per episcopum:ut si cautum sit,ne altius ædes tollãtur,ut quòd uiæ & compita purgentur,sternantur,reficiantur,& si qua similia. Sanè & clericus contrahens, uidetur secundũ ciuitatis consuetudines uel statuta contraxisse, quod & ad dilationes pensionũ, ad monetæ formã, ad cõtrahentiũ priuilegia pertinet.Episcopiq; sui de hac re erit notio, atq; ita sentit Saly.Sunt & alij casus quos supra attigi.

g Fely.in d.c. 8.quæst.

t c.cũ uenissent de eo qui mitt. in poss.

u Fely. c. dilectus. in princ. de off. ord.

x c.dilecti.de foro comp.

y arg. l. in traditionibus. ff. de pact.

per annũ huiusmodi nouellæ constitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores, bona eorũ per totum nostrum imperium impune ab omnibus occupentur.

e ¶ CAPITVlaribus. Id est libris statutorum. Quapropter si in huiusmodi libris sit aliquid constitutum aduersus ecclesiasticam libertatẽ,licet in fine uoluminis sit generaliter cautum, ut siqua in eo sint aduersus ecclesiasticam libertatem constituta,nullius sint momenti, nihilominus in huius legis pœnas legislatores incurrent,quoniã ea de capitularibus non aboleuerint,ut Bar.Bal. & cæteri scripserunt.Sed quum legis uirtus in ipsa scriptura non consistat, dixerit aliquis, satis abolitam esse legem,cuius sententia sublata sit[z]:Quod & ipse probo, nisi dolo malo abradere de uolumine autores noluerint, puta quia ab Episcopo requisiti ut id facerẽt,neglexerint: uel ideo non aboleuerint, ut dãnosa memoria remaneret[a],in quo prudens iudex arbitrabitur.

z Bar.in l. emptor. §. lucius.de pact.

a l. quoniam. tit.seq.

f ¶ ABOLERI. Idem si lex dixisset cancellari,uel induci:nam si lex simpliciter requirit instrumentum cassari,uel irritari, satis est si iudex cassum & irritum esse pronũtiet:Si uero mandet aboleri,uel cancellari, debet re ipsa instrumẽtum dissipari,uel per cancellos & cruces deliniari,Paul.

g ¶ CONTRA fiat.Sed finge statutum simpliciter disponere contra non subditos,uel non parentes prætori.Et dicẽdum est,non censeri de clericis actum, ne interpretatio ea admittatur per quam statutum esset illicitum, & autores in pœnam incidерent[b].Quod tantomagis procedit, si extraneos,uel (ut uulgato uerbo utar) forenses lex appellet, clerici enim pro extraneis nõ sunt,quum urbem incolãt,onera spiritualia subeãt, Deum pro populo deprecẽtur[c]. h ¶ STATVTAE. Quæ sunt, mulcta mille marcharum auri,iurisdictionis priuatio, & infamia, ut latius habetur in ipso idiographo sub finem x. collationis. Sanè iure canonico excommunicationis quoq; pœna infligitur[d].

b Fely. in d.c. ecclesia in fin. qõ. & Pau. Cast. hic.

c Dec.consil. cxiiis.

d c.nouerunt. sent.excom.

Generali

GENERALI. Quælibet persona, etiam Deo dedicata,habet liberã testamenti factionem, potestq; bona sua relinquere quibus maluerit:quod hodie nõ procedit,facta professione[e].

e Vt in auth. sequenti.

a ¶ VIDVAuel Diaconissa. His hodie mulieribus Rom.ecclesia non utitur,ut ait Odofred,licet adhuc Mediolani cõsuetudo hęc non exoleuerit.

b ¶ VEL DIgnitatis.Suæ ẽm sunt in ecclesia dignitates,quę proprie ita appellantur, quum iurisdictionem habẽt annexam[f], ut est Episcopus, Abbas ,Præpositus, Archidiaconus, Archipresbyter: idemq; in Abbatissa,alias si iurisdictionem nõ habẽt dicũtur carere dignitate,non officio. Sunt tamẽ aliqua officia,qbus annexa est dignitas, ut protonotariatus,sed hæc secularia sunt.

f Abb.in c.multa.de præb. Vt habetur.j. de mag.scrin. l.xij.Andr.de Barul.ibi.

c ¶ OMNI alia. Iure tamen canonico sufficit testamentum corã duobus testibus factum: Quod aiunt omnes. Ego crederim secundum Euãgelicam regulam illud intelligendum,ut uidelicet in foro cõscientiæ compellatur unusquisq; ad obseruationem huiusmodi uoluntatis,si de intentione testatoris sit certus:aliàs potest probabiliter præsumptioni legis credere, fraudem suspicantis in testamẽto minus solenni. Et hæc expositio uerbis Canonis satis quadrat[g],in quo reprobatur consuetudo, non ius cõmune: item reprobatur,quia rescindebat, quasi ostenderet huiusmodi rescissionem solitam fieri, etiam ubi nulla fraudis suspicio esset. His accedit, quòd & regula

g c.cũ esses.& seq.de testa.

IIDEM AVGVSTI
Palla. Præf.Præt.

GEnerali lege sancimus, siue uidua, siue diaconissa[a], uel uirgo Deo dicata,uel sanctimonialis mulier, siue quocunq; alio nomine religiosi honoris, uel dignitatis[b] fœmina nũcupata, uel testamento uel codicillo suo (quod tamen alia[c] omni iuris ratiõe munitum sit) ecclesiæ,uel martyrio[d],uel clero, uel monachis ,uel pauperibus aliquid, uel ex integro[e], uel ex parte, in quacunq; re,uel specie credidерit relinquẽdum, id modis omnibus ratum[f],firmumq; cõsistat:siue hoc in institutione, siue substitutione, seu legato,aut fideicõmisso, per uniuersitatem, seu speciali, siue scripta,seu nõ scripta[g] uoluntate fuerit derelictum, omni in posterũ in huiusmodi negotijs ambiguitate summota[h].

c ¶ OMNI alia. Iure tamen canonico sufficit testamentum corã duobus testibus factum: Quod aiunt omnes. Ego crederim secundum Euãgelicam regulam illud intelligendum,ut uidelicet in foro cõscientiæ compellatur unusquisq; ad obseruationem huiusmodi uoluntatis,si de intentione testatoris sit certus:aliàs potest probabiliter præsumptioni legis credere, fraudem suspicantis in testamẽto minus solenni. Et hæc expositio uerbis Canonis satis quadrat[g],in quo reprobatur consuetudo, non ius cõmune: item reprobatur,quia rescindebat, quasi ostenderet huiusmodi rescissionem solitam fieri, etiam ubi nulla fraudis suspicio esset. His accedit, quòd & regula Euãgelica(qua ratione canon nititur) proprie ad conscientiæ forũ refertur: nec enim uerisimile est CHRISTVM de iudiciarijs strophis loquutum. Sanè & hinc conuincitur Bart. sententia, quam attigi supra l.prima.

d ¶ MARTYrio, Tẽplo Martyris,hincq; apparet quòd ex Constantini lege solũ concilio ipsi seu ecclesiæ generali permittebaẽ hac cõstitutione producũ,ut particulari quoq; ecclesię relinq; posset.

e ¶ EX INtegro, Id est in solidum: & intelligit Accur.atque alij hanc legẽ etiã si alicui collegio uel seculari personæ relinquaẽ, quod uidet̃ præter mẽtem huius legis esse, ut expresse sentit Odofred.nec dissentit Bartolus.

f ¶ RATVM. Saluo tamen iure alterius[h].

g ¶ SIVE non scripta.Non enim refert, ut ideo minus ultima uolũtas ualeat, dum de mente disponẽtis cõstet. Sed dubitatur, Quid si statutum prohibeat mulierem testari uel contrahere, non adhibitis consanguineis,an poterit in fauorẽ ecclesiæ etiam omissa solennitate:Et Bald.Paul.& Castr. aiunt posse.Nam etiam si in statuto specialiter hoc ageretur, non tamen possunt hoc statuentes inducere: quippe id aduersus ecclesiasticam libertatem esset.

h ¶ SVMMOTA. Corrigitur tamen hoc duabus sequentibus authenticis constitutionibus.

h de quo in l.si qs præsbyter. j.tit.seq.

D

RVBRICA.

DE AEDENDO

QVVM IVS CIVILE olim inordinate, confusimq; traditũ esset, arbitrioq; Prętorum plerunq; constitueretur, primus Saluius Iulianus, tanquàm in quandam artem illud redegit, edictaq; Prætorum certa serie coniunxit, omneq; ius libris ferè centum conclusit, hacq; ex causa Digestorũ nomine primus inscripsit, & hinc edictum perpetuum cœpit appellari[a]: quod in epitomen deinde ab Hermogeniano sex libris eodem ordine cõclusum fuit[b], quem ordinem Iustinianus ipse iussit obseruari, diuisitq; omne iuris corpus in septem partes, quarum primam iussit ex re ipsa τὰ πρῶτα appellari[c], an quia præparatoria omnia iudiciorũ cõplectitur: quũ enim de diuersis magistratuum muneribus in genere prius attigerit, ad iudicia, quæ coram eis examinãtur, in secunda parte transiturus, debuit ea prius referre, quæ iudicium ipsum præueniunt[d], & quũ iudicium in litis contestatione consensu partiũ accipiatur, firmeturq;[e] ut ex M. Varrone docui, quumq; proprie id nomen adipiscatur[f], consequẽs est, ut quæ specialiter idcirco fiunt ut ad eam deueniamus, præparatoria iudicij dicantur. Quapropter ædito actionis, & cautio iudicio sisti, proprie præparatoria est[g]. Aedimus enim actionẽ ut reus cognoscat deliberetq; an iudicium accipere uelit[h], quũ eatenus impune pœnitere possit[i]. Cautionem petimus, ut quis iudicium suscipiat: quia nisi susceperit aduersus eum sola nobis remedia, quæ contumaciæ ulciscendæ causa inuenta sunt, competerẽt[k], quum nostra interesse possit litem potius contestari, q; ex causa contumaciæ quicq; obtinere[l]. At citatio non solius iudicij præparatoria proprie est, sed necessarie potius ad cuiuslibet actus quocunq; tempore explicationem[m]. Actio uero ad exhibendum non iudicij præparatoria, sed alterius actionis est, nõ solum quũ rei uendicatione, sed etiam quum cõmuni diuidũdo, uel petitione hæreditatis agimus[n]: unde post omnes illas explicatur[o], quũ prius de simplicibus, q; de his, quæ ad mixta pertinent, tractandũ fuerit[p]. Quapropter nec ex aduersarij uoluntate ullam in se necessitatem habet, sed potest actor utram maluerit eligere, uendicare scilicet prius uelit, an agere ut exhibeatur: idemq; in interrogatorijs actionibus dici potest[q]. Aeditio uero actionis necessitatem habet, tenetur enim actor ædere: quapropter concepta est rubrica per gerundij modum, de ædẽdo: quia gerundia quandam qualitatem indicant, & secundum uerbi uel præpositionis naturã reguntur. At in nostro casu propter præpositionem de, & nullius uerbi adiectionẽ, perinde est ac si dictũ esset, quomodo ædi debeat: participiorum futuri temporis in dus terminatorum exemplo, quæ id indicant, quod fieri debet[r]: unde dicimus, de liberis instituendis, uel exhæredandis[s]: qua ratione idem & de gerundio dicitur, cuius nominatiuus per oportet uel debet declaratur, ut quũ dicimus lubricum linguæ ad pœnam non trahendum[t], uiuendum est recte, pacem petendum, & similia à grammaticis accipienda: qua ratione & infra est titulus de satisdando, tenetur enim reus satisdare, indicatq; id rubrica, quæ instar prætorij edicti in Digestis, & hoc in Codice litigatores admonet quid agere debeant.

Vnde & Persius,

Excepto siquid Masuri rubrica uetauit.

In institutionibus uero (quo in opere nõ litigantes decidendarum cõtrouersiarum causa Iustinianus, sed legum studiosos docuit) simpliciter dicitur de satisdationibus: nempe eos admonens, quid de iure sentire debeãt circa satisdationis effectum. Dixerit aliquis, actiõis quidẽ æditionem necessariã esse, & præparatoriã, sed minimũ est quod de ea hic tractatur[u], quum ferè omnes cõstitutiones de instrumẽtorum, actorum, rationum æditiõe loquãtur, quæ omnia ad fidẽ probationis potius pertinent, q; ad iudicij præcursum[x]. Quapropter traditũ est, etiã si instrumẽti æditio ante litem cõtestatã facta sit, nõ tamen ullam fidẽ facere, nisi accepto iudicio iterũ in actis producat[y], & parti petẽti dilatio cõtradicendi causa detur[z]. Sed his respõdendum est, in edicto de actionis æditione actũ[a], in cuius cõsequentiã de instrumẽtis quoq; tractauit, ne æditiõis materia diuideretur: nec enim quæ natura sui coniuncta sunt separari debent[b]: nã & pleraq; uidemus adiũcti causa cõcedi, quæ ex se nõ permitterẽtur[c]. Addit Iason, nõ omnino alienũ fuisse de eis quoq; tractari, quum & ipsorũ æditio præparatoria esse possit[d]: quoniam qui in libello mẽtionem alicuius instrumenti facit, illud ante litem contestatã ædere actori tenetur[e]: quod & in cessionario respõsum est, qui instrumentũ cessionis confestim ædere debet[f]: quamobrem ut ex instrumento duplex est effectus, alter ut ante litem cõtestatam ædatur, alter ut post litem contestatam rursus exhibeatur probationis faciundæ causa[g]: ita etiam duplicem habemus rubricam: hanc, itemq; infra de fide instrumẽtorum, in quam Iasonis rationẽ, sunt qui argutias comminiscãtur, sed nos otiosis disputandas huiusmodi minutias relinquamus: quũ, ut recte dixit Picus,

In steriles campos nolint iuga ferre iuuenci.

Idq; Martialis autoritate.

a l. ij. §. sed quia diuinæ. C. de uet. iur. en.
b l. ij. ff. de stat hom.
c 3. d. l. ij. §. igitur.
d glo. in §. fi. in auth. in med. lit.
e l. is qui se obtulit. ff. de rei uend.
f l. ubi acceptũ. ff. de iudi. & ibi Bart.
g Bar. l. ĩsulã. s. op. de uer. obl.
h l. j. in princ. ff. eo.
i l. si reus paratus. ff. de pœu.
k l. sancimus. l. properãdũ. §. cum autẽ. C. de iud.
l Alex. in l. sciẽdũ. in princ. ff. qui sat. cog.
m l. de unoquoq; ff. de re iudi. l. nã hoc. de ado.
n l. j. ubi no. j. ad exhib.
o Arg. rub. j. cõ. de lega. & j. com. utr. iud.
p l. ij. in prin. de uerb. oblig.
q l. j. ff. de interact.
r l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act.
s rubr. ff. de lib. & posth.
t l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest.
u in l. ædita. j. e.
x c. quoniã contra lit. non contest. c. qd' clericis. d' for. cõp.
y Rom. cõs. 156. & cons. 322.
z Doct. l. 4. §. hoc autem. ff. dam. inf. Mod. hic.
a l. j. ff. eo.
b d. l. 2. stat. ho.
c glos. l. fin. j. de pac. & l. iã dubitari. in uerb. excessus. de hæred. inst.
d l. j. §. fi. ff. eo.
e l. postquã. §. dies. ff. ut leg. nom.
f Bal. l. qui stipẽdia. C. de pœu.
g Fely. c. j. col. pen. de prob.


IVSTINIANI CODICIS liber Secundus.

RVBRICA.

DE AEDENDO.

IMPERATOR Pius Antoninus Aemylio.

IPSE DISPICE. Affirmabat Aemilius, depositam suã pecuniã esse apud quãdã mulierem, existimabatq; ex eius rationibus, seu instrumentis, (nã & hæc appellatiõe rationũ cõtinentur)[b] se eam conuicturum, si modo exhiberentur: hacq; causa Imperatorẽ libello adierat, ut exhiberi eas rationes iuberet, siue quia de causa depositi tractaretur, cui specialiter in iure multa tributa sunt, habet enim executionẽ in promptu[i], nec compensatiõis, uel nõ numeratæ pecuniæ exceptione suspenditur[k]: siue quia affirmaret nullum sibi alium probationis modum superesse, quo casu aliquid de iuris rigore solet remitti[l]. Sed tamen respondet Antoninus, à iuris regula non esse recedẽdum[m], nec reum cõpelli debere, ut probationes ipse aduersario suo suggerat[n], quod tamen ex causa quandoq; cõceditur, quæ hoc casu sufficienter non subest: nam depositio tunc indulgetur, quum constat depositum esse[o]: at hic adhuc non cõstabat, sed res probatione indigebat: multa enim in casu claro concedũtur, quæ in dubijs lex nõ permittit[p]: unde quæ depositio priuilegia competunt, respectu probationis locum nõ habent[q]: & quæ ex iuris regula traduntur, in eis quoq; obseruari æquum est, quæ aduersus eam regulam speciale priuilegiũ non habent[r]: quapropter in causis qbus summarie & de plano procedi potest, nõ tamẽ reus actori ædet: itemq; si quis sola facti ueritate inspecta ius cognoscẽdi habeat, nec enim hic rei ipsius securitatem aduersus æquitatẽ naturalem auferre debet[s]. Nec obstat quòd aliæ prorationes nullæ actori adessent: quia ei id imputandum est, nec ideo cogendus reus, ut in necem suam tanquàm Bellerophon ratiões exhibeat: si quidem ut carmine prouerbiali dicitur, Bis interimitur, q; suis armis perit[t]. Alioquí plericq; hoc subuerentes, nullas tabulas rationum cõficerent, ut in III. in C. Verrem actionẽ inquit Asconius Pedianus, aut fallo cõficerẽt: debuit igitur unusquisq; esse tutus in re sua, nec inuitus compelli ad id exhibendum quod suum est[u], quodq; uel flammis, si uelit, dare possit[z]. Quòd si lex Iulia publicorum iudiciorum cõsanguineo permittit detrectare, quo minus in coniunctum attestetur[a], quantoma gis licere unicuique debet de re sua in sui damnũ nemini copiam facere testimonij? Sed quum hæc ita sint, cur lex positiõibus, etiam iurato respõderi iubet[b], nónne reus in id adigitur, ut propria uoce, & indicio suo pereat? An quod plericq; probant, id toleratur, quia quantum sit ad rei confessionem, actor aliunde instructus esse non potuit[c]? An quod mauult Decius, quia facili tati suæ imputare debet, qui confitetur? Quod merito displicet, non enim quicq; ei imputandum est, qui peierare noluit. Sed sciendum, positiones consuetudine magis quàm iure inductas fuisse[d], quum alioquin iure nostro interrogationes solum admittantur instruendi iudicij, non litis decidendi causa[e]. Inoleuit autem hæc consuetudo ea ratione, quòd æquum usum est, licere actori, ut periculum de rei uoluntate faceret, an citra alias probatiões longioremq; moram bonam fidem agnoscere, & modũ cõtrouersiæ imponere uellet[f]: quum in cõfessum nullæ sint iudicis partes[g]. Quæ ratio in instrumentorum & tabularum æditione cessat, quæ non ex uoluntate rei, sed aduersus inuitum petitur, nec controuersiæ imponit finem, quum multa aduersus ratiões deduci possint[h]: atq; ita ego sentio.





b l. cũ seruus. de condi. & dem. l. prætor. §. j. ff. eo.
i l. pen. j. depo.
k l. in contractibus. §. sed quoniam. j. de non num. pec.
l c. fi. d' test. cog.
m l. qui accusare. j. eo.
n l. nimis graue. j. de testi.
o l. j. de his qui not. infa. & l. j. §. permittitur. quod ui aut clam.
p l. fi. ubi not. j. de transact.
q arg. d. l. fameſi.
r l. in fraudẽ. §. fi. de test. mil.
s l. q accusare. j. eo. Bar. in extrauag. ad repri. in uer. figura.
t c. j. de proba.
u l. 3. §. pen. ad exhib.
z l. ire. C. mãd.
a l. lege ff. d' test.
b c. j. & seq. de cõfes. in sexto.
c doct. in d. c. j. de prob.
d Bart. l. 2. §. j. de iura. cal.
e l. de ætate. ubi Bart. de inter. act. §. qui interrogatus.
f Clem. sæpe §. & quia. de uer bo. sig.
g l. j. C. de cõfes.
h Bart. l. nuda. de dona.

CAETERVM quòd in lege dicitur,

ex causa ad iudicis officium pertinere, ut quandoque à reo æditionem actori fieri iubeat: uidendum est, quæ causæ sufficiant, & hæ ex infrascriptis casibus accipiendæ sunt. Primus est, quando quis tenetur ædere ratione publici muneris, ut quia argētarius, uel nūmularius, cuius officij naturā alibi declarauī: horum autem exemplo institutos tabelliones plericq; censerunt[i]. Illud cōstat, per fœminam id munus exerceri nō posse[k]: unde si in præsenti lege eius exemplum quadrare uelis, necessario dicendum est, hanc quæ conueniebatur, argentariam non fuisse, sed argentarij hæredem[l]. Sit igitur causa, quia argētario successerit ut ædere debeat. Oldra. Alber. Ias. mulierem hanc existimant argētariam per institorem procuratoremue, aut seruum exercuisse[m]: quæ sententia probabilis est, quia mulieres ab huiusmodi officio remoueri uidentur, non qđ sint respectu effectus incapaces[n], absurdum enim esset id seruo concedi, quod fœminæ liberæ non permitteretur[o]. Sed quia conuenire earum uerecūdiæ lex existimauit, ne personam suam hoc in munus publice exhibeant[p], quæ ratio in ea cessat, quæ per alium facit, unde uerisimile est Polā argentariam, quæ Lucani poëtæ uxor, etiam ipsa poëtria fuit, per seruos id munus administrasse[q]. Sed an hoc casu cuilibet petenti tenebitur argentarius uel notarius ædere? Et plericq; hic coniunctim requirunt mandatū interuenisse, & nostra interesse[r], excepto quum de æditione actorum agitur, ea enim unicuique, quisquis sit cuius intersit, sunt ædenda[s]. Idem quum ei qui petit ædi, concessa est talis instrumenti rescissio, ut ei qui querelam inofficiosi præpararet[t], uel in eo qui instrumentum per sentētiam uel aliter infirmatū repetat[u]. In ultimis quoq; uoluntatibus propter præsumptam testatoris mentem omnibus ædendum est[x]. Sed & si instrumentum de re mea principaliter scriptū est, tametsi nō mādauerim possum ratum habere, & æditionem petere, quod Aret. sentit[z]: uidetur em̄ mei causa, meoq; nomine factum, & hæc quidem communiter approbantur. Sed Bal. Romanusq; sufficere existimant, si petentis intersit, huiusq; rei fidē iureiurādo suo ille fecerit[a], lex enim simpliciter ædi iubet, quia meum quodammodo est, quod mei causa confectum est[b]:

tua exhibeat, id ex causa ad iudicis officium pertinere solet.

alioqui & quilibet priuatus, si mandatum accesserit, ad ædendum cogitur, ut mox dicam. Ego mandatum etiam in argentario requiri arbitror, ut ex eo edicto condemnari possit[c], quia rationes inter alios uel parte absente confectæ, fidem nō facerēt[d]: nec cuiusq; interesse uidetur, si non & probari potest[e]: nulla igitur tali casu aduersus argentarium esset probatio[f], quapropter si notarius stipulatus sit nomine cuiuscunque interfit, non putarem ullam mandati quæstionem esse necessariam[g], eo scilicet qui ædi sibi petit ratum habente[h]. Secundus casus est in eo qui mandato meo scripsit, is enim quisquis erit, ædere tenebitur, etiam si mea non interfuit[i], sufficitq; uel tacitum mandatum accessisse, cuius ex consuetudine præsumptio sufficiēs accipi possit[k], siue ea consuetudo mandantis persona respiciat[l], siue mandatarij[m], siue neutrius ipsorum, sed in uniuersum ita soleant cæteri mercatores, ut Aretinus scripsit, quoniam idem uidemus in testamentis, in quibus fit interpretatio, etiam ex cæterorum testatorum consuetudine[n]. Sed id parum me mouet, quum enim mandatum ex uoluntate contrahatur, altero negante, deficit cōsensus[o]. Vnde non tam facile in contractibus quicq; tacite actum præsumitur, quàm in testamentis[p], in quibus testator non negat se cæterorum consuetudinem secutum. Quum igitur status hic coniecturalis sit, plurimum in arbitrio iudicis uersabitur. Præsumitur etiam mandatum, quum me præsente rationes scriptæ sunt[q], quæ ad me pertineant, seu quas probabiliter mea interfuit scribi[r], ex quo generaliter deducitur quemlibet negotiatorem, qui causa artis quam exercet rationes conficit, ad ædendum compelli, quia cum eo contrahens mandasse illi uidetur ut scribat, & ita frequentissime traditum est. Contra Bald. Fulgos. Paul. Ias. & omnes ferè recentiores sentiunt: quū enim mandatum id tacitum ex præsumptione accipiatur, nō est dubium præsumptiones ex uerisimili signo oriri[s], at hoc casu nulla est uerisimilitudo, quū mercatores & hodie & semper rationes suas in utilitatē instructionemq; propriā conficiant, non ut alijs consulant[t], in suū præsertim dānum[u]. Quis enim credat nostra tantum tempestate so

te solitos mercatores artis suæ rationes cōficere, & non idem fuisse etiam olim florentibus iuris nostri conditoribus? quum ex Cicerone, Asconioq; Pediano alijsq; autoribus constare possit, solitos ueteres rationem totius uitæ suæ per singulos dies scribere, & tamen Iureconsulti de solis argentarijs, itemq; nūmularijs meminerunt, quia eorum ministerium publicā habet causam, & principalis hęc est eorum opera, ut actus sui diligenter rationem conficiant[x]. Sciendū enim, solitos ueteres pecunias suas apud argētarios depositas habere, qui eas ex eorum uoluntate fœnori dabant, rationesq; conficiebant, eratq; id publicum quoddam ministerium ad eos pertinens, tam qui darent, quàm qui acciperent mutuatitiam pecuniam, alioqui si uere publicum & ciuile munus fuisset, per seruum geri non potuisset[z], & Prætor in edicto ipsorū dominorū, non autem exercitorum mensæ mentionē fecisset[z]: qua ratione & Cicero III. off. argētarij munus omnibus ordinibus gratiosum esse dixit. Vnde apparet longe aliam esse mercatorū nostri temporis cōditionē, qui in sui utilitatem tantū ratiōes cōficiūt, nec principale munus in scribēdo exercēt, quum si sola libros conficiendi cōsuetudo sufficeret, nec in ipsis quidē argentarijs mādatum requireretur, quod tamen lex generaliter necessariū affirmat[a]: nec speciale in usurario, siue secretò, siue manifestò esset, quem lex pōtificia solum ad ædendū cogit, quum de usuris agitur[b], quū alioqui & ex generali regula, & ex omni causa propter morem scribēdi ædere debuisset. Putarim tamen quū hæc omnis quæstio ex præsumptione taciti mandati oriatur, plurimū cōiecturis uerisimilibus tribuendū esse, & si huiusmodi negotiatores cōsueuerint à principio iurare, recte atq; iuste artem suā exercituros, p publicis personis accipiendos[c]: idē si uerisimile sit de scriptura cōficiēda fuisse eos ab ipso cōtrahente rogatos, ut quia tūc eius interesset tabularum fidei rem cōmendari, nec aliud sensisse huius sentētiæ autores credibile est, dum fatētur, rationes quidem exhibēdas, sed schedulas quas domi & secretò retinent pro sua instructione non exhibendas[d], non enim in eis cōsuetudine quicq; innouatū uideri potest, quum aliàs dubium non sit, rationum appellatione nō tabulas tantum, aut codices, sed & calendaria & diaria, seu ephemerides, & aduersaria contineri, itemq; si qua in palimpsesto, seu deletitia charta, aut opisthographo scripta sunt[e]. Tertius casus est in usurario, cuius odio lex induxit, ut cogatur ædere, dum tamen de usuris ipsis cōtrouersia sit[f]: idemq; si de re connexa[g], ut quia usurarius sortem sibi restitutam neget, quod recepta soli fœnori imputauerit[h]. Sed an idem in ludæo sit? & aiunt idem esse, quia uerba legis generalia sunt, non enim debet melioris conditionis erga orthodoxum esse Iudæus, quàm quilibet, tametsi improbus, Christianus. Quid in publicanis? & Bal. Alex. atq; alij idem esse aiunt, quia eadem uidetur ratio[k], id q; & Decius probat. Sed Pontanus Ias. Aretinusq; contrà, quibus nos assentimur, dum licitorum uectigalium conductores sint, nullum enim in eis est delictū, honestusq; censetur moribus nostris publicanorum ordo, quod & M. Cicero quādoque attestatur: consistebat enim ex equitibus Romanis, unde & lex nostra indulgendum publicanis putat, fauorabilemq; esse uectigalis causam[l], tametsi eorum familias, quas factiones uocat, suspectas habeat[m]. Tertullianus in apologetico, Quum boni, quum probi congregantur, factio nō est, sed curia: merito igitur ex hoc capite non compelletur publicanus eiusue exercitor ædere. Sed quid de nauta, caupone, stabulario? & Baldus, Alexanderq; idem quod in usurario arbitrantur[n], lex enim aduersus hos non parum præsumit[o]. Idem sentit Picus de Parocho, seu hospite, qui scholasticos in conturbernium recipit, & trophematis seu nutritij causa certam summam habet, existimat enim cum eo utiliter ex edicto Prætoris de cauponibus loquente agi posse, si lucri causa cauponarium negotium principaliter exercet, alioqui cauponem non censeri, sed præscriptis uerbis agi, uidetur enim ei datum ut faciat, id est alat[p]. Ego autem si quis cœnacularīam faciat, id est, ut uulgo dicimus, cameras locet, etiam ex conducto teneri arbitror[q]. Sed uerius mihi uidetur, horum neminem ad ædēdum teneri, quum ratio edicti sit, ne cum furibus in damnum eorum quos recipiunt, hi coëant[r], quæ nihil commune cum instrumentorum æditione habet, nam & usurarius non propter odium personæ solū, sed & propter fraudes, quibus ueritatem dissimulat, ædere cogitur, quæ rationes in hisce alijs non procedunt. Sed quid in usurario qui fœnus exercere desierit? Et responsum est adhuc teneri[t], nisi quum constat omnino usuras ab eo resti-

i d.l.argentarius. & d.l. prætor.
k l. pen. ff. eo.
l l. quædam. §. nihil. ff. eo.
m d.l. prætor. §. sed etsi.
n l. non licet. de cōtrah. emp.
o l. quod attinet. de reg. iur.
p l. quæ adultériū. C. de adul. c. j. de ui. & hon. cler. in 6. ubi Gemi.
q arg. l. j. in pri. ff. de uerb. obl.
r l. si quis ex argen. §. pertinere. ff. eo.
s l. 2. j. eo.
t l. si quis affu= mauerit. ff. de dolo.
u l. dissolutæ. c. de conduc. ex lege.
x l. j. quemad. test. aper.
z Arg. d.l. prætor. in princ.
a d.l. quædā. §. fi. l. thesaurus. ff. ad exhib.
b d.l. prætor. in princ.
c d. §. pertinere.
d l. nuda. ubi Imo. ff. de dona.
e l. duo. de test. tut. Archi. 30. quæst. 5. iudicā tem.
f l. argentarius. §. fi. ff. eo.
g l. non aliter. de adopt.
h l. 2. ff. ne pup. sal. fo.
i d. §. pertinere.
k Rom. l. 3. §. in rari. de iureiu.
l l. certi. §. fi nū mos. ff. si cer. pet.
m l. uel uniuersorū. de pig. act.
n l. si seruus pluriū. §. fin. ff. de leg. j.
o l. an inutilis. de acceptil.
p l. quicquid. de uer. oblig.
q l. qui patitur. ff. manda.
r glos. in l. j. de neg. gest. ff.
s Bal. in rubr. j. de proba.
t l. cū de indebito. de proba.
u l. quod fauores. 3. de leg.
x d.l. argentarius.
y d.l. quod attinet.
z d.l. prætor. in princ.
a d. §. pertinere.
b Clem. j. §. cæterū. de usur.
c Bar. l. quædā. §. nūmularios. ff. eo.
d Abb. & Can. in d.c. j.
e d.l. j. §. eum quoq; l. chartæ. de bo. pos. cōtra tab.
f d. Clemē. j. §. cæterum.
g d.l. si quis ex argē. §. rōnē.
h l. in his. §. fi. de solut.
i l. quantæ. de publ.
k l. j. de loc. pub. fru.
l d.l. quātæ.
m Bal. in d.l. dissolutæ.
n l. j. nau. cau. stabu.
o d. Clem. j.
p l. naturaliter. de præs. uer.
q l. si uero. de his qui deie.
r d.l. in prin.
s d. Clem. j.
t l. prætor. §. is etiam.

tutas,tunc tanquam omni abolita macula non teneretur[u], quod Bald. recte sensit[x].

Quartus casus est in fisco, quod nos alibi diffusius attingemus[y]. Procuratori enim fisci agenti ex causa nummaria,à reo ædendum esse tradunt[z]: in capitali uero secus est[a], quod & Alex. respondit in pœna pecuniaria,quę ex delicto debeatur,nec enim tunc ædendum est[b], quæ sententia humanior uidetur. Exemplo fisci idem & in ecclesia existimatum à plerisq; est[c],uel quum de fauore matrimonij aut dotis[d],aut alimẽtorum agitur. Pro libertate quoque idem responsum est[e],& pro studio[f], pro miserabilibus personis, non enim minus his causis debet indulgeri quàm fiscalibus: quod intelligendum,quãdo probationum copia aliter haberi non potest[g], ut quibusdam uisum est,ne facile hæc priuilegia extendamus[h]. Sunt & qui putent, in casibus quibus specialiter receptum est, ut serui cõtra dominos torqueantur, teneri reum actori ædere, quod lege sequenti attingemus.

Quintus casus est, quando ipse reus eis rationibus in iudicio uteretur[i], tunc enim etiam actori teneretur ædere: unde nos admonet Paul. Castr. quod si reus in iudicio titulos aliquos, seu particulam rationis ædat, potest actor petere ut integer codex ædatur,& cogetur reus etiam his, quæ aduersus se faciunt,stare: quod Picus asseuerat,etiam si protestatus sit,se in his tantum articulis & nominibus producere, unde adiuuari possit,non unde sua intentio subuertatur: uis enim probationis à iure publico,non ab eius protestatione pendet[k]. Sed mihi uerius uidetur, non integrum codicem exhibere eũ teneri, sed rationes tantum illis quas ipse ædidit connexas[l], nam & qui in sui fauorem aliquas rationes approbat,ea quoque approbare compellitur, quæ eis annexa sunt[m]: quæ uerò separatis capitulis continentur,non censetur approbasse[n],quod & elegante quodam responso Fulgo. Signorellusq; censuerunt[o], ubi & quæ connexa existimari debeant subtiliter docent. Sextus casus est, quando actor prætenderet ius sibi competere ex aliqua causa super illis rationibus, ut quia probaret iure dominij ad se pertinere[p]: idem si asserat sibi communes cum reo esse[q], uel iure administrationis sibi tradendas, ut quum episcopus ab hærede decessoris sui rationes ad ecclesiam spectantes postulat[r]: idem in eo qui causam à reo habuerit, ut si emptor pro defensione bonorum petat à uenditore copiam sibi instrumẽtorum fieri[s],uel creditor pro euictione pignoris à debitore,& uiceuersa debitor à creditore[t]: idem in legatario,qui exhiberi instrumentum autoritatis ab hærede petat[t]. Huc pertinere potest etiam quum cliens, quem uassallum uocant, uel emphyteuta à dominis conueniuntur,ut fiduciarij, perpetuarijue iuris instrumentorum copiam faciant, receptius enim est eos teneri[u], dum constet uasallum uel emphyteutam esse[x],quod aliqui inductum potius existimant, quia tali casu uidetur reus non ad originem intentionis fundandam ædere,sed ad confirmandam tantum:quod si iuratus se instrumentum nullum habere affirmet, certáque bona nihilominus designet,non uidetur ulterius inquietandus[y], alioqui eo non iurante,omnia bona præsumerentur emphyteutica[z]. Cæterum ex natura quoq; contractus quis ædere tenetur, quum scilicet rationes conficere debuit,ut in socio,tutore,negotiorum gestore[a],de quibus infra dicemus:eum quoque, qui fratris minoris bona administrauit,ad conficiendas, ædẽdasq; rationes teneri responsum est[b]:Sed hæc omnia magis iure actionis exhibẽtur, quàm officio iudicis, de quo lex nostra loquitur, qua de re infra disseram. Septimus est, quum actor ædi sibi petit,non ad intentionis originem fundãdam, sed ad replicationem inducendam[c],uel simpliciter adiuuãdam,& ita sentiunt omnes[d]: facilius enim quod iam factum est confirmatur, quàm à principio possit induci[c]:quapropter si probauero mutuauisse me tibi pecunias,idq; recte constet, potero ut earum quantitas appareat petere rationes tuas ædi[f], quod & Decius sensit[g]. Sed quid si actor semiplene (ut uocant) solum probasset, nunquid poterit causa adiuuandæ intentionis reum ad ædendum cogere? Et posse quidam prædicta ratione arbitrati sunt[h]: & quia talis probatio ueritatis perscrutandæ fauore,per iuramentum actoris supplerí potest[i], ergo multo magis tolerandum, ut ad ædition̄em reus compellatur, quum difficilius in causa propria alicui credendum sit,quàm cogendus ad ædẽdum reus. Baldus tamen,quem cæteri sequuntur,cõtrarium tradidit, quoniam iuramentum facilius conceditur,quod potest utriusque partis fauorem respicere,quàm ædition̄,quæ à reo in utilitatẽ actoris solum fieret[k]:quo argumẽto credi posset,si actor ꝓtestetur se eis rationibus tam ꝓ se q̃ aduersus se staturum

u c.cum tu.de usur.
x in rub.j. de usur.
y l.iustum.j.eo.
z l.3.ff.eo.
a l.2.§.diuus. ff.de iur.fis.
b Alex.cõs.132. in j.
c l.fi.l. priuilegia.ẽ.de sacr. eccl.
d l.2.j.de priui. fis.
e l.sicut datam j.de lib.cau.
f auth.habita.j ne fil.pro pat.
g d.l.2.uers.si uerum.
h Abb. in d.c.j.
i d.l.j.§.ædẽda.
k gl.in d.l.j.§. ædẽdam.
l d.l.si qs ex argentarijs.§.rationem. in fin. Bart.in l.aurelius.§.idẽ quæsijt.de lib.leg.
m l.publica. in fi.ff.depo.
n Bar.d.l. quædam.§.nũmularios.
o cõsil.post tractatũ Ange.de maleficijs.
p l.3.§.interdũ. ad exhib.
q l.procurator. j.eo.
r Pau.de Castr cõs.226.in 2.
s l.titius.2.l.creditor.de act. emp.
t l.fi.de pig.act. l. instrumenta. j.de fideicom.
u Ias.l.2.j.de iur. emph. 15.quæst.
x gl.c.j.§.illud de prohi. feud. alien. per Fed. & in l.2. in uerb.iurata.c. qñ & qb.quarta pars.lib.x.
y glo.in d.l.2.
z c.uassallus.j. ubi Doct.si de feud.fue. cõtr.
a l.quædã.ff.eo.
b Socy.cõs.213.
c l.fi.j.eo.
d arg.l.qui cõcubinam.§.2. de leg.3.pe.§.fi. ff.ad l.falc.
e l.si donatæ.§. si spõsus. de donat.in.uir. & ux.
f arg.Bart.in l. admonẽdi.col. ix.de iureiur.
g d.c.j.
h Gul.in l.ædita.But.d.c.i.
i c.fi.de iureiu.
k c.j.& ij. de cõsef.in sexto.

rum cogi ad ædendum debere, & sic dissidentes hasce opiniones conciliandas: nec me mouet,quod de seruis in dominos quæri non potest,etiam si indicia urgeant,& semiplene probent[l], quia difficilius concedẽ dum est, in caput domini torqueri seruos, q̃ in ciuili causa rationẽ ædi[l]. Sed quid in iudicijs duplicibus,in qbus uterq; est actor & reus[m]:Et receptũ est, semper ædẽdum[n], ut mutuo se adiuuent[n]. Sed quid in eo qui compensationẽ actori obijcit: Et quatenus sibi est petitum uidetur reus,& ideo actorẽ ex regula coget[o], tantum abest ut ipse illi ædere debeat. Si uero amplior sit sũma ex qua cõpensat,quatenus excedit pro actore est,& ideo quãtum sit eius partis respectu, inutilem æditionis petitionem arbitrarer, atq; ita Baldi sententiam interpretor[p].

Octauus casus generaliter traditur,quoties iudici ex aliqua causa æquum uisum fuerit,ad quem casum rectius est nostræ cõstitutionis uerba referre,quã ad prædictos, qui iã decisi determinatiq; sunt,quos utiq; sciuisset Imperator recensere,si de eis intellexisset:quare melius est, ut generaliter accipiamus quacunq; de causa arbitrio iudicis,nam & ipsi argẽtario denegatur æditio, quum in propria lite ex se ipso instrui debeat, & tamen ex causa ei quoq; arbitratu iudicis ædi oportet[q]:erit autem iusta causa,si actor iurauerit se calumniæ causa æditionem non petere[r], & aliquibus coniecturis docuerit instrumẽta se uel respõsiones amisisse,nec aliunde habere posse quàm reo ædente[s]:uideretur enim hoc casu ueritatis inquirendæ fauore (qui alioqui solus non sufficeret) subesse æquitatem,qua iudex ex officio ad priuatam utilitatem moueatur[t], ædiq; à reo iubeat, sufficietq; amissionẽ ex coniecturis ostendere, accedente dein iuramento[u]. Absentia quoq; actoris iustã causam præstabit,compelleturq; reus ad ædendum,ut Alexãdro ferè uisum est[x], quia absentis partes supplere iudex potest[y],in quo plerisq; recte dissentiunt,quũ nec ipse actor præsens id foret obtenturus. Vnde ego arbitror, iustiorem causam esse, si iudex ex qualitate personæ moueatur,ut quum agricola literarum ignarus se locatoris ratiões secutum affirmat,easq; ædi petit, quod Picus recte existimat. Sed & quid si allegem me mutuasse Titio amico meo cẽtum,cum quo adeo iungebar,ut uerisimile sit nullam me ab eo petijsse cautionem, isq; decesserit, & ab hærede petam ædi eius rationes, quibus me staturum profitear: nam quum lex ex causa ædi iubeat,quæ æquior excogitari potest: non enim de solius ueritatis inquisitione hic agitur,sed de defuncti quoque exoneratione[x], quem pro amicitia uerisimile est morem mihi gestum uelle[a], alioqui mali exempli res erit, neminiq; fidendum esset,Timonianoq; quodam more humanitas omnis exuenda. At nemo cogendus est aduersus se ædere: atqui si testatoris ipse hæres animum ita representaret, sicut personam lex fingit[b], sponte eas tabulas amico obtulisset,siquidem ut inquit Isocrates,non solum defuncti substantiam tueri hæres debet, uerum & amicos: cuius rei etiam Menedemi philosophi extat exemplum,& C. Plinius ad Albinium epistolarum lib. v 1. id uulgò non obseruari conqueritur. Sed an iusta ad ædendum causa sit,ne quis in peccatum incidat ex instrumenti suppressione? Et aiunt esse, in diuino foro[c]: quod non diffiteor, si probetur affectam reo hac ex causa conscientiam esse[d],ut quia sciat se debitorem: quæ probatio difficilis est[e], quum possit ille regulæ legis probabiliter adhærere,quæ eum creditorem esse nõ censet,qui probare nequeat: obliuiscimur enim quandoq;, nec omnem solutionem rationibus adscribimus,qua de re eius iureiurando standum esset, quum hæc probatio in foro conscientiæ sufficiat[f]. In facto autem proprio non esset credibilis excusatio æris alieni à se contracti ignorantiam allegantis[g]. Illud sciendum, licet suprascriptis octo casibus æditionem fieri ostenderimus, non tamen id perpetuum esse,sed quandoque aliter dijudicandum,ut quum ille à quo petitur semel ædiderit, non enim iterum nisi ex causa compellendus est,ut quia casu fortuito amissæ sint hæ rationes[h], quod intelligendum in eo, qui aliàs cogi potuit: Si enim quisq; sponte sua quum ad ædendum nullo iure teneretur tibi semel ædiderit, non ideo compelli amplius poterit,quum satis sit tibi uel in paucis amici labore consultum fuisse[i], nec actus suapte natura uoluntarius, prolixiorem obligationem inducat, quàm ex ea actum sit[k]: & ita receptum est in eo, cui tertius aliquis semel ædiderat, non enim cogi amplius potest[l], nisi aliqua eius culpa arguatur[m]. Sed & à quibusdam traditum est, ita demum ædendas rationes, si hæ fidem faciant: & ideo quando mercatorum codicibus fides non præstaretur, non teneren-
tur illi ædere,ut Aretinus existimat[n]:quæ sententia

l l.fi.ff.de quæstion.
l l.fi.j. de quæstion.
m l.in tribus.de iudi.
n Bald.l.instrumẽta.C.de fid.
n l.2. C. qñ & qb.quar.pars.
o l.non est.j.eo.
p in d.l.fi.j. eo.
q d.l.si quis ex arg.§.fi.
r l.3.§.j.ff.de iureiur.
s Rot.dec. 218. cõis opi.hic.
t l.planè.de peti.hære.
u l.thesaurus.ad exhib.
x l.fi.j.eo.
y l. ampliorẽ. in prin.de appel.
x arg.c.tua nos. de usur.
a §.nos igitur.ĩ auth.de nupt.
b in auth.de iur. à mor.præst.
c Doc. in d.c.j.
d c.uenit ubi Doct.de iudi.
e l.quidã tabularum.de fur.
f Bar.in exũag. ad repri.i uer. denuntiationẽ.
g l.fi.ff.ꝑ suo.
h d.§.fin.& l. illatæ.j.de fid. instru.
i l.tutori.j. de neg.gest.
k l. uoluntariæ. de excu.tut.
l l.in fraudẽ.§. neq;.de iur.fis.
m l. mortuus.ff. loca.
n arg.d.§.nũmularios.

sentẽtia plerisq; displicuit,quia quæ rationes plenæ non probant,rem tamen in coniecturam indiciumue deducunt, eademq; ratio in parte probationis est, quæ & in to[o]: imo facilius tolerabitur æditio, quæ modicum præiudicium faciat, quàm quæ omnino damnosa sit:Sed hæc quidem hactenus. Supereſt ut uideamus quo iure æditio petatur,& lex nostra ostendit persequutione,seu officio iudicis id expediri:sic & lex ait,ad officium iudicis pertinere, ut exploret rationes defuncti, iubeatq; ab eo ædi replicationis adiuuãdæ causa[p],nam & prætor in edicto:Causa,inquit,cognita ędi iubebo[q]:quæ uerba ad iudicem referũtur, merito igitur communi sententia existimatũ est,officio iudicis id explicari[r],censuitq; Bart.[s] id officium non mere in personam, sed quãtum sit ad singularem successorem, instar cuiusdam rei uendicationis inductũ esse opinor,quia ratio edicti est, quoniã qd' mei causa confectum est,meum quodãmodo instrumentum censetur[t],alioqui in personam tantũmodo cõpetere dicẽdũ esset[u], hocq; casu quorũdam opinio defendi posset[x].Alex.tamen existimauit actione in factum fieri æditionẽ,tum quod ex edicto regulariter actio in factũ datur[y], tum quod uerba edicti partem ipsam respiciũt:ait em, Argẽtarij ædere debent[z].Sed hæ rationes procederent,si uerba ad eum referrẽtur,cui actus explicãdus est,uel præceptiua essent, quorum neutrum in hoc casu est,quũ simpliciter enuntient, quid debeãt argẽtarij facere,unde solo iudicis officio cõpelluntur: quod si post iussum non fecerint, tunc dubium non est in factum agi,quatenus peretis interest[a]: qui enim solo iudicis officio teneatur, ante non est in mora q; in iudicio sit interpellatus,iussumq; deinde ut ędat[b]: & ideo lex metu actionis inquit ædẽdum[c]: quia postq; decreuit prętor ædi,deinde aduersus non parentem agitur ad pœnam,ut id præstetur,quod interfuit tempore decreti[d].Sed quum argentarij & notarij, nõ nisi ex mãdato cõfectas rationes ædant, cur nõ potius mandati agitur:Et tradunt ideo nõ agi,quia ex natura officij sui tenẽtur rationes uel instrumenta cõficere, mercedemq; possunt accipere, quæ omnia mandato nõ conueniunt[e],quod uoluntarie gratuitoq; suscipitur:quod si maxime demus sponte eos liberaliterq; suscepisse,quũ tamen cogi possint,necessitati potius imputamus[f], nõ tamen perpetuum est, æditionẽ persequutione(quam officium iudicis nobile uulgò appellant) expediri.Atqui aliter atq; aliter quibusdam casibus prouidetur, & in primis mercenario officio iudicis quãdoq; æditio petitur,quum scilicet incidenter petitur, ut quia de eorum instrumentorum æditiõe agatur, quibus se usurum litigator affirmau,it[g], quod & de actis fatentur oẽs. Sed & si æditio causa replicationis postulatur,idem iuris esse aliqui cẽsuerunt[h], quia quæcunq; iudicio incepto fiunt, officio iudicis,quod mercenarium uocant, expediri solent[i]: quod & dicendũ uidetur in ea æditione, quum actor facere compellitur, ut rei exceptionem fulciat[k] : idem & Baldus Ancharanusq; hac in specie tradiderunt[l]. Deposui penes priuatam personam rem meam,mandauiq; ut depositum id rationibus suis commẽdaret,agam depositi,in cuius actionis sequelam coget iudex mercenario officio mihi ædi, quum enim depositum sit causa mandati, ex principali ipsa actione,seu officio illi subseruiente, non ex mandato agendum erit[m];quod si mandatũ à principio ex causa alterius contractus nõ producatur, tunc secus:mandati enim iudicio experiundum esset, ut hoc exemplo, quod recte & humaniter Pius affert. Solent agricolæ, quum domino colonarium seu pensionem soluunt, rogare, ut in codicem rationum eam pecuniam referat,quod enim ipsi ut plurimum artem scribendi nõ teneant, dominicis rationibus confidunt: compellẽtur igitur locatores ædere actione mandati,sentitq; id Bart. Aret. Decius & cæteri,dum in eo qui mandatum suscipere non cogitur, si factũ proponatur actionem mandati locum habere affirmant[n]. Rursus petitur æditio per actionem,quãdo quis rationem uel instrumentum iure dominij peteret,ut quia in sua charta descriptum esset, quo casu ad exhibendum ageretur[o]:quandoq; & in factũ agitur actione generali,quæ ex æquitate à prætore dat[p], ut quum uxoris meę seruus,rationes meas aliena in charta scripsit, dominusq; chartæ retinere eas iure materiæ ad se spectãtis uelit[q], iniquũ id est, & actionis in factum opem endãdũ[r], quod & Alb. existimauit,licet Accurs. nõ aliter agi in factũ eo casu à me posse crediderit,q; si mandato meo seruus scripserit[s], qd' uerbis iureconſ.nõ quadrat. Sed cur actio ad exhibendũ generaliter nõ datur,quoties nostra interest rationes ędi[re][t] Et quidã dixerũt,ne edictũ prętoris ad hũc titulum pertinens, superfluũ redderetur[u]: cui sententiæ consequens est, quod Bald.

Paulus

o l.quæ de tota. ff. de re.uend.
p d.l.pen.§. fi. ad l.falc.
q d.l.si qs ex argẽ.§.prætor.
r glo.l.si soror. C.de colla.
s in l.iiij.§.cato. in iiij. op. de uerb.obl.
t d.l.prætor.
u Bart.l.si tertius.§.si quis. de aq.plu.arc.
x Pet. & Aret. in d.§.cato.
y l.fi.in prin.C. de eo per quẽ fac.gl.i §.fi. inst.de inter.
z d.l.prætor.
a d.l. si quis ex argẽtarijs. §. ex hoc edicto.
b l.cũ postulasſem.ff. de dã. infect.
c d.l.quædam.
d l.ubi.§.j.ff.e.
e l.j.mãd.l.j.ubi Bar.de proc.
f l.notißime.qd' fal. tu.l.uelle. de reg.iur.
g d.l.j.§. ædenda.
h d.l.fi.
i l.ædiles.§.ité sciendum.de ædil.edic.
k l.nõ est nouũ. j.eod. Bal.hic Anch. in d.cle.j.§. cæterum.
l d.l.pen.ff.de in lit.iur.
m l.j.§.si tero gauero.ff.de po.
n d.l.quædam. in prin.
o l.iij.§.pen.ad exhib.
p l.quoties. de præscr.uerb.
q §.literæ. inst. de rer.diuiſ.
r d.§.pen.
s Alex. in d.l. quædã.in prin. d.§.pen.
t Iac.but.Saly. & Mod.hic.
u d.l.quædam.
x d.l.quædam.
y Alex.cõſ.58. in j.
z d.l.iij.§ item sciendũ. uersus. & seq. & uidetur ea sus in l.pe.ff. eo.ad exhib.
a Cy.in l.instrumenta.C.ad exhib.
b l.si quãdo.C. detesti.
c c.ex rescripto.de iureiu.
d d.l.ij.in fi.ff. quemad.test.
e l.j.§.officio. ff. de tut. & rat.distr.
f d.l.quædam.
g l.pen.ff.de in lit.iur.
h Iaſ.l.si hæres. in prin. de con dic.ob cau.
i Socy.consil. 192.in 2.
k Barb.consil. 91.in 3.
l Comen. consil. 87.Dec.179.
m Socy.d.cõsil. 192.
n Ang.consil. 286.col.2.
o Bal.cõsi.152. in 3.
q l.mortuo.de iudi.

Paulusq; tradiderunt[x], quibus casibus edicto non sit locus,ut quia nullum accesserit mandatum,si tamẽ petentis interest agi in factum utiliter loco actionis exhibitoriæ posse. Ego cum pluribus aliud censeo[y], Albericiq; sententiam sequor,& actionem ad exhibendum etiam si interſit dari nõ arbitror,nisi quũ nostra interest ob ius quod in re possessioneue eius nobis cõpetat,uel cõpetere possit[z].Finge igitur, Titius promisit mihi cẽtum,si Sempronius talis ratiocinij librũ habeat,poterone cogere ut exhibeat[a] mea em interest exhiberi. Et nõ puto, quum liber nec meus sit,nec mihi debeat, nec ius aliqd in eo re uel spe habeam[a]. Quare solum supererit ut cogere Sempronium possim, ut testimonij dicendi causa in iudiciũ ueniat[b], debebitq; prius admoneri, ut ea ratiocinia perlegat,quo dictorum suorum rationem idoneam afferre possit:ad iusiurãdum enim non nisi meditato, & summa cum diligẽtia deueniendum est[c], & hæc in contractibus procedunt.Quũ uero ex ultima uoluntate æditio petitur,ad interdictũ de tabulis exhibendis remittimur, eius distinctione obseruata[d].Cæterum actiõis ope,tum quoq; petitur æditio,quum reus iure contractus rationes cõficere tenebatur[e], ut in tutore, socio,negotiorum gestore, & similibus[f]:hi enim ex natura officij ad rationes obligantur, quas si minus fecerint, nihilominus cõueniuntur,& aduersus eos in litẽ iuratur[g], nec refert an expressum mandatum præcesserit, quũ ex natura actus teneantur[h], sicut & negotiorũ gestor,uel institor,quẽ uulgò factorem uocamus[i].Idem in actore quẽ curator adolescentis cõstituit, & is enim ædere tenetur[k].Idem in patruo,qui nepotis ex fratre bona administrauit[l],& fratre maiore, qui fratris sui minoris res ,curauit[m].Idẽq; in socio publicani,qui telonium exercuit[n], hi em omnes tenentur ad codices faciẽdos, nec eis credẽdum esset, si nullas se rationes habere affirmarẽt,sed in eos iurari in litem posset,quod & Bald.respondit[o].

IS APVD QVEM. Varijs modis exponitur,de quo accipiantur hæc uerba, id est cui æditio fieri debeat.Et ueteres aliq dixerũt,ipsi iudici faciendã, siue ordinarius sit iudex causæ principalis,sed acta coram decessore suo gesta sint[a]:siue iudex sit delegatus, & acta corã ordinario facta fuerint: uel è cõuerso[b],siue iudex appellationis sit, cui exhibẽdum est,quicquid in prima causa deductum est[c]. Sed Socynus generalius intelligit,etiam de actis coram eodẽ iudice descriptis,,ppter enim negotiorũ multitudinem si oblitũ se affirmet qd corã se fuerit actũ, poterit notario mãdare ut integrũ ,pcessum ad se deferat,quæ res nullã unq; dubitationẽ habuit,quinimo temere faceret iudex,qui tam memoriæ suæ fideret, ut acta inspicere auersaretur. Alij de æditione, quæ ipsi parti fieri debeat intellexerunt, ut si actor qui diu abfuit,uelit eorũ certior fieri, quæ aduersus se gesta sunt[d], uel si petat attestationes in causa receptas aperiri, copiamq; sibi fieri[e], uel quod Paulo Castrẽsi placuit, quũ petit integrũ sibi processus omnis iudiciarij uolumẽ patefieri, quia aduocatum suũ consulere uelit[f]:addit Purp.cum actor in alia causa litigat,& falsi cõuincere aliquẽ reum intẽdit,idq; ex originalium curiæ regestorum, quæ à notarijs extorquere non poterat,ostensione se probaturũ sperat,exhibebuntur em,legendiq; copia ei fiet,quæ exhibitio à traditione exẽpli multum differt[g]. Alij de æditione intelligunt, quæ non à iudice uel à parte (quippe id sine dubio est) petitur,sed à tertio aliquo, cui non uidebatur ædendum, quia ipse nõ mandauerat[h],& tamẽ hic decidit unicuiq; ædẽda acta cuius interſit, quũ enim iudex persona sit publica[i], sufficit eo mandante acta esse confecta, aiuntq; sic maiores nostri,& prædictos omes intellectus ceu iure ueros cõprobãt.Videamus,ne hic ultimus uerus non sit,nõ enim inter rationes instrumentaq; cõstituenda temere est ab actis differẽtia[k], quũ plerumq; lex ea iungat, & aliud pro alio assumat. Vnde & uidemus,quod sicut reus ædere actori instrumenta nõ tenetur,ita & fiscus,q in priuati locũ succesſit,acta in eius bonis reperta non ædit, nisi recepta cautione,ne is cui describẽdi fit potestas aduersus se uel rẽpub. hisce actis utatur[l],quod lureconſ.refert,regulã prius à se scriptam declarando,qua tradiderat, ex bonis ad fiscum delatis instrumẽta & acta postulantibus reddi debere,nec apparet aliqd specialiter fauore fisci eo ĩ loco statui[m], nec nos multum mouet hæc cõstitutio,quæ de actis publicis,id est ad rempub.pertinentibus solum loquitur, quod infra declarabi-

E mus

a d.l.quædam.
b auth.ad hæc j.de iudi.
c l.ne causas. j. de appell.
d l.properãdũ. §.& si quidẽ. j.de iudic.
e l.2.§.ut li.pẽ.
f c.G.ppetuus. de fid.instr.
g Paul. de Caſt. d.l.quædam.
h d.§.ptinere.
i l.j.§.huius.de iuſt.& iur.
k l.j.de fid.instru.ff.
l l.in fraudẽ.§. neq;.de iur.fiſ.
m l.item uenũt. §.in priuatorum. de petitione.

mus: nec em̃ apud iureconsultos, ueteresq; Impp. uox hæc aliter fermè accipitur. Sed & ratione legis sustineri cõmunis sentẽtia uix potest, quãuis enim iussu iudicis acta conficiuntur, hoc tamen fit instante parte, eiusq; respectu restringitur mandatum[n]: alioqui & notarius instrumẽta ædere uniq; deberet, quũ nõ minus publica persona sit quã iudex[o]. Putarim igitur notarios ad eorum tantum actorum æditionem cogendos, quæ uel mãdato petẽtis facta sunt, uel publicam utilitatem respiciũt: ut si qua in causa publici iudicij, ut falsi, homicidij, parricidij scripta sunt[p]: idẽ quum quis cõmunione fidelium eiectus seu excõmunicatus est[q], qui enim aliquo in loco abhominabilis sacerq; est, is ubique pro sceleste est[r]: partẽ uero ipsam nõ cogi ut acta cuiq; exhibeat, si de re priuata sint[s], nisi is sit ad quem exemplaria ipsa, id est originalia forte perueuerint, tunc enim sicut in cæteris instrumentis causa cognita ædet[t], idq; & Dec. & Socy. probant. Alij tamen crebriore calculo ultimum intellectum sequũtur, & generaliter absq; causæ cognitione actorum æditionem unicuiq;, cuius interfit, faciẽdã existimant[u], idq; quocunq; in iudicio, siue ciuiliter siue criminaliter agatur, & quocũque in tẽpore, id est in qualibet iudicij parte[x], itemq; nõ semel, sed quoties opus fuerit[y], quum tamen instrumenta raro ultra quàm semel, & nõ nisi certo tempore ædantur[z], & hæc omnia dum mãdatum iudicis accedat: quum enim acta nisi iussu eius cõfici possint[a], cõsequens est, ut absq; eius auctoritate nec ædi quidem debeant[b]. Sed an uerum sit, absq; eius mandato ędi nõ posse: Et Aret. Iasonq; posse arbitrant̃ per actuarium, quẽ ipsi notarium abaci uocant: qua in re crebrior sententia reclamat, tum quia notariorum simplex munus est scribendi, tum quia lex nostra iussu iudicis ædi indicat, uerbaq; ad eum refert, ut appareat eius officium implorãdum esse: quapropter usu uidemus solere iudices, ut morem hisce tabularijs gerant, à principio generaliter eis mandare, ut quæcũq; acta accipere, exhibereq; possint[c]: cõmentarienses tamẽ & censuales, quòd archiuis publicis præsint, ipsi absq; alio iudicis præcepto regestorũ suorũ exẽpla exhibẽt, idq; iure eis permittitur[d]. Sunt tamen quidam casus, quibus nec acta quidem ædi debere in confesso est, ut interrogationes testium, quum enim iudici denegatur, ut inde instrui possit, quemadmodũ eos rogare debeat, si aduersario ædereture, facilli me ille testes erudire subornareq; posset[e]. In positionibus quoq;, quũ aduersarius de suo facto iubetur respondere, idem traditũ est[f], debet enim ex tẽpore respõdere, alioqui suspectus est[g], nisi ea de re agatur, cuius probabilem ignorantiam habeat, tunc enim æditio ei faciendа, dilatioq; danda est, ut edoceri possit[h]. Allegationũ uero quæ in iure cõsistunt, an copia collitigatori facienda sit, dubitatum est, & receptius uidetur nõ esse faciendam[i], quum pro iudicis alleuatione fiant, si tamẽ redigi in acta iudex uelit (quod recte atq; ordine faciet, ut ueritas magis examinata eluceſcat)[k] tũc secus esset[l], quod recentioribus placuit, nam & dubium nõ est, postq; in causa conclusum sit, nõ prohiberi huiusmodi allegationum productionem[m]. Aduersus quoq; fiscum, inquit lex, necq; instrumenta, necq; acta à quoq; ædi oportet[n]. Sed certe dura est ea dispositio, quare arbitror ex præcedentibus legis uerbis, de eis actis intelligendum, quæ iam à fisco aliquis consequutus esset, quia in bonis delati reperta, quod superius docui.

publica[b],

tam criminalia[c],

b ¶ ACTA PVBLICA. Quũ hic appareat acta publica exhiberi, considerandũ in primis est, quæ dicantur acta publica, & uidetur id accipiendũ de actis ad fiscũ pertinẽtibus, quæ Aeschynes δημόσια γράμματα appellat, siue in ærarium delata, siue in cõmentarijs principalibus essent[o]: quorũ etiã Plinius epistol. lib. v. meminit ad Valerianum, Liber principis seuerus, leges ipsum, est in actis publicis. Cicero Philippica II. In publicis actis nihil est lege grauius, in priuatis testamento. Siue apud officiũ censuale publicata, ubi & professiões filiorũ[p], & testamentorũ insinuationes[q], & prograẽmata, edictaq; publica seruari solebãt[r]: siue ad rempub. aliquam, ordinemq; decurionũ spectarent[r], & in archiuo, aut chartophylacio essent reposita, quod & Eucterion dicitur[s], siue coram præside, procuratoreue Cæsaris, de re ad fiscum uel publicam causam pertinente confecta sint[t]: idem & si in causis publicoq; iudiciorũ conscripta fuerint[u], & hæc enim quasi publici testimonij uim habere lex ait[u], huiusmodiq; publica acta non propria notariorum sunt, sed commẽtarienſibus uel censualibus, ut custodiam præstent, creduntur[x]: & apud successores officij in grammatophylacio semper remanent[y], quod Io. Andr. Paulusq; Castrensis recte

recte tradiderunt[z]. Qd̃ si coram iudicibus de priuatis causis acta confecta fuerint, ea iure nostro priuatorum acta[a], aut priuati actus[b], uel acta forensia[c], non autem publica appellantur[d]: iure tamen pontificio, uel potius recentiorum cõsuetudine, acta publica latius accipiũtur, nempe pro omnibus iudiciarijs instrumentis, à notario tanq; publica persona cõfectis[e], sunt q; huiusmodi (quod ad proprietatem aut dominium attinet) ipsius scribẽtis[f], quamuis ex officij sui natura teneãtur tabelliones eorum copiam omnibus facere, ædi sibi secundum edicti formam petentibus, quum & in ingressu ordinis iurent protocola matricesq; huiusmodi schedulas penes se diligenter conseruare[g], & in his quoq; actis huic constitutioni locũ esse alij omnes sentiunt: diffiniuntq; acta esse scripturas coram iudice, & eius iussu per notarium confectas, ad iudicij naturam pertinẽtes[h]. Quapropter productio instrumẽti de actis est, quoniam ad iudicij naturam pertinet, ipsum uero instrumentum, seu contractus tenor, non est[i]: qua ratione Bald. prodictionẽ quidem exceptionis ex actis esse, ipsam uero exceptionem non esse arbitratus est[k]: qua in re ex prædicta diffinitione subsisto, tametsi fatear solam productionẽ exceptionis necessario fieri, eamq; in scriptis deinde redigendam[l].

c ¶ CRIMINALIA. Distinguẽdum hic est, an petatur ut notarius ædat, an ut tertius, an uero ab ipso reo, an ab accusatore, seu fisco æditio postuletur. Primus casus clarus est, teneri scilicet notarium, seu commẽtarienſem ad exhibitionem ut reus se defendere possit. Sed an idem sit, si nõ sui defendendi causa quis petat, sed alterius cõ uincendi? Et sentiunt doctores idem esse, huius legis argumento: quam sententiam supra dubitabilem esse ostendi, nisi mandato petentis æditionem, acta confecta sint[m], uel ad causas publicorum iudiciorum pertineant[n]. Secundus casus est quum à tertio, apud quem reperiuntur acta causæ criminali conducentia, petitur: & receptum est, eodem modo cogendum, quo notarius, uel officialis quilibet publicus compellerẽtur: argumento nostræ legis, quæ ut supra declarauí, de actis solum loquitur ad causam publicam, uel publica iudicia pertinentibus: tamen iniquum nõ est fauore defensionis, humanitate suadente, ad exhibitionem compelli, si reus petierit[o]: Fisco uero, uel accusatore hoc flagitante, inhumanum esset[p], nisi eorum mandato cõfecta fuissent, ut supra docui, uel iure dominij uendicarẽtur[q]. Tertius casus est, quũ accusator uel fiscus æditionẽ actorum à reo petit, in quo pro regula receptũ est, eum qui accusatur, non teneri ædere[r], nec illud poëticũ exclamare, Heu patior telis uulnera facta meis. Quod tamen non procedit in his casibus, quibus familiam exhibere in caput suum torquendam cogeretur[s], nam eadem ratione & acta, & instrumenta etiam aduersus se exhibere cogendum Bart. cæteriq; tradiderunt. Sed mihi non facile uidetur à regula discedẽdum[t], nec odiosas huiusmodi dispositiones extendendas[u], quum uix sit, ut ea crimina, quæ excipiũtur, absq; seruorum conscientia perpetrari possint, nullusq; in eis sit instrumentorum usus, sed & in seruorum quæstione nõ tam euidens est periculũ, apud quos domini amor & reuerẽtia, æquuleo, & fidiculis fortè prævalebit. At in actis uel tabulis nulla esset tergiuersandi spes[x], quod si hac in materia de similibus ad similia procedendum esset, semper reus, etiã in ciuilibus, ædere rationes quoq; & instrumenta cogeretur, quum positionibus respõdere iuratus indistincte debeat[y], quod iuramentum species quæstionis est[z], ut supra attigimus: quapropter Claudij sententiã multo minus probo, quoties extent indicia, quæ torturæ sufficiant, toties reos ad ædendum quoq; cogi arbitrantis: quam opinionem alij quoque merito reprobant, quum & in ciuilibus receptius sit actorẽ, quamuis semiplene probarit, nõ tamen ius cogendi reum habere, ut exhibeat rationes[a]. Non procedit rursus quando ea acta uel instrumenta apud reum ex successione publici officialis essent[b], quia sicut autor suus teneretur ea exhibere, ita & ipse, tametsi in caput suum tendant[c]: nam & uidemus tabellionem falsi reum propria protocola exhibere, unde conuinci possit[d]. Idem & Alex. Arbitratur, quum originalia acta deperdita essent[e], seu quod idem est, perfecta apud notarium non reperiuntur[f], sicut enim eo casu ædere in ciuilibus causis reus tenetur, ita & in criminalibus f dicendum. Sed hanc sententiam aliqui non probant, quum iniquius sit in criminalibus contra se ipsum ædere[g], nec quicquam referat quòd alioqui periret omnis probatio: nam nec serui contra dominũ torquendi sunt, nisi sublata omni reliqua spe probatio

n l.age.j.de transac.

o l.orphanotrophos.C.de epis.& cler.

p Dec.hic.

q Bart.d.l.j.§. æditiões.& d.l.2.§.diuus.

r l.ex ea.ubi gl. de postu.

s Bart.d.§. diuus.

t d.l.quædam. §.nihil.

u d.l.2.3.ut lit. pen.

x glos. in c.j. in uer.requisitus. de sent.excõ. in 6.

y d.l. si quis ex argẽ. §.fi. ubi Ang.& Paul.

z d.l.j.§.ædẽda

a l.si quis.j. de acc.l.adoptio. j. de adopt.

b Fely.c.quoniã cõtra.de probat.col.22.

c glos. in l.si qs ex signatoribus.ff.quẽad. test.ap.

d l.eos.§. super his.C. de app. Io.And.in spec. de instrum. æd. in rub.uer sic.de sexto.

e gl.c.2.de test. in 6.in uer.interrogatoria.

f Bal.§.di.2.

g l.3.§.j.de testib.

h Bar.l.2.§.qd̃ obseruari.col. 3.j.de iur.cal. Ro.sing.262.

i 35.quæst.ix. graue.

j.si ex fal.al. leg.l.j.

l Fely.c.cũ dilectus.de fid. instru.col.6.

m d.§.neq;.

n arg.d.l.2.de cust.re.

x Alex.hic.

a d.l.in fraudẽ. §.ex his.

b l.actus.j.de fe.

c l.comparationes.j.de fid. instru.

d l.bona.de uer. sig.

e arg.c.quoniã cõtra.de prob.

f c.fi.exẽ de pb.

g c.sicut nos.ubi Host.ne cler. uel mon.

h l.acta. de re iudi.

i c.cum in iure. de of.dcleg.ubi Inno.& Abb.

k l.ne causas.C. de app.

l Bart.in l.j.in j.quæst. de except.ubi Mod.

m d.§.ptinere.

n arg.d.l.2.de cust.re.

o l.abesse. ff. ex qui.cau.mai.l. gesta.j.re iud.

p l.fi.ff.de pb.

q l. testamẽta.j. de testa.

r l.moris.§.j. de pœnis.

r l.cum ostendimus.§.fi.de fid.tutorũ.

s l.immunitates. C.de agri.& cen.lib.xj.

t l.iustũ.j.eo.l. generali.C. de tabul.

u l.7.3.de def. ciuit.

u l.2.j.de cust. re.

x d.l.in fraudẽ. §.quoties.

y d.l.moris.d.l. immunitates.

z Abb.c.j. de prob.

a Bal.in l.fi.j.e. & 3.dixi in l. j.in sept.casu.

b d.l.quædã.§. nihil interest.

c arg.l. argentarius.ff.eo.

d Purp.hic.

e d.l.si quis ex argẽ.§.fi.iuncto §.diuus.

f d.l.ubi.ff.eo.

g d.§.diuus.

o arg.l.nõ tantum.de app.

p d.§.diuus.

q l. procurator. j.eo.

r d.l.nimis.de testi.l.de minore.§.tormẽta. ff.de quæst.

s l.j.j.de quæst.

t §.diuus.

u l.cum quidã.de lib.& posth.

x ut dixi 3.l.j.se ptimo casu.

y c.j.& ij.de cõfes.sexto.

z Abb.c.j. de prob.

bationis, & tamen speciali eo casu Docto-
h d.l.j.in gl.pe. de quæst. sentiunt compelli ad æditionem reum h: imputetur ergo soli commẽtariensi si acta
i d.l.si qs ex argent.§.fi. & d.l.in fraudẽ. §.neq; amisit i. Rursus etiam non procedit in causa criminali pecuniaria, tunc enim fauore fisci reus ædere cõpellitur quoniam lex capitalem solam excipit k, in qua facilius reo
k d.§.diuus. indulgendum est, cui naturali æquitate licitum est, quoquo modo sanguinem suum
l l.j.ff.de bon. eo. redimere l. Sed tamen uerius receptiusq; est, in causa criminali generaliter adhærendum regulæ, quia lex in causa nummaria ædendum fauore fisci arbitratur, at in huiusmodi criminali non tam ad pecuniam a-
m l.cũ emãcipati.§.si emãcipatus.ff.de colla.bon. gitur, quàm ad uindictã publicam m, unde proprie nummaria non est. Quartus casus est, quum reus ipse, ut se defendat, sibi ædi acta criminalia ab accusatore uel fisco postulat, & sentiunt Doct. id iure permittendum, quum & in causis ciuilibus actor
n l.fin.j.eo. teneatur reo ædere, & exceptionis fundamentum illi præbere n, quod multò magis in criminalibus concedendum, quum plus
o d.§.diuus. lex faueat se in tali causa defendenti o, idq; arbitror etiam respectu aliorum actorum, quàm quæ in illa causa aduersus reum confecta sint, indistincte enim illi ab accusatore uel fisco ædendum. si sua interfit: si tamẽ
p Can.in d.c.G. perpetuus.de fid.instru. posset ea à notario cõsequi, is prius adeundus esset p, ut Raph. & Paul. Castrensis tradunt: alioqui accusator uel fiscus, qui ea haberent, ædere tenerentur, ipso tamen reo ad
q l.fi.j.de bon. auto.iud.pos. eas expensas contribuente, quas illi p mercede, & autoramento notarij impẽdissent q, quod Alex. hic sentit. Et ex his cõsequens est, ut ei, de cuius crimine inquiritur, copia
r c.qualiter.2. §.debet.eẽ de accus. indiciorum fieri debeat, priusq; quæstioni subijciatur r, poterit enim alia ratiõe, quàm
s l.unius.§.cognitur.ff.de quæst. torturæ, præsumptiones illas elidere, innocentiamq; suam ostẽdere s, nec quantumuis libero arbitrio cõstitutus iudex, in hoc excusaretur, qui defensionem hanc, quæ naturali æquitate oritur, labefactare auderet: & ut demus, urgere aduersus reum indicia, conualidari plerisq; adminiculis, timere latrunculatorem, ne pro capite tuendo testes subornet, item ex mero officio cognoscere, dandum tamen est inquisitionis indiciorumq; exemplum, ut recte Andr. Siculus
t consi.47.in j. ex facto consultus respondit t. Sed quid si reus ædi sibi indicia petierit, & à prætore interrogatus, quibus modis elidere ea uellet, expressim non dixerit? Et Alex. excu-
u Alex.consi.63. in j. sandum prætorem arbitratus est u, qui generalem criminis negationem contempserit, nec ei ædendum censuerit, qui nullam defensionis in specie causam adduceret x, quæ sententia magis humanitati quàm iu-
x Bar.l.fi.j.cotiũ.de fer. sticiæ cõuenit, quũ omnes tradãt, absq; alia causæ cognitione, acta ædi debere, dum petẽtis interfit: omnino igitur ædi ea acta de

quàm ciuilia d.

buerũt, nec ad hominis liberi torturam temere, perãdũ. Sed quid
10 censendũ de actis, quæ nunc illi nullo sunt damno? ut in his iudicijs, quæ ante inquisitionẽ clàm à iudicibus assumũtur, ne si reus præmoneretur, fugam capesseret, ea enim
y l.2.de testi. parti non citatæ nihil obsunt y, & ideo capto eis argumentis reo ijdem testes legitime repetuntur, tuncq; propter citationem uim nocendi habent z, & non esse æ-
z Saly.l.fi.j. de quæst. denda huiusmodi plericq; existimauerunt: nec enim tunc partis interest a, nisi reus af-
a Ang.in l.quæstiões.d' quæst. firmaret ab eo quod prius pro testimonio dixerunt, eos uariasse b, hoc enim casu de-
b l.eos.ff.de fal. negandam non esse eorum quoque æditionem Socy. & Dec. autumauerunt, quos & nos sequimur. Generaliter igitur ædenda reo petenti huiusmodi indicia concludendum est, quod si iudex minus exequatur, non solum ipse litem suã facit c, sed & quic
c l.2.C.de pœ. iud.qui. quid interim aduersus eum gesserit, infirmum est d: unde nec si confessus quidẽ reus
d l.maritus.de quæst. Fely.c. licet Heli. deinde fuerit, poterit iuste condemnari, quia lex concussionem præsumit e, quum petita eorum æditione, supersedendum ab
e l.j.§.Antonius seuerus.& §.seq. de quæstion. omni laniena fuerit f, quod si non fiat, potest etiam appellari, uel ad principem supplicari g: si uero reus ea acta non petierit,
f Fely.c. licet Heli.col.2.de fimo. secus est, nec enim non petenti ædere quisquam tenetur h.

g l.2.3.ut li.pẽ.

d ¶ QVAM CIVILIA. Supra admonui quinq; speciebus exẽplum ab Accursio hac in lege afferri, de singulis igitur uidendum. Primo intelligitur lex, ut liceat
h gl.in c.fin.in uer.indicijs.de hære.in sexto. ei iudici, qui ex prouocatione aditus est, iubere primo iudici uel notario, uel parti quę
i l.ne causas.l. cos.l.à procõsulibus.C.de appel. obtinuit, ut prioris instãtiæ acta exhibeãt i, priori iudici imperat, ut si ipse habeat ea ædat, uel notarium suum ad ædẽdum cogat, præcise eñ eũ teneri iniquũ esset, quũ acta ipsa ad notariũ, qui ea suis chartis cõmẽdauit, pertineãt, nõ ad se k, idq; Bal. & recẽtiores aliqui recte tradiderunt, parti uero uicտrici mandat, cũ appellãti aliter nõ potuit esse cõsultum, ut quia ille nec à iudice, nec
k §.litera.Inst. de re.diu. à notario, oblata debita mercede, consequi
l l.4.§.j. fin. reg.Fulg.& Paul.hic. potuit l, si enim culpa appellantis hac in re argui posset, non esset extraordinarium id illi remedium indulgendum m, sed simpliciter
m Socy.hic.

citer in id quod sua interest aduersus notarium experiretur, qui ipse ad acta con-
n d.l. argentarius.§.cũ aũt. seruanda obligatus est n. Sed quid si pars uictrix iussa à iudice, ut acta seu sentẽtiam, qua obtinuit ædat, non paruerit? Et uideretur impune id ei licere, quum iudex appellatiõis aduersus partem iurisdictionem suam exercere nequeat, nisi postquàm ei constiterit prouocantem indebite aggra-
o c.romana §.si uero.de app. uatum fuisse o, merito igitur id præceptũ, tanquã non uisis actis, esset nullum p. Sed
p l.prolatũ. C. de senten. quum nos eo casu loquamur, quo pars uictrix exhibere tenet, si non id faciat, perinde ac si exhibuerit, confirmatur ius dicen-
q l.iure ciuili.de condi.& dem. tis autoritas q: & ita ego sentio, licet alij
r Dec.c.cũ in ecclesia.de app. aliter r. Verius igitur est, impune id ei non licere, & aduersus eum hisce remedijs agi posse, quæ contra contumaces æditionem nõ faciẽtes, iure cõpetunt: inter quæ illud egregie adnotandum est, quod poterit iudex comminari, ut nisi intra talem diem exhibuerit, instrumento nulla fides deinde
s l.titia.de accu. adhibeatur s, qua die adueniente, absq; alia
t Alexan.l.fi.in prin.ff.d' fer. mora, nec alijs dilationibus datis t, pronuntiabit illud fide deficere: si tamen iuratus affirmaret uictor, se eam sententiam nõ habere, nec dolo fecisse, quo minus haberet, non esset ulterius hac de re inquietandus u, quod Bald. recentioresq; prodiderunt x. Sed quid si uictor negaret latam ullam sententiam? Et tunc absq; dubio fatẽdum est, interloqui iudicem posse, si unq; ea sententia reperiatur nullam ei fidem ad-
u l.fi.j.de fid. instru.
x Bal.l.hi qui ad ciuilia.j.de ap.
y l. nõ alienum. de inter.act.
z Innoc.in d.c. G. perpetuus. hibendam y: quæ enim aliæ, in dolo malo mẽdacem, iudicis partes esse debuerunt z? Quod si non dolo, sed errore probabili deceptus, ita responderit, succurrendum ei
a l. de ætate. §. ex causa.de inter.act. 1.ff. in l.errore. 5. de iur. & fact. igno. esset a. Sed quomodo potest iudex ex huiusmodi contumacia abrogare omnem fidem actis? quum traditum sit, ex sola contumacia, totius litis detrimento neminem
b gl. in l.j.§.fi. si quis ius di. non ob. mulctandum b. Respondeo, quum hic agatur de futura contumacia, non autem de
c arg.l. ut ri sgẽ. §. si pacisc ar ff.de pac. præterita punienda, id tolerari c, maxime quum directo totius litis damnum nõ in-
d l.si prius. de op.no.nun. feratur, sed in quandam sequelam tãtum d, adsitq; præsumpta calumnia e, uel mendacium f, quibus casibus constat, damno litis contumacem affici posse. Secundum
e l.diffamari.C. de inge.man.
f auth. cõtra q propria.C. de non num.pec. exemplũ est in actore, qui diu absens fuit, & deinde reuertitur, facienda enim illi est
g arg.d.l.properandum.§. & si quidem. actorum copia, tametsi contumax fuerit g: quod procedit etiã in eo qui præsens fuit, & per negligentiam singula acta exhiberi
h arg. d.c. quoniam cõtra. sibi non petijt, debebit enim eo petente statui dies intra quam æditio fiat h, quod aduersus communem sentẽtiam approbant recentiores, nec melioris sit cõditionis, qui per contumaciam est absens, quàm qui præsens solius negligentiæ notari potest i, & si-
i l.non solum.de nox. cut contumax resarciet expensas k, ita & negligẽs retardati processus causa l: quum enim acta communia sint, etiam negligẽti ædi debent: quod intelligẽdum, dum pe-
k l.sanctimus.j. de iudi. tantur tempore congruo: si enim in calculo ferendæ sententiæ postularẽtur, propter
l l.non ignoret. C.de fruc.& litium expen. præsumptam calumniam iure eum iudex repelleret, ut Paul. Castrẽsis ait m. Ego etiã præsenti non denegandam actorum ædi-
m per c.licet causam.de prob. tionem satis existimo, sed nõ ideo dandam ei hac ex causa dilationem, quum de eis potuerit instrui, si uoluisset n: sicut nec absenti eo casu concedenda esset, quo aduer-
n l.si quando.j. de dila. sus eum iudex interloquutus fuisset, ut cõtra acta quicquid uellet intra certam diem
o Iaſ.d.l. sanctimus.j. de iudi. 7.quæst. obijceret o, & tamen lapsa die non ideo denegan da esset æditio p, quod & receptius est: nec nouum est, quãdoq; magis absenti
p glo.c.j.uer.requisitus. de sent tẽ.excõ.in 6. & quidem contumaci consuli, quoties scilicet de ea re agitur, in qua directo peccatum non est q. Tertium exemplum in eo
q l.nõ omne. ff. de statulib. gl. in c.statutũ §. cũ uero.uer.nõ audens. de rescript. in 6.& Purp.hic. iudice sumitur, qui in demortui locum successit, & ei enim ædenda sunt acta, quum si absq; inspectione actorum iudicaret, sen-
r l.hoc aũt.§.j. ex qui. cau. in poſs. tentia ipso iure non teneret r: & si constaret eum acta non inspexisse, parum referret quod ipse attestaretur se uisis actis iudi-
s Fely.d.c.quoniam contra. col. 78. care s: & dicitur non constare etiam ex coniectura, quæ propter angustiam temporis perpendi posset t, quod in arbitro quoque
t Doct.in d.l. prolatam. obseruaretur, cui plena & libera potestas data sit u, & non in diffinitiua tãtum, sed in decreto quoque, itemq; interloquutoria
u Ancha. consil. 82.& Bald.in d.l. prolatam. quæ alicuius momenti sit x. Sed an noua iurium productione opus sit? Et uidentur aliqui sensisse necessariam huiusmodi pro-
x Alex.cõsil.33. in j. ductionẽ, quum uerisimiliter ignoret successor, quid coram mortuo actũ fuerit y: nã & protestatio semel facta si iudex moriatur
y l.q in alterius. de reg.iur. successori iterãda est z, sic & edictũ peremptorium mortuo iudice à successore iterũ
z Peru.c.ex ratiõe. col.x.uersic.2.de app. concipitur a, quod & plerisq; alijs exemplis ostendi posset b, sed tamen frequentius admissum est productionem nouam ne-
a l.edictũ.ff. de iudi. cessariam nõ esse, quum idem sit iudicium, noua autẽ productio solum in diuersa in-
b gl.in l. qd' tẽ. ff.si cer.pet. stantia requiritur c, nec uerisimile est iudicem ad sententiam ferẽdam properaturum,
c Barto.§.nihil commune. 7. combinationes, 2.quæst. nisi uisis actis omnibus in suo tribunali à suo notario perscriptis. Consultius tamẽ is fecerit, q uel admonitiõis causa, productionẽ renouauerit, quę quũ ex necessitate nõ fiat,

sufficiet quantumuis generalis[d], quum & traditum sit, generales productiones sufficere[c], ut eius, qui facculum chartarum exhibet, nisi pars opponat, & ad specialē denominationem inuitet[f]. Quartum exemplum est, in administratore, seu iudice ordinario, q causas potest alteri delegare, dum ipse ter interfit[g], ædenda enim illi omnia sunt, quæ coram assessoribus, seu pedaneis suis gesta fuerint[h]. Quintum est in attestationibus, quæ publicari iudicis autoritate debent, & partibus petentibus ædi[i], idq; etiam si summarie & de plano cognoscatur[k], idē si sola facti ueritate inspecta, quū talem æditionem fieri ueritatis perquirendæ causa hic dicatur, quod tamen si nō obseruatum fuerit, ualet nihilominus ipso iure sententia[l], & ideo sola appellationis ope petenti succurrere[m], poterit; æditio hæc fieri in secunda uel tertia instantia, imò aliquando utilis est huiusmodi expectatio[n], uidemusq; quandoque non postulari hanc publicationem, ut in causa appellationis super ijsdem articulis alij testes recipi possint[o]. Illud dubium non est, eos, qui ante publicationem quid pro testimonio dictū sit partibus reuelant, falsi crimine teneri[p]. Sanè sunt qui hoc exemplum non conuenire textui existiment, quoniam attestationes huiusmodi magis monumēta causæ dicuntur, q; acta[q]. Sed quid obest, regulā nostræ legis generaliter positā ad plures species exempli causa protrahere?

exhiberi[e], inspicienda, ad inuestigandā ueritatis fidem[f], iubebit.

f ¶ FIDEM. Ambigunt hic Doct. an acta in una causa, fidem faciant in alia: & quantum sit ad alias personas, cōcludendū est non facere, quia uetustissima iuris regula est, res inter alios actas alijs nō obesse[x], siue qa facto alterius qsq; grauari nō debet[y], siue quia acta ut ualeāt partis citatio necessaria est[z], at hic respectu tertij nulla affuit citatio, siue quod uerius est, quia acta ex instantia iudicij uim omnē accipiūt, cui instātiæ tertius ille nō subijcitur[a]. Non procedit tamen regula hæc quibusdam casibus: & in primis, quoties nō de effectu, seu iure aliquo, sed de ipso facto dubitatur: per exhibitionē enim actorū aduersus unum quēq; probabitur acta eo modo cōfecta fuisse[b]: quapropter legatis mihi ab aliquo centum, si sentētiam aduersus Titiū obtinuero, sola sentētiæ exhibitione euentus cōditionis, qui meri est facti[c], probabitur: hæc em̄ acta publica ideo dici possunt, quia apud omnes fidem tali casu faciant[d]. Sic acta contra reum cōfecta, aduersus omnes, nedum eius fideiussorem probabunt, in eū processum fuisse, & ideo causam subesse, ut ad fideiussorem legitima excusatione facta peruenīri possit[e], quod Bal. sensit, cuius uerba, ut reprændant, quidam male interpretantur: Sic instrumentum depositi tecum initum respectu omniū fidem faciet, me penes te deposuisse[f]: & instrumentum emptionis probat emptorem habuisse titulū, id enim meri facti est, sufficitq; ut publiciana cōpetat[g]: sic uariatio testis in alio iudicio probat eum falsariū esse in præiudicium cuiuscūq; quantum sit respectu pœnæ ipsi testi infligendæ, & diminutionis fidei, quia de solo facto agitur[h]: nec citatio eius, qui in consequentiam damnum patitur, necessaria uidetur[i], tametsi sciam aliter à Socyno responsum fuisse[k]. Non procedit rursus regula quantum sit qualis qualis præiudicij respectu[l]: prima enim fronte credibile est, iuste atque ex ueritate ea acta confecta fuisse[m]. Sed cuius effectus id præiudicium erit? & non est dubium ex eius appellandi competere[n], posset etiam iudex in probationis dubio huic potius adhæ

à primo iudice petat, acta secundæ instantiæ ab eo qui appellatus est, idq; officio nobili uidetur expediēdum, quum in alterius causæ dilucidationem petantur, quàm quæ eis iniuncta sit, quod exemplum satis defendi potest.

a l.1.j. in prin.C. de rei uxo.act.
e l.accipienti.de aut. tu. Doct. in c.imputari. de fid.instru.
f l.fi.ubi Paul.j. de fid.instru.
g auth.ad hæc.j. de iudi.
h d. auth.ad hæc.
i §.quia uero.in auth.de testi. Bart.in l.fola. j.de testi.
k Bar. in extra uag. ad repri. uer. sine figura.col.3.
l gl.c.fi.uer. indicijs.d'hæret. in sexto.
m Alex. l. diuus. j.col.de re iud.
n Fely.c. cum I. & A.d' re iud.
o Clem.j. de testi.& gl.in c. causa quæ.extra de testi.
p l.si qs aliquid. §. instrumēta. ff.de pœnis.
q l.gesta.j. de re iudi.

adhærere: secundū quam tametsi semel inter alios iudicatū est, quod genus Cicero, & Quintilianus præiudiciū uocāt, Iurecōsulti apud quos exēplis non iudicatur[o], aliter præiudiciū uidentur accepisse[p]. Addit hic Ang. semiplenā probationem facere, quod Dec. intelligit in causis quibus ius tertij, de quo iudicatū est, cōnectitur[q]. Sed hæc Angel. sentētia iure nō probatur, unde ego arbitrio iudicis id relinquēdum censeo, sicut & solemus dicere de testimonijs inter alias personas receptis, quæ nō nisi mortuis testibus, si iudici federit, semiplenæ probationi sufficiūt[r]. Nō procedit etiā regula, quoties sentētia præiudicat tertio[s], nā & acta toties nocebūt[t]: q tractatus latior est, & ut in præsentia alieno loco debeat attingi, & qd' in actis dicitur, idē & in testimonijs: qbuscūq; enim sentētia præiudicat, eis etiā probationes præiudicāt, nedū acta[u]. Explicitus est primus articulus. Sequēs est, An acta ītercasdē personas semper noceāt: Et regulariter cōcludendū, nocere[x]: idq; multo fortius in suprascriptis casibus, qbus & inter alios fieri præiudiciū docui. Et eadē persona intelligitur etiā iuris fictiōe, ut hæres[y]. Idem in successoribus quibuscūq;, etiā particulāribus[z]: qui em̄ in ius alterius succedit, eodē iure uti debet. Idē in eo qui ex cōfessione sua uoluit perinde teneri, ac ille cū quo actum est, ut in fideiussore iudicij oēs fatētur[a]. Videtur enim in iudicio confessus, & cōtra se paratam habet exequutionē[b]. Sed & is qui citatus fuit, si sua putaret interesse, iudicio; adfuit, pro tertio nō habetur[c], nocent; ei acta & pronūtiatio[d]. Restringit Bar. prædictam regulam, ut tribus casibus non procedat. Primus est in ordinatorijs actis, quatenus instantiam causæ respiciūt, ut est datio fideiussoris iudicio sisti, citatio, litis contestatio, & dilatoriarū ex ea renuntiatio, iuramētum calumniæ, peremptа em̄ instantia, & ipsa pereunt[e]: quod accipiendum, nisi huiusmodi acta principis beneficio corroborata sint[f]. Idem si partium consensu, licet enim libelli oblatio, uel litis cōtestatio ex iure publico, nō ex cōsensu partium pēdeant, tamē quia semel legitime facta sunt, ex cōsensu possunt ad aliam instantiam cōducibilia esse[g], quod aduersus communē sententiam Dec. defendit: unde generaliter sequitur, licere partibus perēpta instantia una approbatione omnia acta iterare, renouare[h], & hæc quantum sit ad effectus, qui instantiam inspiciunt uera sunt: quantum uero ad eos, qui extrinsecus ue-

x j.in rub.res int.al.
y l.non debet.ff. reg.iur.
z l.si quando.ff. fi.j.de test.
a l.2.j.de fid.instru.ubi Bal.
b l.gesta.j.de re iudi.
c l. qui hæredi. de condi. & dem.
d Bartol.l.j.de eman. lib.
e auth. præsente.j.de fideiuss. Bart. in l.x.de uerb. obl. Bal. hic.
f l. desiderīū.C. depo.
g gl.in l.sed & possessori. §. fi. de iureīnā. Bal.hic col.4.
h l.eos.ubi Bar. ff.de fal. Alex. hic.
i l. honores. §. fi.de decu.
k Socy. cōsil. 253.
l glo.hic.
m l.2.3.de offic. ciu.iud.
n l.2. ff. de app.

niunt, & ad causam magis q; ad instantiam pertinent, secus est, & à regula in his recedendum non est, quapropter uitiū litigiosi durat[i]: item mala fides per interpellationē contracta[k]: itē præscriptiōis interruptio[l], quātum enim sit horū respectu, acta à principio effectum perfecerunt: unde lite mortua, non tamen perit actus iam consummatus[m], qui ex solius rei animo, seu scientia depēdet[n]: quum enim æditiōe libelli litis; cōtestatione sis admonitus rē petitā ad me pertinere, & ideo malæ fidei possessor esse cœperis, tametsi lis moriatur, effectus tamē ille remanet, nec ideo bonæ fidei efficeris, nisi fortè ego transegerim[o], uel renūtiauerim liti[p]. Verisimiliter enim persuadere id tibi potes, me trāsegisse uel renūtiasse, quia scirem bonā me causam nō habere. Idem si pronūtiatum sit perperam me egisse, libellumq; esse nullū, actus em̄ omnino nullus, nullū effectum parit[q]. Sed & mortua lite alienare nō prohibebor, uitiumq; litigiosæ rei mihi nō obstabit[r], quod scilicet durum putauit legislator eius administrationem hoc casu impedire, quo actori est quid magis imputetur, q; possessori. Secundus est in his quæ ad probationē pertinēt, puta testimonijs, quæ si publicata nō fuerint, etiā cōtra eundē in alia instātia fidē nō faciunt[s]: in quo tñ probabiliter dubitari potest', qa publicatio testiū nō uidetur substātiā iudicij respicere[t]: & ideo supra diximus, ualere sentētiā, tametsi in causa principali nō fuerint publicatæ attestationes: fides; attestationū ex autoritate iudiciali, notarij; manu oritur, nō ex publicatiōe[u]: quapropter lex solū requirit publica monumēta, id est, ut isti interpretantur, quod manu publica, hoc est tabellionis, sint descripta[x]. Sed tñ Doct. aliter sentiūt[x], adeo; huiusmodi testimonia nullius esse fidei arbitrātur, ut parū referre tradiderint, qd' ab alio iudice in diuersa instantia publicata fuerint, adhuc enim nullius esse fidei, dum tamē nō in succedanea puta appellationis[y]. Quare excepto hoc casu, iterū esse examinādos testes[z]: si tamen mortui probarentur, uel diutius abfuturi essent, secus uideretur[a]. Idem si testes in casibus permissis ante litis contestationem fuissent recepti[b], fidē enim faciūt, cuius nōdum publicati[c]. Sunt & qui idem arbitrantur, quum nō solius tantum notarij subscriptione, sed & iudicis, testimonia corroborata sunt[d]: quod ego non probo, nec quisq; probat. Tertius casus est, quū testes nō à iudice, sed ab arbitro recepti sunt, tunc

o l.nemo.j. de sent.
p in rub.ff. de excep.
q d.§.fi.& l.si duo.in prin. de iureiu.
r Bar.d.l.admonendi.
s l.sæpe.de re iud.
t l.lege iulia.ff. de man.
u d.l.sed etsi possessori.§.fi.
x l.iubemus.j.de lib.cau. c. causam quæ. j. de testi.
y §.j.in auth.de iureiur.à mor. præf.
z l. hæredes. §. idē scribit. fami. herci.
a l.fi. in fin.j. de usur.iudi.
b Bar.l.j.col.2. ff.iud.fol.
c glo.l.cū miles. §.j. q.ex cau. mai.
d doct.c.cū sup. de re iudi.
e l. cum lite. ff. iud. sol. & l. hos accusare. §.j.de accu.
f c. præsentatā. de testi.
g c.fi. de prob.
h l. mutari.ubi Bar. de pœu.
i glo. d.l.properandum. §. j. uer. iudicij.
k l.2.j.de fruct. & lit.
l l.fi.C.d'præs. xxx.an.
m l.fi. ff.un.lib.
n rūi.ad d.l. hos accusare.
o l.cūmota.j.de trāf.ubi Bar.
p gl. in l.j.C.de præscr.lō.tēp.
q glo. c.ut debitus.in gl.2.de app.
r d.l.j.
s d.l. gesta.l.3. ff.quæ in fraud. cred.
t d.l.prolatā.d. c. quoniam cōtra.
u Abb. in d.c. causam quæ. col.2.
x d.l.gesta.
x c.cū causam.j. de testi.
y Bart.& doct. in d.l.gesta.
z l.fi.j.de testi.
a Bald.in d.l. gesta.
b c.quoniam frequenter.ut lit. non contest.
c doct. in auth. sed si quis.j.de testi.
d Claud. arg.l. cū antiquitas. §.j.de testi.

tunc enim etiam si eorum dicta publicata sint, non facient fidem aduersus eũdem in alio iudicio[c] nisi mortui sint, uel ex partis cõsensu: cuius differentiæ ratio illa est, quia facilius testes corã arbitro, quàm coram iudice mẽtiuntur, quũ possit iudex per tormenta uerũ exquirere, & fasi reos meritis pœnis afficere[f], quod Bald. tradit: an quia gesta coram arbitro nõ ita iuris publici autoritate confirmãtur, sicut quæ ordinariꝰ iudiciꝰs peraguntur[g]? Quartus casus est à Doctoribus hic relatus, quum acta in iudicio summario confecta sunt, nõ enim integram fidẽ in plenario habebũt[h], sic etiã cõfecta in causa possessionis fidei faciẽdæ nõ sufficiẽt, si de causa proprietatis deinde agatur[i]. Sed & in iudicio ciuili tractata plene in criminali causa non probabunt[k], quum dilucidiores probatiões lex requirat[l]. Idem generaliter aliqui dicũt, quoties ad diuersum finẽ ageretur[m], quæ opinio in his casibus uera esse potest, in quibus nec sentẽtia quidem propter finis diuersitatem præiudicium pareret[n]: qua ratione & probatiões corã episcopo causa criminis spiritualiter (ut uocant) puniẽdi coram prætore nõ attendentur[o], quæ omnia alibi à doctoribus diffusius disputata, huc cõgerenda minime duxi. Sed quæ de actis diximus, nunquid in cõfessione quoq; obseruabuntur[r]? Et pro regula traditum est, cõfessionem in uno iudicio factam, in alio obesse[p]: quòd indignũ lex iudicet, quod qs sua uoce dilucide protestatus sit, ab eodem infirmariꝑ, nec refert coram iudice confessum sit, an coram arbitro[q], iudicio summario an plenario[r], ualido an inualido[s], principaliter an in uim causæ[t], ciuili an criminali[u]. Vnde qui de furto accusatus cõfessus fuerit, se Titio absenti lib[…] subtraxisse, in fauorẽ absentis conuictus censebitur, iudex enim absentẽ ipsum repræsentare uidetur[x], eiusq; nomine ratã confessionẽ eam habere potuit, si ita in actis protestatus sit[y]: nam & Titius ipse quãdocunq; ratam habere eam potest, saluaq; sibi erit actio[z]. Quandoq; tamẽ nec cõfessioni quidẽ in alia causa statur, ut si tacite, & per fictionem legis inducta sit[a] uel obscure, in transitu, aut incõsulto effutita[b]. Idem si huiusmodi confessio à iudice reprobata, reiectaue sit[c]: Quapropter reprobato instrumẽto, cõfessio quæ ex eius productione oriebatur, nullam uim habet[d]; & qui accusat iudex tanq; à se pecunia corruptum, si ille absoluatur, non poterit ceu corruptor propria confessione damnari[e]. Sed nec uim iudicialis cõfessionis habebit, quæ coram incompetenti iudice emanauerit[f]. Idemq; si iudex sit competens, sed nõ in figura iudicij, & eo pro tribunali nõ sedente, sit dicta[g]. Sed & quæ enuntiatiue prolata sit cõfessio, nõ oberit, cũ principaliter de ea agetur[h]. Confessionem quoq; procuratoris ita accipiendam aliqui arbitrantur, ut in alia causa domino nõ obsit[i]: Idemq; de ea cẽseamus, quod de cæteris probationibus: quã sententiam & ipse laudo. Vnde cõsequens est, ut confessio procuratoris in alio iudicio ad diuersum finẽ inchoato, nihil probet[l]. Confessio autem per nuncium facta, eodẽ iure censetur, quo si ore domini facta esset, quod recte Bal. sensit[m]: nec enim huiusmodi ficta cõfessio est, quum nuntius ceu pica uel organum, non nisi quam accepit uocẽ reddat[n]. Fuere & qui domini confessionem nõ arbitrarẽtur ad alium finem ipsi obesse: ut si quis in iudicio tanq; testis cõfessus sit, non possit suo iudicio in alia causa tanq; principalis conuinci[o]. Sed distinguendum est, aut cõfessio in uim causæ adducta est, & infirmato principali etiam causa corruit, quæ diuersum finem respicit[p]: aut aliter expressa est, & in alium finem uti iudicialis non ualebit, sed tanquàm extraiudicialis[q], & ideo quotiescunq; reuocetur, sola condemnationi non sufficiat[r].

a EDITA. Litigaturus Valentinianus, Imperatores consuluit, quid sibi faciendum esset. Et rescriptum est, debere eum actionẽ ædere, tamq; claris uerbis eã concipere, ut inde reus edoceri possit, quæ futura sit litis species, id est, ut rhetores uocant, hypothesis: sic enim à nobis accipitur determinata facti assertio, quæstionis seu causæ modum cõplectens[a], quæ quandoq; & casus dicitur. Si uero indeterminata sit & generalis thesis est, quales sunt, quas cõclusiões, uel regulas iuris uocamus, Quod si post æditam actionẽ deprænderit subesse in ea aliquam mendam seu errorem, licebit eum corrigere, uel etiam actionem mutare, salua tamẽ edicti perpetui autoritate: id, ut alias admonui, à Saluio Iuliano cõpositum fuerat[b], ueriſimileq; est in eo diſerte traditum fuisse, quibus casibus emendatio hæc, seu mutatio, cõcederetur, in præsentia ni

IIDEM AVGVSTI, Valentiniano.

tia nihil extat nisi Vlp. & Paul. quædam interpretationes, quorum alter ad edictum lib. IIII. alter lib. III. perpetuum Iuliani edictum, quod ad æditionem attinet, interpretati sunt: & ex Vlp. uerbis[c] satis apparet, in tantum actio[b] speciem futuræ litis demonstrat: licitam fuisse hãc uariationem, ut tamen reus semper dilationem congruam habeat, qua deliberare possit, cedat ne, an contendat. Subijcitur in rescripto plurimum, & hac in re æquitatem ius dicentis posse, quid eĩ si hac causa detrimentum aliquod reus patiatur? Restituendæ illi erunt expensæ, & omnino indemnis præstandus.

a ¶ AEDITA. Quum ædere sit, & libello complecti, & dare, describendiq; copiam facere: hic ostenditur formulã ipsam, aut scripto trandendam esse[d], aut describẽdi eius copiã fieri debere: Scripto traditur in ordinariꝰ iudiciꝰs[e], idq; actoris expẽsis[f]: quapropter solent cauti litigatores petere ut in primis sibi detur libellus, nã si actor neglexerit, iudiciũ erit nullũ[g]. Describẽdi copia fieri debet, ubi reus libellũ nõ petit, uel in summariꝰs, in quibus satis est petitio nẽ in actis à notario describi[h], quo casu nõ tenebitur notarius ei exemplũ dare, nisi recepto autoramento, id est data mercede ab eo qui cõuenitur[i], & ita hodie obseruandũ esse omnes ferè sentiunt.

b ¶ ACTIO. Accipitur hic actio, ex cõmuni interpretatiõe pro libello & scriptura, seu formula, quæ reo porrigitur, siue solenni intentione, siue qualiquali petitione concepta sit: nõ enim necessarium est nominatim actionẽ ædi, sed simpliciter factũ proponere, unde qs experiri uelit[k]: si tamẽ ex facti narratione plures actiones cõpetere possent, ne reus incertus sit, nominatim aliqua est ædenda[l]: debet enim semper certior fieri reus, nec in id adigẽdus est, ut cõiecturis perquirat, qua formula secum actũ sit. Vnde q̃uis in dubio præsumendum sit, speciali potius q̃ generali agi[m], ea potius, cui omnia uerba cõueniunt, q̃ ea, secundũ quam aliqua superfluerent[n]: tamen non id ex certitudine speciei est, quam lex nostra requirit: & ideo si factum apte propositũ sit, nominatimq; adiecta actio sit inepta, cũ communi sententia putauerim iudiciũ uaㄹere[o], si non ideo reus propter incertitudinem uenire minus instructus potuit, alioqui Bal. Angelumq; sequerer, existimãtes libellum uitiari: quoniam lex ait, tali casu nec tenere intentionem[p], & alibi aptam & proposito negocio congruẽtem requiri[q]. Fuere tamen, qui generaliter existimarent, nomen actionis ædendum[r]: quæ sententia recepta non est, non quòd probabilis non sit, præsertim ex lege, speciei declarationẽ requirẽte: sed quia diuersa est æquior, & fori harpyias minus adiuuat, nam & hoc nomine ueteres Iureconsulti male audiuerunt, ut est in Cicer. oratione pro M. Murena. Eadem ratione declarãdum arbitror, quod uulgò solet dici, Verba etiã impropriè in libellis accipi, ut secundum intendentis sententiam fiant[s], ut procedat, dum reus ex ea impropriẽtate incertus nõ reddatur[t], rectèq; deliberare non possit, cedat ne an contendat: tali enim casu excipiente reo, nisi dilucidaretur illa improprietas, putauerim intentionem non tenere[u], quod & in libello generali, disiunctiuo, conditionali decisum est: parte enim opponente, reiiciuntur huiusmodi intentiones[x], nisi confestim declarentur, certitudinemq; recipiant[y]: quod & in summariꝰs causis locũ sibi uendicare uerius & receptius est[z]: nec enim in eis subtrahenda fuit reo defensio, quum summarij iudiciꝰ fauor causam respiciat, nõ rei odiũ[a]. Sed quid si pars quicq; non obijciat, & regulariter ualeret libellus incertus, aut generalis[b], quia qui nõ excipit, uidetur acquiescere, fauoriq; suo renuntiare[c]: unde fit, ut in his casibus, in quibus uolũtas rei nõ attenditur, secus sit, & à regula non discedamus: quapropter in causis criminalibus, libellus generalis, & incertus, etiam tacente reo, nõ confirmatur[d]: ut accuso te de delicto omnibus à te perpetratis[e], quod & in causis ciuilibus procedere uidetur, à crimine descendẽtibus[f], ut in actione iniuriarũ, uel de dolo, idq; Alex. sentit, qua tamen in re Bal, Fulg. Aret. laꝺ, dissentiũt: quũ enim hoc casu de pœna pecuniaria agatur, potest reus tacendo sibi præiudicare, quod & nos probamus. Sed & coram iudice, qui specialiter cognoscendi ius habet, cuiusq; iurisdictio extra eum casum extendi non potest, qualis est fiduciarij clientis, quem uasallum uocant, dominusq; generalis libellus non admitteretur: Sed is tantum, qui de speciali causa, & ad eius cognitionem pertinente conceptus esset[h]. Potest quoque iudex, etiam irrequisitus, actorem compellere, ut petitionem suam ante litem contestatam declaret,

declaret,haud dubie enim eius interest, coram se dilucide postulari[i]. Sed etsi tanta obscuritate inuolutus esset libellus, ut ex eius lectione intelligi non posset, quid sibi actor uellet, à iudice dilacerādum cōstat[k], nec rei oppugnationem expectādam. Illud quoq; traditum est, quibus casibus incertus libellus reo non opponente sustinetur, ita demum ualuisse cēseri, si deinde in processu probationibus uel aliter declaretur[l]: quomodo enim sequi sentētia posset, quam certam ferri lex iubet[m]? Sed quid si facto rei contingeret, ut actor clare proponere nequeat? Et tunc ei nihil est imputandum, tenebitq; incerta intentio[n]. Idem si ex natura causæ oriatur incertitudo, ut in iudicijs uniuersalibus[o], ut in libello dotis[p], ut in petitione trientis, qui iure naturæ filijs debetur[q], ut in accessorijs, quum quis rem petit cum fructibus seu expēsis[r], uel cum omni eo quod sua interest[s]: idem & ubi incertitudo uel modica sit, uel in re modici momenti[t], uel nihil inde detrimēti reo inferretur[u]. Eadem quoq; ratione hic traditum est, in libellis accusatorijs expressionē loci, & mensis, quo delictum perpetratum sit, esse necessariam[x]: quia accusati ipsius, & consequēter etiam publice interest, delicta clare proponi, ut se tueri quilibet possit: idemq; Bart. sensit, de causis ciuilibus ex maleficio descendentibus[y]. Sed an in his saltem parte non opponente, libellus absq; tempore & loco ualeat? Et articulus controuersi est iuris, in quo supra ualere existimauimus, quæ sententia etiam frequentiore calculo procederet, si summarie in his cognosceretur[z], nam in capitalibus iudicijs, etiam si summarie agatur, nihil referre ego arbitror, quod reus non opponat, quū in eis, ut dixi, ad eius utilitatem non attendamus[a]: at quoties de pœna nummaria agitur, secus est: merito ergo omissio temporis, uel loci, reo tacite acquiescente, non nocet. Vnde & quoties crimen per modum exceptionis opponitur, distinguendū plerisq; sentiunt, an id fiat, ut simpliciter actor ab intentione submoueatur, & mensis uel loci expressionem non esse necessariam[b], an etiam ut puniatur: & secus est[c]. In casibus igitur, quibus iudex puniendi potestatem habet[d], semper dies & locus exprimi debent[e]: qua in re generaliter dicēdum est plurimum operari arbitriū iudicis, qui semper ante oculos habere debet, ne reo defensio subtrahatur: & ideo quandoque etiam de speciali die, uel loco interrogabit[f].

i l.age. ubi Alexan.j.tit.3.
k Bar.in extrauagan.ad rep. uer. sine figura.
l glo.l.j.si quis argentū.depo.
m §. curare. ist. de act.
n l.j.§. qui aūt. quo.leg.
o glo.l.j.ff.eo. & hic.
p Bart. in rubr. sol.mat.
q Bal. c. conquerēte. de offic. ord.
r §.j.inst.de offic.iud.
s c. inter dilectos. de fid. instru.
t Bart.l.3.§.j. de lib.agno.
u l. gallus. §. si eius. ubi Bar. & lib.& posth.
x d.l.libellorū.
y d.l.prætor.Socy.cōsi.146.
z Alex.consi.6. lib.3.
a l.nō tantum.de app. Rom.consil.191.
b Flor. l. in exceptt.ff.de.pb.
c c.2.§. testes. de testi.in 6.
d Bart.l.2.§. si publico. de adul.
e Bar.in l.j. de excep.
f Bar.in.l.is qui reus. col.5. ff. de pub.iud.

Sunt tamen aliqui casus, quibus tempus uel locum expressim designare nemo cogitur, ut quum de flagitijs agitur, quæ tractum temporis habent[g], uel quæ negligendo cōsummantur[h], uel de leuibus crimi-

quam emendari[c],

nibus tractatur[i], aut de solius purgationis canonicæ indictiōe agatur[k]. Illud quoq; constat, facinorum probationibus ad liquidum perductis, nihil referre, si deinde obijciatur locum aut tempus adiectum accusationi non esse, nec enim in re liquida de apicibus iuris disputans, audiri debet[l], nisi quum adhuc aliquis scrupulus subest, quod ex qualitate rei, & numero testium deprædi potest, ut quidam hic tradiderunt[m].

c ¶ EMENDARI. Emēdare, est mendum, id est errorem tollere, salua remanente substantia[n], idemq; significat quod corrigere, & castigare, Siue igitur mendum sit ex superflua aliqua adiectione, siue ex detractione, siue ex nimia obscuritate, qui id corrigit superflua resecando, concisa addēdo, mutilata supplendo, confusa distinguēdo, obscura dilucidando, emendare recte dicitur[o]: idq; Bart. sentit. Quomodo autem huiusmodi emendatio licita sit, non modica est altercatio. Bart. & sequiores alij ex legis nostræ regula permissam esse usq; ad sententiam fere sentiunt, siue quis ambigua obscuraq; declarare uelit[p], siue qualitatem aliquam emendare, unde condemnationis executio uel intendatur uel minuatur[q], siue de summa petita diminuere, quum & totam, si uelit, pendente iudicio remittere possit[r], siue fructus huiusmodi accessiones petere, quæ pendente lite cœperint deberi[s], siue in iudicio uniuersali rem aliquā quis petierit poterit quandocunq; mutare, & aliam obtinere[t], ut in petitione hæreditatis, quum enim in ea principaliter agatur, ut quis hæres declaretur, uidetur in cō sequētiam nō solū rem petitam, sed quamlibet aliam hæreditariā petijsse, & ideo emēdatio non denegabitur[u], tametsi aliter sensisse uideatur Bart. quem recentiores damnāt, licet cæteri de uerbis Bartoli magis q̄ de sensu legum soliciti, in re aperta maximas tricas inuexerint. Quod si per emēdationem actio ipsa uel res immutetur, tunc usq; ad litis cōtestationem solum licita erit correctio, nec enim hæc proprie emendatio est, quum alia de substātia agatur, cuius sententiæ ea est ratio, quod quum de diuersa quodam

g Bar. d.l.libellorū.Rom. cōsil.197.
h l.actor.in fi.j. de prob.
i gl.Inst.de pub. iud.in prin.
k Doct.c.j. de purg.can.
l Bar.l.si cōfessus.de cust.re.
m Purp.
n l.actorum.ff. de re iud.
o §. quibus.3.j. cōst. & ti.seq.
p l.si quis intētio ne.de iudi.
q l.in delictis. §. si detracta. de nox.
r l.quidā.si cert. pet.
s l.ædiles. §. itē sciēdū.de ædil. edic.
t l.4.l.si quo. de petit. hæred.ff.
u Cardin.Butr. Barb. cōsil.2. de lib.obl.

quodam modo re tractetur, non potest uideri in iudicium uenisse, quod post litem contestatam solum deductum fuerit[x]: siue igitur uaretur res[y], siue persona[z], siue qualitas substantiæ actionis translatiua[a], post litem contestatam non audietur emēdator. Idem si petitio ipso iure, etiam tacente reo, fuit nulla, ut quia in accusatiōe omissus sit locus aut mensis, nō licebit iudicio accepto addere, mutaretur enim substantia, quum id quod nullum fuit reuiuiscaret[b], quod & infra declarabo. Vnde cōsequens est, ut eatenus solum emendatio fieri possit, quatenus tempora largiantur. Finge ait lex, in crimine peculatus publico iudicio nemo audiatur, nisi intra biennīū accusator reum detulerit, delatus est aliquis intra eam diem libello iure inualido, & cui solennia deessent, nunquid lapso tempore poterit emendari? Certe nō, nec enim tempora largiuntur. Finge rursus, appellatorium libellum intra decem dies inepte conceptum, nullumq; esse, poterit ne deinde corrigi? Et nō posse receptum est[a], quia in substantia deficit, & tempore appellator excluditur[b]. Quod si emendatio substantiam non respiceret, secus esset[c], posset enim etiam post tēpus fieri, quod & generaliter receptum est in declaratione, quum enim qui declarat nihil nouī inducat[d], quandocunq; fieri declaratio poterit[e], dum tamen ex uerbis descendat, alioqui frustra declarationē appellaremus, quæ uera correctio esset[f], nec ius alteri quæsitum hoc prætextu auferre possemus, quod recte Paul. Castr. scripsit[g]. Et hæc quidem ex communi sententia dicta sunt, quam & nos sequimur, nec in ea ulla est controuersia, præterq; quum de emēdatione ad rem petitam pertinēte agitur: existimamus enim, usq; ad sententiam concedi emendationem, idq; huius legis argumēto etiam mutationē concedentis: nam & in lege dicitur, si minus petitum sit q̄ deberetur, sine periculo agi[h], quia in eodē iudicio iudex aduersarium ei in reliquum cōdēnat, ex Zenonis constitutione. Idemq; si quis aliud pro alio petierit, ut hominem Stichū pro Erote, aut ex testamento petierit, quod ex stipulatu debetur, in eodē enim iudicio errorem corrigere ei permittitur. Nec me mouet Accur. responsio in eodem iudicio, id est in alia instantia coram eodem iudice interpretantis: quid enim potuit alienius à legis uerbis responderi? q̄ inepte geminantem uerba legislatorem inducere, quasi dixerit, iudex coram eodē iudice condēnabit: atqui alia instātia coram alio incipi potest: quid magis absonum q̄ in eodem iudicio, id est in alia instantia? atqui iudiciū pro instantia accipitur[i], sed & quid opus fuisset Zenoniana lege? absq; illa enim indubitatissimi iuris fuisset, reliquum peti in alio iudicio potuisse[k], quum clarum sit, absolutoriam una ex causa sententiam, ex alia agenti non obesse. Adde quod nec corrigendi uerbum satis congrueret: aliter igitur alij, qui eam legem intelligunt, quando emēdatio ante litem contestatam facta est, quæ respōsio non minus absurda est superiore, nā nec lex quicq̄ de litis contestatione distinguit, nec uerbum petierit, item corrigere, itē in iudicio sic accipi possunt, ut enim quādoq; petere, quoties de obligatione inducenda agimus, pro simplici interpellatione accipitur[l], ita quum ad iudicium particulare refertur post litē cōtestatam intelligitur[m], nā & iudicium ipsum, non nisi post litis contestationē proprie dici omnes fatentur. Sed quid opus fuit eius legis uerba sic contorquere? an ut antinomia aliqua euitaretur, aduersantiaq; responsa submouerentur? Atqui nihil facilius, si Martini, Fulgo. Fabri, Ang. Iasonisq; sententiam tueamur[n], & ex ea aliquid de communi opinione limitemus, fateamurq; in eadem instantia ex eodem libello fieri condemnationem posse summæ amplioris nomine, quum omnino de re diuersa nō sit, ad similemq; obligationis effectum pertineat, idq; etiam in appellationis iudicio ex Iustiniani lege defendamus[o]: itemq; in compromissis ex labeonis sententia[p], quarū legum uerba Accur. diuinādo nimis coarctat: nā & quoties post litis cōtestationē emēdatio permittit[q], toties & in causa appellationis cōcedēda est, quū appellatio in eum modū rem restituat, quē tempore iudicij accepti, id est litis cōtestatę habebat[r]: nec nos mouet, quod super clausula emēdata nulla possit esse cōtestatio, ergo & nulla sententia[s]: nā respondetur sufficere cōtestationē litis in summa petita, quæ facillime deinde extēditur ad speciem adiectam, sicut etiā sufficit emēdationē fieri ex iure, quod ante litis cōtestationē competebat, id enim facilius in iudicium deduci potest[s], q̄ quod deinde noua ex causa superuenerit[t]: atq; ita ego sentio. Quæ sententia absq; dubio in his omnibus casibus procederet, in quibus ex cōmuni traditione receptū est, lite cōtestata admitti emendationē, ueluti in eo, qui probabili errore deceptus est[u], quod & Aret. sentit. Addit Claudius

x l.nō potest. de iud.
y l.Atteius in fi. de aq.plu.
z l. denuntiasse. §. quid tamen. de adul.
a l. prætor. §. docere. ff. ui bon.rapt.
b l. accusaturus. de adult.
a Aret.l. qui Romæ.§.scia.colū.2. de uerb. oblig.
b l.si eo tēpore. j.de remiss.pig.
c l.qui fundū.ubi Bart. de cont. emp.
d l.hæredes.§.si quid post. de testa.
e c.literæ.de dilat.
f c.dilecti.de accus.
g d.§.si qs post.
h §.si minus. Instit.de act.
i c. dispendia. §.reus.de rescrip.in 6.
k l. cū quæritur l.si mater.§.j. de except.rei iud.
l l. si decem. de uerb. obl.l.itē. §.petitā.de petit.hæred.
m l.amplius.rem ratam hab.
n Fulg. hic. & alij d.§.si minus.
o l.amplioré. in fi.j.de app.
p l. apud Celsū. §.item quæritur.ff.de dol. except.
q l.ita demum.j. de pcu. Rom. cōsi.381. quæstio.
r l. prolatā.C. de sent.
s l.si quis rē.in fi.de pign.act. d.l.nō potest.
t d.§. si minus. & seq.et l.mater.in fi.de inoff.testa.

generaliter id cõstituendum exemplo dilatoriæ exceptionis,quam lex ante litis cõtestationẽ objici iubet[x],& tamen ex uerisimili ignorantia sinit ut etiam deinde opponatur[y].Idem dicẽdum,quoties litis contestatio esset nulla,nõ emactus nullus impediret emendationẽ[z], ut qa libellus esset ineptus[a],quod recte intelligit Alex.ita demũ si deinde alia sequat litis contestatio.super priore enim,quæ nulla,est ferri alia sentẽtia nõ potest,cũ absolutoria ab obseruatiõe iudicij[b], merito poterit alio iudicio emẽdari error. Ad hęc pertinet qd ab aliqbus traditũ est[c],post litẽ cõtestatã ante iuramentũ calumniæ licitam esse emẽdationem, si enim petitum est præstari,idcũ minus factum sit, uidetur litis contestatio esse nulla[d],merito emendatio nouacũ contestatio non impeditur.Qua ratione si libello obscuro fuerit oppositum,saluis cũ exceptionibus lis contestata,cum processus sit nullus, non impedietur emendatio, quæ nouo processu fiat, ut Paul. Castr.hic ait[e]. Idem affirmandum si confestim post litis contestationem fieret emendatio,perinde enim esset,ac si ante facta fuisset[f], & dicitur incontinenti facta, si adhuc litis contestatio scripturæ actorum commendata non sit[g]: unde Ias. generaliter hic probat, idem esse, siue quid statim post litis contestationem fiat, siue aliquãto antea, qua de re alibi agemus[h]. In summarijs quoq causis idem receptum est, quum etiam simpliciter & de plano, & facti sola ueritate inspecta procedi lex iubet[i]:quum enim in eo iudicio,qui una ex causa intenderit,ex alia obtinere possit[k],fortius credẽdum huiusmodi emendationem concedi. Quod & eo casu fatentur plerici,quũ qualitas non in libello addita,sed in persequutione causæ deducta fuit, eam enim emẽdare ad libitũ possumus[l],quod secus est, quũ in libello adiecta est[m],in ea enim ex suprædictis distinguendum.Et hæc quidẽ, quod ad emẽdationem ipsius actionis attinet,satis & super,nam si nõ de actione, sed de pœna agatur, ubi semel commissa sit, non est dubium pœnitentiæ locum nõ esse[n]; quod & in eo respõsum est, qui patronum absq; uenia in ius uocauerit, ex sola enim actionis æditione statim pœnale iudiciũ oritur, quæriturq; patrono ius[o]. Sed etsi quis in libello quippiam confessus sit,nõ facile aduersus suam confessionem audietur[p], nec mihi eorum opinio probatur,qui ut in æditione actionis ita quoq in ea confessiõe distinguendum putant, quũ appareat separata hæc esse, & diuersis rationibus niti[q]. Cæterũ & quoties lex qualitatem aliquam tui monet autoritas, uel ius reddẽtis à principio requirit,ab eius forma recedi nõ potest, nec emendationi locus esset[r], fiet autem huiusmodi emendatio parte citata, ut Alber.& Claud. tradiderunt[s], nec ultra cũ semel de eadẽ re admittetur[t], alioqui res in infinitum tenderet,idq; receptius,licet alij contra[x].Sunt & qui declarationem non nisi ab ipso,qui actionem ædidit, fieri posse arbitrantur,ab hærede eius non posse[y], & multo minus à procuratore generali[z], quæ omnia alijs locis pertractanda sunt:non tamen omittendum quod Aret. tradidit, emendationem hanc ratione futuri processus utilem esse, nam si ex ea obscuritate reus captione aliqua iam elusus fuerit, actori imputabitur, qui aperte loqui debuit[a].

d ¶ MVTARI. Mutatur proprie actio, quum uetere omissa, alia proponitur. In quo articulo solet decidi, ante litis contestationem permitti regulariter mutationem, exceptis casibus quibus supra ostendi, nec emendationem quidem concedi, ut si quis confessionem suam reuocare hoc prætextu uelit[b], uel ius aduersario iam quæsitum acceptatumq; auferre[c], quo argumento sunt qui generaliter idem arbitrẽtur,quum libellus à reo agnitus acceptatusq; est[d], quæ & Petri fuisse uidetur sententia: sed eam merito Bartol. confutat, nisi in casibus quibus specialiter introductũ est,ut à qualitate, uel causa posita recedi nõ possit[e].Idem si semel mutatio facta esset,uel tempora nõ largirentur, uel aliter iudici ex aliqua causa sederet, ut quia omissa ciuili, quis uellet criminalẽ uel famosam intẽdere[f]. Verum & idẽ traditur, cũ electione perempta esset sequẽs actio[b], ut quia simul admitti nequeat,uel inuicem aduersentur[i],sed & si priorẽ actionẽ differre simpliciter quis uelit, uel soli instantiæ ipsius causæ renuntiet, audiendus nõ est[k]. Sed si omnino remittere,& litem & actionem uelit, potest, uel etiam si actionem solã repudiet,quod Bar. & cæteris uisum est: quibusdam tamen ex Iustiniani lege reclamantibus[l]:quæ,ut diximus,de renũtiatione instãtiæ solum loquitur, solumq; ea ratione

x l. exceptionẽ. ff. de prob.
y c. pastoralis. de excep.
z c. nõ præstat. de reg. iur. li 6.
a gl. Inst. de obl. uerb. secundũ.
b d. l. j. §. j. si men. fal. mod. dix.
c Spec. Innoc. Iaf. hic.
d Auth. principales in fin. j. de iur. cal.
e glo. d. c. pastoralis.
f gl. l. Põponius. §. rati. de pcu.
g gl. c. apud. 32. quæst. j. Alex. l. quicquid. de uerb.
h Ias. §. morte. co. 6. de op. no. num.
i Claud. l. j. de off. acceß.
k Ias. l. certi. cõd. §. si nãmos. col. VII 6. si cer. pet.
l d. §. si detracta. Doct. c. 2. de lib. obl.
m l. quod. in hæredem. §. eligere. de trib. Imo. d. c. 2.
n l. j. j. de plus pet.
o l. quãuis. ff. de in ius uoc.
p l. cũ precum. j. de lib. cau.
q l. Pap. exuli. de min.
r Clem. causam. de elect. sum per. l. de uno. ff. de re iudi.
s per. l. de uno. ff. de re iudi.
t l. si. ff. de bon. aut. iud. l. si quis. §. j. de reb. cred.
x Dec. hic.
y l. Pomp. si fin. §. si. de rei uẽdic.
z Alex. consil. 78. in 5.
a l. qui aliter. §. j. quod ui aut clam.
b d. l. cũ precũ.
c d. l. j. de plus petit.
d Cepo. cautela 100. Angel. §. omnium. Inst. de act.
e c. cũ ab eo. de elect. in d. c. ut debitus. de ap.
f l. certi condictio. in princ. si cert. pet.
h d. l. q in hærede. §. eligere.
i l. si. C. de codi.
k Auth. qui semel. c. quo. & quand. iud.
l d. auth. & §. omnẽ. in auth. de litig.

tione promulgata est,quia se inuitum cogi ad agendum,seu in lite persistendum debere actor negabat[m]: quæ ratio solam instantiam respicit,nec ideo magis differtur reus, quum prosequi mutatam intentionẽ actor teneatur.Interpretatiõe igitur restringẽda ea est constitutio,quapropter nec tũc ei ullus esset locus,quãdo reus dissimularet,seu nõ opponeret[n],aut esset cõtumax[o],aut cũ actor aduersus alium quoq eadem actione experiri uellet[p], aut si iudex necessario uideret ab obseruatione iudicij actorem libẽrãdum,ut quia libellus ineptus esset,quod Bar.hic tradit,quod & in alijs casibus dicẽdum est,quos alibi relatos legere est[q].In criminalibus quoq iudicijs nõ permitti mutationem,propter Senatuscõsultum Turpilianum,hic traditũ est,quod alibi Bar.diffusius attingit[r]. Post iudiciũ uero acceptum pro regula traditũ est nõ concedi mutationem,quia litem contestando quis instãtiæ ex proprio contractu astringitur[s], qua ratione purgatio quoq more cõcessa nõ est[t], quapropter nec in causa quidẽ appellationis mutari poterit[u],quũ per appellationem res in eum statum reducatur, in quo tẽpore litis cõtestatæ erat[x]. Non procedit tamẽ hæc conclusio,quãdo per errorẽ aliud pro alio petitum esset,uel ex alia causa cũ deberetur:licitũ enim erit mutare probato errore[y],quod supra attigimus:quãobrem si ex probationibus cõstaret iudici,uerum creditorem esse agentẽ, putauerim Zenonianæ constitutioni locum esse, fauore dirimendarum litium[z], tametsi communiter aliud receptum sit, nempe si libellus sit nullus, ab obseruatione iudicij[a], si ualeat ab illa causa reum absoluendum, saluo actori iure alio in iudicio experiundi[b]. Non procedit rursus, quando ex mutatione lis non differretur, sed solum fieret causa euitandæ pœnæ[c], quod Bald. sensit, qua in re subsisto[d], & distinguendum arbitror, lex consummatum actum solum puniat, an id minus.Nõ impeditur rursus mutatio,si partes consentiant,debetq; iudex earum consensum pro rato habere,quod aliqui hic tradiderunt[f], quod & ego Zenonianæ legis argumento censeo, tanquam tali consensu extendatur litis contestatio ad rem mutatam[g]. Sunt & alij non absimiles casus, ex his quæ in emendatione diximus repetendi.Sed an idem in reo sit, ut non nisi usque ad litis contestationem mutare ipse exceptionem suam possit: & uideri idem esse Picus ait, ut æqualitas inter partes seruetur[h],& ne alioqui sequatur sententia super eo,de quo in litis cõtestatione nihil actum fuit[i].Sed ego in Bald. sententiam descendo, quam & Riminal. probat:moueorq; ea ratione,quia si ex aliqua causa reus litem contestatus est,aliam deinde prosequendo,non dicitur à prima contestatione recedere,quũ etiam contrarias defensiones objiciens auferatur[k],nec eius respectu quicquam interest mutare factum,quum inde idẽ effectus proueniat,id est absolutio[l]: quod in actore secus est,qui certæ causæ astringitur[m],plurimum tamen hac in re poterit arbitrium iudicis, qui hoc curet, ne inde actori sit aliqua captio. Et hæc de mutatione adnotasse sufficiat.

¶ QVID DE ACCVMVLATIONE (id est plurium actionum iudiciali adiunctione) dicendum:Et pro regula traditum est,permitti:nõ enim denegandũ fuit, quin unusquisq; pluribus iuribus uti posset,si ea haberet,& citra alicuius fraudem id fieret[n],accedente præsertim dirimẽdarum litium fauore[o]. Quapropter si quis plures actiones ex eadem causa habeat, aduersus diuersos eis uti poterit[p], dum tamen una solutione sit contentus[q],siue illi rei debendi sint,siue consortes litis[r], siue plures possessores,qui hypothecaria pro eadẽ re conueniantur[s],siue plures sint creditores, qui plures debitores eadem specie actionũ uno libello conuenire uelint[t]. Eadem ratione pluribus actionibus,ex diuersa causa, contra eũdem aliquis utetur, siue ad diuersam rem competant,siue ad eandem, quum res diuersa est, conclusio indubitati est iuris: ut si decem petam à Titio ex causa mutui, & alia decem ex causa depositi[u] : uel si petitorium possessorio accumulem , quum alterum ad possessionis solum declarationem,alterum ad dominij, quod nihil cum possessione commune habet, tendat[x]. Sed & si mulier dotem sibi restitui petat, quia maritus facultatibus labatur[y], & quia adulter sit[z],agi ex diuersa causa apparet,& ad diuersos effectus, ex suspecta inopia ad consignationem , ex adulterio ad plenariam restitutionem:ideo admittendam cumulationem aduersus Pauli sententiã Dec. sensit[a]: quæ opinio defendi potest, si primo actum proponatur ut consignetur[b], quod infra ostendam. Potest & quis præparatoriũ iudiciũ cum alio cumulare, quũ diuersum finẽ respiciat[c],dũ tamẽ ordo seruetur,priusq; præparatoriũ expediatur[d].Sed & inquisitionem iudicis cõcurrere unà cũ

m d. §. omnẽ. & l. j. j. ut nemo inuitus.
n d. auth. ibi, reo posit.
o Bar. l. si prius. sexta opp. iij. part. d'op. no.
p l. 3. in fin. de duob. re. l. ij. §. fi. ubi Bar. de præt. stip.
q Alex. l. j. j. de Carb. ed.
r l. quæsitum. ff. ad Turpil.
s l. 3. §. idem scrib. de pec.
t l. insulam. de uerb.
u Rom. d. consil. 381.
x d. l. ita demum.
y d. §. si minus. & seq.
z l. 2. §. fi. de præt. stip.
a l. Bebius. de pact. dot.
b l. habebat. de insti. & d. l. apud. §. item quæritur.
c l. alia. j. de his quib. ut ind.
d d. l. j. j. de plus petit.
e Bar. l. qui ea. de fiart.
f arg. c. fi. de prob.
g d. l. 2. §. fi.
h d. l. cũ precũ.
i d. l. j. de plus petit.
k l. nemo. ff. de except.
l arg. l. quod si dubitet. de acquir. hæred.
m d. l. habebat.
n l. nullus uideatur. de reg. iu.
o d. §. si minus.
p l. 3. §. j. ubi Bar. de duob. re.
q l. si pluribus. de leg. j.
r c. in præsentia. de prob.
s Alex. cõs. 58. col. 5. in 5. Pur pu. hic.
t Rom. cõs. 249
u l. si idem. ff. de iurisd. om. iud. l. fi. C. de an. except.
x l. naturaliter. §. nihil cõe. de acquir. pos.
y l. si cõstãte. ff. sol. mat.
z l. uxo. co. ti.
a Paul. cõs. 393. col. 2.
b l. sed si ante. ff. de except.
c l. qui. de inofficioso. ff. de inof. test.
d Rom. cõs. 392.

partis actione posse, si ad diuersas res tendant. Bal. hic scripsit[c]. Eadē quoq; causa inductum uidetur, ut actio ciuilis criminali nō præiudicet[f], quum altera priuatam utilitatem, altera uindictā publicā respiciat[g]: nisi quòd eodem tempore lex noluit eo casu reum duplici iudicio concuti, aut fatigari[h]. Quoties ad eandē rem ex diuersa causa agitur, locum quoq; esse cumulationi, quādoq; receptū est: quamobrem qui ignorans rem sibi legatam emit, ut ea tradatur, duplicem actionem iungere potest, ex testamēto, & ex empto[i]: ut altera rē ipsam, altera precium consequatur, quod iuris intellectu uice rei fungitur[k]: nam & tali casu quū causa diuersa sit, altera alteri præiudicū nō facit[l]: & q̄uis unica charta utranq; quis intenderit, tamē duplex censebitur libellus[m], quū non ad chartam ~~attendamus~~, sed ad causæ seu speciei diuersitatem attēdamus, & quæ ex ea sequitur conclusionem[n]. Cæterū nō actori tantum, sed & reo id beneficium indulgeri dubium non est, nō solum in exceptionibus, quas diuersas obijcere potest[o], sed etiā si exceptioni actionē ipse iungat: ut si contrarium libellū actori offerat, quia cōsequi aliqd intendat, quod sub simplici defensione nō cōprænderetur[p]. Cumulatur & quandoq; accusationi inquisitio, idq; nō nisi certis casibus, quos alibi Docto. attingunt[q]. Nō procedit prædicta cōclusio, nec cumulationi locus est, quoties aut actionū origo, aut exercitiū, aut sententiæ præiudicium, exequutióue resistūt. De origine exemplū in eo sumitur, ex cuius pecunia, mādante eius seruo, fundus ab aliquo emptus est: aut enim rem à seruo suo gestam ratam habebit, & aget mandati, aut nō habebit, & aget furti[r]: debet ergo à principio eligere utrum uelit, si enim ambas intenderet, ceu contraria allegans nō audiretur. Sic nō potest quis & inofficiosi testamenti, & falsi simul quæstionē mouere[s], sic em̄ potest aduersus reum interdicto experiri, tanq; ui & clam rem possideat, quod Ang. respondit[t]: sic libellus reijcitur, quo nullam esse & ipsam eodē in capite sententiā affirmo[u]. Idē si actum nullū dicam, & sententia iudicis infirmandum[x], uel si sententiā nullā esse dicā, & restitui in integrū uelim[y], appellatio em̄ & in integrū restitutio nō nisi aduersus sententiā ualidā cōceduntur: quare disiunctim his casibus proponēdum est, quæ alternata intentio in appellante à diffinitiua utcunq; toleratur[z], sicut & conditionalis, itemq; diuersarū causarum allegatio[a], quod in actore secus est. Quapropter receptum est, non tenere iure eius intētionem, qui eodē libello rei uēdicationi adiungit publicianam[b], nisi quod de cōsuetudine sustinetur, si disiūctiue actum sit, & dictam rem ad se pertinere iure dominij uel quasi[c]. Sic & ordo sacerdotum postulatiōis electionisq; beneficiū non cōiungit, sed à principio deliberat, eligendum an postulandum aliquem ducat[d]. In exercitio seu rei prosequutione impeditur cumulatio, quoties lex eodem ex facto plures actiones concedit, licet em̄ omnes à principio oriantur, non tamē omnes simul intendi possunt, sed eligendū ab actore est, qua potissimū uelit experiri[d], qua electiōe facta, una sola competit, aliæ extinguunt[e], ut merito impossibile sit eas accumulari: Sic in legatis eligendum est, qua actione quis agat, personali, an in rem, an hypothecaria[f]. Sic optandum est, utrum quis de peculio actione an tributoria intendat[g]. Sic ex testamēto cui clausula codicillaris insit, à principio quis eligit, iure directo an fideicommisso uti uelit[h]: quæ tamen conclusio non procedit, quoties lex speciali aliqua causa libellum alternatiuum, aut conditionalem reijceret[i], itemq; quoties pro eodem, sed non ad idem hæ actiones competerent[k]. Sed & quandoque electio nō adeo perimit alias actiones, ut ex causa rursus competere nō possint, ueluti quoties quis iusto errore deceptus est[l], & ex ignorantia remedium minus aptum elegerit[m], uel qui elegit, is sit qui propter ætatem uel alia legitima ratione restitui debeat, ut in ecclesia Aret. censuit[n]. Idem si remedium electū aduersarius oppugnarit[o], indeq; actor ipse succubuerit[p], aut culpam commiserit, ex qua actus ille nullus efficiatur[q]. Ad hāc distinctionem spectat etiam, quoties accumulatio ex eo prohibetur, quia maior causa impediat, & hæc enim exercitium, seu prosequutionem respicit[r], qua ratione sæpe fit, ut ciuili quæstiōe intermissā, prius de crimine iudicetur[s], unde & uidemus aduersus eum qui omnibus bonis spoliatus sit, qd' huiusmodi causa ei sit maxima nullā aliam adiūgi posse[t]. Sed tamen hæc exempla non uidentur accumulationi conuenire, ut quę tantum procedant, quum non ab eodem plures actiones, sed à diuersis singulæ proponūtur, alioqui si is, cui actio maioris causæ competit, minorem uelit adiungere, nō uidetur prohibendus, quid enim impedit ut fauori suo renuntiare non possit[u]? quod recte Saly. censuit. Sed & quoties à diuersis singulæ proponuntur, non tamen indistincte in minore supersedendum credderim, sed ita demum, si separatam causam nō habeant[u]. Finge, peto à te decem causa mutui, tu me criminaliter accusas, quum hæc separata sint, uerius est non ideo ciuili controuersiæ moram fieri[x], licet Bart. in contrariam sententiam iuerit, quem aliqui sequuntur[y]. Eódem pertinet etiam quum ratione ordinis impeditur accumulatio, ut quia alia actio aliam præcedere debet[z], quapropter non adiungitur rei uendicatio interdicto uti possidetis[a], nam & manifeste hæc remedia simul pugnant, neque petitio hæreditatis cum inofficiosi querela, nisi conditio adiecta sit, quatenus in querela obtineatur[b]. Sed & nō potest quis eodem tempore absolutionem à iuramēto petere, & rescissoria experiri, ne scilicet in periurium incidat, prius igitur remissionē impetrare debet, quod Bald. hic sensit[c]. Sententiæ præiudicium cumulationi obstat, quoties absolutoria in priore actione lata, rei iudicatæ exceptionem in sequenti posset producere[e]: unde fit, ut si ex eadem causa idem diuersis actionibus petamus, obstet exceptio[f], in qua tamen conclusione prima fronte dubitari potuit: ut enim concedamus, lata sententia obstare rei iudicatę exceptionem, ne de eadem re sæpius quæratur, tamen uideretur ad litium compendia pertinere, si accumulationi locus esse posset ante rem iudicatam, quum facilius quis post rem liquidam reijciatur, quā adhuc durante ambiguitate[g]. Sed tamen hac in materia non minus consideramus quid sequi possit, quàm quod in præsentia apparet[h], unde tum quoque ex Africani responso[h] idem sentiendum est: quod sic ego interpretor, ut plurimum interesse cēseat, præiudicialis actio prius eodemue tēpore intentata sit, an posterius. Si prius, uel eodē tēpore, phibeat accumulatio, obstatq; exceptio ne præiudicium fundo fiat, id est aliud iudicium introducatur, priusquàm de fundo, quæ causa maior est, sit iudicatū. Si posterius, secus est: ut si uiam petam, deinde fundum: quamuis enim in uia prius obtineam, nullum fit fundo præiudicium, quod scilicet in uiæ petitione incidenter tantummodo de dominio fundi tractatum fit[i], & ideo ei causæ non fit præiudicium, qua de eo principaliter quæratur, quod alibi docui[k]. Et hoc est quod lex ait, restitutionum causas esse dispares, quum enim dominium restitutionis causa sit, in altera principaliter, in altera incidenter deducitur: unde in altera sola ex possessione oriens præsumptio probationis sufficeret, in altera non sufficeret[l]. Neq; tamen aliorum sententiam, quamuis rationi Iurecons. non cōueniat, quin in se uera sit, ego diffiteor, ut ita demum prohibeatur accumulatio, quādo altera sententia alteri præiudicaret, si id contingere secundum communem causarum cursum posset. Si uero tūc solum præiudicaret, quum à reo onus probandi, quod raro fieri solet, assumeretur, secus esset[l]. Idemq; si secundum iudicium ueri similiter prius terminabitur quàm primū, ut si quis rei uendicationem intendat, deinde adipiscendæ possessionis interdictū accumulet, non reijcietur: quia uerisimile est, fore ut citius in interdicto pronuncietur, quod summarie cognitionis est, quàm in iudicio petitorio, quod omnem litem absumit, ut Bar. tradidit[m]. Cæterum etiam generaliter concedetur accumulatio, quoties ex facto rei, uel alia probabili causa[n], incertus est actor, qua actione experiatur[o], proponet enim omnes, protestatus ex una id se consequi uelle, quod suum sit. Sed & si quis petitionem hæreditatis intenderit, lite contestata res singulas prosequi poterit, ut si facilius de eis probaturum se confidat, nec præiudicij ratio obstabit[p], cui locus non est in his, quæ facti seu accepti iudicij, id est litis contestatæ tempore, iudicio includuntur, unde non nouum iudicium accumulari uidetur, sed quodammodo pars incepti perfici, in uniuersali enim negatione etiam res singulæ comprænduntur[q]. Actionem quoque hypothecariam personali adiungi, ex Iustiniani lege constat[r], quod specialiter introductum Barto. arbitratur, alij aliter: nobis hæc sententia placet, quum enim hypothecaria personali accedat, & ad diuersam rem, id est possessionem concedatur, uidetur accumulari potuisse: sicut quum quis criminaliter furti agit, & accessorie officium iudicis implorat, ut sua sibi res restituatur[s]: uel quum quis rei uendicatione experitur, & officio iudicis fructus sibi restitui petit[t], uel sortem sibi cum usuris, uel omni eo quod interest, præstari intendit[u]: nec me mouet quod alibi traditur, non admitti eum, qui fundum petat, & simul fructus condicat[x], quia condictio non cōpetit, nisi aduersus malæ fidei possessorem, ratiōe fructuum nō extātiū[y], & ideo principalis est actio, at hypothecaria cōtra debitorem semper accessoria est[z]. Iaſ. ta

a Bal. hic col. 21 rep. paduanæ.
f l. j. j. ne act.
g l. 2. §. emancipatus. ff. de colla. bon.
h l. interdum. de publ. iud. l. 2. §. j. ubo. rap.
i l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. j.
k l. j. ff. de act. emp.
l l. lucius. §. j. de leg. iij.
m gl. l. etiā. §. j. de mino. 1aſ. l. ſi ſeruus. §. j. 4. no. de leg. j.
n c. querelam. in glo. 2. de elect.
o d. l. nemo.
p l. ſi inter te & me. de excep. re. iud.
q Bar. in l. ſi maritus. 2. §. fi. de adul.
r l. j. C. de fur.
s l. eum qui. j. de inoff. teſt.
t Ang. cōſ. 102. uiſo dicto libel.
u Barto. l. ſi expreſſim. de ap.
x Ang. cōſil. 36. col. 2.
y Abb. c. cōſtitutus. de in inte. reſt.
z c. dilecto. ubi Abb. de app.
a lſcio. §. fi. de app.
b glo. §. ſed iſte. Inſt. de act.
c Alex. cōſi. 96. in 4.
d c. j. de poſtul. præl. 6.
d l. nemo. §. quoties. de reg. iu.
e l. cuius bonis. de cur. fur. l. ſi mihi & tibi. in prin. de leg. j.
f l. cū filius. §. uarijs. de leg. ij.
g d. §. eligere.
h l. ſi. j. de codi.
i d. c. cōſtitutus. Bal. §. eligere.
k Inſt. de leg. in prin. ubi Petr. Error
l l. habebat. de inſt. l. ſi. §. tales. j. de fur.
m l. clodius. de acqui. hæred.
n l. filium emāci patū. de acqui. hæred.
o Bar. d. §. nihil cōmune. 3. lect.
p l. cum qui. j. de inoff. teſt.
q l. nihil. §. j. de inoff. teſt.
r l. per minorē. de iud.
s l. ſi. C. de ord. iud.
t c. j. de reſt. ſpol. in ſexto.
u l. is qui deſtinauit. de rei uēd.
x arg. l. reum. 3. ff. rer. amot.
y Ang. Imo. in d. l. interdum.
z l. ſi. C. de ord. cog.
a l. ordinarij. j. de rei uend.
b d. l. qui. de inofficioſo.
c & Fely. in c. j. eū de iureiur.
e l. ſi mater. §. eandem. l. cum quæritur. de excep. rei iud.
f l. de eadē. e. ti. l. plura. 2. rū. de act. & obli.
g l. fin. j. de tranſact.
h l. fundum. ubi Bar. de excep.
h d. l. fundū. & l. ſed ſi ante.
i l. ſicuti. §. ſi quæratur. ubi gl. ſi ſer. uend.
k in §. duo fratres. 5. opp.
l Bart. l. quidā in ſuo. de cond. inſtit.
l Bar. d. l. fundū
m d. §. nihil commune. in j. cōb.
n 1aſ. §. ſed iſte. col. 13. de act.
o d. l. j. §. qui autē. quorū leg.
p l. ſi poſt rem. de except.
q l. ſi quis cū totam. in fi. de except. rei iud.
r §. ſed neq; in auth. de fideiu.
s l. interdum. §. qui furē. ff. de fur. ubi Bart.
t l. ex diuerſo. §. ubi. de rei uēd.
u c. cū dilecti. de for. cōp. Alex. l. j. de iud.
x d. l. fundi.
y d. §. ubi.
z l. ſi deferente. quib. mod. pig.

Iaſ.tamen non poſſe rem uendicari, & fructus ſimul peti credidit, quum fructus ex ſtipulatu debentur,quod falſum eſt:quum enim diuerſa ſint corpora,& ex diuerſa cauſa debeantur,nulla tali caſu eſſet præiudicij exceptio[a]. Aduerſatur cumulationi exequutio,quando id quod altera in actione ſolutum eſt,ab altera liberationem producit,tali enim caſu, nec eandem quidem numero augere licet, nedum ſpecie accumulare,ut ſi quis ex furto à familia facto domi num unius ſeruí nomine conuenerit,aliorum enim reſpectu actionem ſuſpendet, quod cõdẽnatio unius ſufficere ei debeat[b], unum autẽ tali caſu cẽſetur furtum,& ideo unica actio aduerſus omnes competit[c], quã ſi actor uoluiſſet integre cõtra omnes intendere,à principio potuit, ex poſtfacto non conceditur[d]; ſi uero diuerſæ eſſent actiones,quum magis inuicem differant,difficilius etiam cumulantur:quapropter duę actiones ex cauſa lucratiua ad eandem rem cumulari nõ poſſunt[e], unde & pro eadem re uendicatio cũ petitione hæreditatis non adunabitur[f],non magis quàm cum ipſa uẽdicatione actio hypothecaria[g]:nam ne cõiungatur & illud obſtat,quod res mea mihi pignerata eſſe non poteſt[h]:nec mulier dotem à marito propter adulterium ab eo cõmiſſum repetet, & ſimul uel deinde actionem tanquam ad inopiam uergat,accumulabit,idq; ut ſupra diximus ex Paul.Caſtr. reſponſo:exequutio enim in priore adulterij iudicio facta,aliã cauſam abſumit,quod, quamuis repugnante Decio,uerius eſt:hic enim duæ actiones ſunt, quæ nec à principio quidem proponi poſſunt[i]. Ad hanc prohibitionem etiam pertinet,quod dici ſolet, quando duo delicta ex eodem facto proueniunt,quatenus pœna concurrit, eatenus prohiberi accumulationem, alteriusq; ſolutione alteram perimi, quatenus uero altera maior eſt agi poſſe[k],quod ſi nõ aduerſus eundem, ſed contra diuerſas perſonas actiones hæ intendantur,tunc dubium nõ eſt non obſtare exceptionem[l]. Sed & quoties altera eundem effectũ per quandã conſequentiam ſolum induceret, non obſtabit exceptio:ut quum quis rem quam ciuiliter poſſidet, ratione naturalis poſſeſſionis uendicat, & ratione ciuilis poſſeſſorio utipoſſidetis interdicto experiť, poteſt utrũq; ſimul facere[m], quia in petitorio id curabit iudex,ut naturalis reſtituatur, actorq; dominus declaretur[n], ex quo in conſequentiam tendit interdicti executio, nempe ne actor inquietetur, néue uis ei fiat[o]. Sed & quoties actor probabiliter ignoraret, utro remedio experiri poſſet, hoc quoque caſu ei ſuccurrendum eſſet[p]. Cæterum illud adnotandum eſt à regulis quibus ſupra cõcluſum eſt,non admitti cumulationem,excipi quatuor caſus. Primus eſt, quum cõditionaliter alia actio propoſita eſt, ut ſi qs querelam inofficioſi teſtamenti intendat, & quatenus in ea obtinere poterit, atteſtetur ſe petitione quoq; hæreditatis experiri[q], uel quum quis reſtitui in integrum uelit,& quatenus obtineat petat inſtrumenti reſciſſionem[r]. Idem quum quis ſortem petit,& quatenus in ea obtineat etiam uſuras ſibi adiudicari poſtulet[r]. Idem de re & fructibus[s],uel pœna[t]. Idem & quũ electione omnino perempta nõ eſt altera actio, ut in caſibus quos ſupra excepimus[u]. Idem quã s do exceptio præiudicij obſtaret, ut ſi quis fundum petat, & quatenus obtinere in eo poſſit,etiam ad uiam illi fundo debitam intendat, quod à pleriſq; traditum eſt. Fortius ex Dyni ſententia cenſuit Paul.Caſt. x ſi ſimpliciter in libello fundus & uia petatur,uideri ordine ſuo actũ[y],& fauore ſuſtinẽdi libelli fieri interpretationẽ, ut de uia tum cognoſcatur,quũ in fundo actor obtinuerit[z],quæ ſententia humanior eſt,ſi actor interpellatus ita declarauerit, alioqui ſi uiã quoque ante prioris actionis finem proſequeretur,Africani reſpõſum obſtaret[a]. An autem aduerſus debitorẽ perſonalis actio, contra uero alium poſſeſſorem reum debendi hypothecaria uno libello intentari poſſit,addita conditione, quatenus excuſſus principalis ſoluendo non reperiatur? Apud Pontanum relatum extat, qui non poſſe reſpondit[a]. Sed ego accepi, cumulationem facilius aduerſus diuerſas perſonas, quàm contra eundem admittendam, quod & Aret,uidetur ſenſiſſe[b]. Secundus caſus eſt in ſummarijs,quoties ſcilicet ſine figura iudicij,uel ſola facti ueritate inſpecta procederetur[b]:nam & tunc poterit rei uẽdicatio cum hæreditatis petitione adiungi,quod recte Aret, reſpondit[c], nec me in contrarium Bal.mouet autoritas, generaliter tradentis quoties de plano uel ſimpliciter proceditur,nullum duplici actioni locum eſſe[d], quoniam de ea cumulatione loquitur,quæ finem litis differret, alterumq; iudicium, ne in eo procedi poſſet, impediret,quod aliqui hic tradiderunt. Tertius caſus eſt,quando in libello narrata ſimpliciter eſt facti ſeries, & generali clauſula petitum

a d.l.ſi idem.de iurisd. om.iud.
b l.j.§.fi. ſi famul.fur.fec.
c l.ſi familia.ff. de iur.om.iud.
d d.l.j.
e l.oẽs.de act. & oblig.
f Aret. cõſ.103. Alex.conſ.89. in 2.
g Alex.in l.j.coliũ.pe.de leg.j.
h l.neq; pignus. ff.de reg.iur.
i d.l.fundum.
k l.j.ff.ui bon. rap.
l l.ſi ex duobus. in fi.ff.iud.ſol.
m d.§. nihil cõmune. ubi Alexãd.in 5.lect.
n d.l.ſicuti. §.ſi quæratur.
o l.j. in prin. uti poſſi.
p d.§.quia aũt. Rom.cõſ.243
q glo.l.2.§.itẽ. de uerb.ob. & in d.l.qui de inoff.
r l.2.ubi Bal.j. ſi aduer.fiſ.
s l.j.ubi Alex.j. de iud.
t l.conductores, cum gl.j.loc.
t glo.c.Raynaldus.uer. uenirent.de teſt.
u d.l.eum qui.d. §.tales.d.l. nihil.§.j.
x in d.l.fundũ.
y Aret.l.nõ amplius.§.fi.de leg.j.
z Alex.cõſi.56. in 5.& in rub. j.qui admitti.
a d.l.fundum.
a Rom.cõſ.392.
b Aret.l. duobus.col.6.de duob.reis.
b Bart.in ẽxud. ad repri.uer. ſine figura.
c d.conſ.103.
d Bal.l. nec quã.§. de pluno.de off.proconſ.

titum ſibi ius dici, iuſtitiamq; ſuper prædictis omnibus & ſingulis adminiſtrari:tunc enim, quia actionẽ nominatim exprimi nõ debere receptius eſt, exiſtimabitur omnem actionẽ intentatam,qua quis melius expeditiusq; obtinere poſſit[e], nec cumulatiõis exceptio admittetur[f],ut recte forẽſes cauſidicos inſtituit hic Picus. Quartus caſus eſt,quando reus ante litem ſuper actione accumulata conteſtatam nihil obijceret, ut Bal.ait[f],uidetur enim conſentire, & exceptionem remittere[g], quod tamen nõ precedere Bart.exiſtimat, quum actio adiũcta nulla eſt,ut quia propter electionem uel repugnantiam ipſo iure ſublata ſit[h],tunc eñ iudex de facto agentem reijcere poteſt[i], ſi tamẽ ſciat eum de facto agere:quapropter & admonendus à reo eſt, & exhibenda illi alterius cauſæ acta[k], ut eam repugnãtiam manifeſte deprændere poſſit:quòd ſi admonitus iudex,propoſita exceptiõe accumulationem hanc non reiecerit,hoc caſu nulla erit ſententia, quum alioqui beneficio appellatiõis opus eſſet[k],ut Decius exiſtimat. Et quũ exceptionẽ hanc cumulationis dilatoriam eſſe appareat, ſequitur ut nec in cauſa quidem appellationis obijci poſſit[l]. Sed an in ea cauſa cumulatio admittatur? Et Bar.admitti cenſuit[m],ut ſcilicet noua ea actio, noua ex inſtantia ſuſtineatur,non ut ad cõfirmationem uel infirmationẽ prioris iudicij pertineat. Sed quales ſunt huiuſce cumulationis effectus? nouús ne libellus accumulabitur? Iuramentum de calumnia nouũ præſtabitur, aliæne inducíæ? unáne ſententia omne iudicium finietur? Et primo circa libellum ſciendum eſt, ſi eodem facto oriuntur plures actiones, quæ ab eodẽ intententur,unicum tamen libellum dici[n]:ſi uero ex diuerſis ſunt factis, tot quidẽ ſunt libelli, quot facta proprie loquendo[o]. Sed tamen quum numero tantummodo differant,unum iudicium ſufficiet, atq; unus libellus[p],idq; fauore dirimendarũ litium[q]:ſi uero ſpecie quoque differant, plura iudicia exiſtimabuntur[r], licet una petitione comprændi poſſint[s],ut quum quis petitorium poſſeſſorio adiũgit[t],uel quum de pluribus criminibus quis eadem charta accuſatur[u], quod Aret.recentioresq; probant. Et ex his decidi poteſt quid de iuramento ob calumniam cenſendum ſit,ubi enim uel unicus ſit libellus,uel numero tantum differãt actiones, tum rurſus iurandum non eſſe Bart.cenſuit[x],quòd ſi ſpecie quoque differant, uel plura ſint iudicia, tunc etiam in adiuncta lite iurabitur.Sed ego malim Accurſ.ſententiam indiſtincte ſequi,quia non uidetur prius iuramentum ad actionis ſequentis ueritatem ex ui uerborum trahi poſſe[y]. De dilationibus uero ita à ſapientioribus decretũ eſt,ut quoties noua actio accumulatur,nouæ quo-

decernit æquitas[e].

que dilationes dari debeant[z], ſiue ea dilatio ad opponendum petatur[a], ſiue ad deliberandum[b],aut ad probandum[c],niſi quòd ſi ex nũcijs prioris cauſæ ueriſimile eſt reũ inſtructum eſſe, haudquaq; amplius opus eſt moram fieri deliberationis cauſa:ut quũ quis furti non manifeſti agit, deinde accumulat ui bonorum raptorum actionem,ut quod amplius in pœna eſt conſequatur[d]. De ſententia uero receptum eſt, debere iudicem etiam ſuper actione cumulata pronuntiare[e], tametſi non referat ſi ſeparatim pronũtiet,dummodo tempora largiantur, id eſt duret inſtãtia[f], idq; ſiue differant hæ actiones ſpecie, ſiue numero tantum.Sed quid ſi altera alteri præiudiciũ afferre poſſit:& quo caſu cumulatio permiſſa eſt,prius ſuper ea iudicabitur, quæ ſequenti non obſtat[g], ſi uero permiſſa non erat, nihil intereſt ſuper utra iudicetur, imputandum enim reo, qui accumulari eas permiſit:ſuper ea igitur iudicandum, quæ prius ad liquidum perducta ſit[h].

e ¶ DECERNIT AEQVITAS. Vt quia mutem alicuius utilitatis conſequendæ cauſa,non autem ſolum ut reo noceat, eumq; maiore afficiat infamia[i],malitijs eñ indulgendum non eſt[k]. Sed & ut permittatur mutatio æquitas dictat,reſarcíri reo ex pẽſas,& damna,ſi quæ cauſa tardioris proceſſus patitur[l], nec ante eorum reſtitutionem audietur actor[m]: & quamuis poſt mutationem ad ulteriora proceſſum ſit,poterit tamen iudex uſq; ad ſententiam hũc mutantem uel emendantem in id condemnare[n]:quoniam pro regula traditum eſt, eum iudicem,qui ſuper aliqua exceptiõe interloquutus eſt,uſq; ad cauſæ finem in expenſis condemnare poſſe[o]: fietq; huiuſmodi condemnatio officio iudicis,ut frequentius receptum eſt[p], nõ autẽ actione in factum, quod Accurſ.tradiderat:quandoque tamẽ non cogetur emendans ad alicuius damni uel impenſarum reſtitutionem, ut ſi reus hac ex cauſa ueriſimiliter damnum non ſubeat, ut quia omnino uelit contendere, & utroq; modo intẽtionem aduerſarij diſ-

e Doct.c. de ord.cogn.
f Aret.d. conſi. 103.
f repe.padu.col. 10.uer.2. quæritur.
g l.pen.C. de except.
h d.§.eligere,et d.l.j.j.de fur.
i l.j.j.ut quæ def.aduo.
k gl.l.generaliter.de excep.
k l.j.j.de app.
l d.l.ita demum. de procur.
m l.per hãc.col. 2.j.de tẽp.ap.
n l.qui de crimine.j.de accuſ.
o l.ſcire debemus.ff.de uerbo.obl.
p l.hæredes.§. j.fam.herciſ.l. cũ duobus.§. ſi plures.pro ſoc.
q l.nõ eſt nouũ. de act.empt.
r l.ſi is q.de act. & oblig.
s c.2.in gl.3.de cap.mon.
t c.cum eccleſia. de cau.poſ.
u l.ſi quis homicidij.j. de acc.
x auth.in iſto.j. de iur.cal.
y c.pen.eẋ de iureiur.
z c.2.eẋ de dil. l.j.ubi Cyn.j. de dila.
a Bal.hic.col. 21.
b d.auth.offeratur.
c l.oratione.ff. de fer.
d l.j.ff.ui bo.ra.
e l.non idcirco. de iud.
f Fely.c.cum interr.col.4.de re iud.
g d.l.ſed ſi anteuiam.
h gl.d.l.generaliter.
i l.in fundo.de rei uend.
k l.4.ff.de inoffi.teſt.
l glo.l.j.uer. tenebitur.de alie.iud.mut.
m l.ſancimus. j.de iud.
n Bal.col.9.rep. peruſ.
o Doct.c.ſæpe. de app.
p l.terminato.j. de fruct. & lit.exp.

IMP. ANTONINVS Epaphrodyto.

QVi accusare quolunt, proba

fiteatur, nec idcirco lis proteleturq. Cæterum, & eum qui temeritate careat, uerum facilitate quadam deceptus, emendare libellum uelit, in expensis nō damnandum Bal. sensitr, quoniam tali casu etiam deserenti litem succurritur[s]. Sed aliud iuris in eo obseruādum uideri potest, qui adhuc litigare uelit, quū causa terminandarum litiū multa inducta sintt, unde etiam si causa iusti erroris fiat emendatio, tum quoque receptum est cōdemnationi expēsarum locum esseu, mihi tamen Bald. sententia uerior uidetur, quoties talis sit error, qui à temeritate excusetx, nam & huiusmodi pœnæ legali moræq; semper obstaty. Sed an minori, rustico, mulieri, succurratur, ut absq; expēsarum solutione emēdare possint? Et uidere succurrendum, quoniam si iussi ædere præcepto prætoris non paruerint, eis tamen subueniturz. Sed illud præceptum iure speciali solum suadente æquitate factum erat, in hoc uero casu, qui emendant, aduersus iuris communis regulas delinquunt, & ideo nō adeo sunt adiuuādia, tum propter rigorem iuris conseruandumb, tum ne facultas emendandi à lege concessa cum alterius iniuria intelligaturc: imputabitur igitur & mulieri, & rustico, si minus prouidi fuerintd: minori uero nō imputabitur, sed eius tutori uel curatorie, qui non solū dolo agere nō debuit, sed nec temere[f]; & eapropter resarciet de suo omne damnum.

QVI ACCVSARE. Sicut supra traditum est, reum actori rationes nō ædere, ita hac quoq; lege constitutum est, ut nemo instrumenta sua actori nō solum ædere, sed nec inspicienda præstare cogatur, siue ciuilis sit, siue criminalis causa: qd' & uerbum accusare, & actoris uox indicat: quamuis & ea sentētia defendi possit, ut de ciuili iudicio tantum hic agatur: si quidem accusare est aliquem ad causam dicendi urgere, quod Græci ἀντιδοῦναι dicūt: unde & in ciuilibus cōtrouersijs quandoq; legitur accusatio[a], in extraiudicialibus quoq; iurgijs alter alterum accusare quandoq; dicitur[b]. Sed tamen usitatius assumitur in criminalibus delationibus[c], tametsi ueteres etiā angustius quandoq; acceperint: Primo enim reum deferimus, deinde probationes in eū inducimus, quod arguere reum dicitur[d], tum receptis testimonijs, & facto, ut uocāt, processu, eum accusamus, id est ad causam dicēdā cogimus, introductis aduocatis uel oratoribus: quapropter, qui causam perorat, proprie accusare dicitur[e].

b ¶ DEBENT. Et ideo in ciuilibus causis, q non probauit, tanq; temerarius, expēsarum damno afficitur[f], adeo ut traditum sit, non

tiões habere debēt[b]; quum neq; iuris[c], neq; æquitatis ratio permittat, ut

alienorum[d] instrumentorum inspiciēdorum potestas fieri debeat[e]; actore[f]

enim non probante, qui cōuenitur, & si nihil ipse præstiterit, obtineat.

niſi iustissimam causam actori prodesse, ut hæc condemnatio minus fiat, quum in reo non æque grauis sufficiatg, nec ab hac præsumpta temeritate per iuramētum calūniæ quisq; excusatur, quū à calumnia distet temeritash, poterit quoq; huiusmodi litigator actione iniuriarum cōueniri[i]. In criminalibus uero regulariter tanq; calumniator puniri potest[k], nisi probet se iusto errore ductum accusasse[l], uel de casibus exceptis agatur[m], sed & in publicis iudicijs similitudine pœnæ[n], in priuatis arbitrio iudicis[o] fit condemnatio: punitur & quandoq; de falso, si sciens pecuniam acceperit, ut innocentem circūueniret[p]: recte etiā partibus suis fungetur iudex, si talē in omne id quod accusati interest damnauerit q, quibus pœnis etiam eo casu locum esse Alex. respondit[r], quo reus quæstioni subiectus, urgentia aduersus se indicia purgauerit. Picus cōtra, quia nō præsumitur per calumniam is accusatus, aduersus quē huiusmodi adducerētur cōiecturæ, quæ quæstioni sufficerēt[s]. Verum ex supradictis uideretur distinguēdum, ut hoc casu ob calumniam nō teneretur accusator, sed ob temeritatē tātū[t]. Ego & illud censeo, huiusmodi cōiecturis iudicem quidem inquirentem excusari, idq; ex Ang. sententia, non autē accusatorē, qui id crimen deferre nō debuit, quod plene, pbare non posset[u]. Si igitur accusator de probationibus suis dubitat, ne temeritatis damnetur, consultius ei erit, abolitionem impetrare, si possit[x].

c ¶ IVRIS, Scripti: æquitatis nō scriptæ: ut Accur. placet. Ius dicitur apud Aristotelē lib. ethicorum, v. quod à legislatoribus expressim est cautū. Cæterū quia lex omnes casus cōprændere nequit, accidit quādoq; ut propter rei qualitatē, uel aliud accidens, legē seruari aliquo in casu iniquū sit, & ideo ad ἐπιείκειαν, id est æquitatē recurramus, quæ iuris in occurrēti casu rigorem temperet

q arg. l. nō ignorat. ſ. de fruct. & lit.
r Bal. hic col. x. op. 8. Pad. rep.
s l. properandū. §. ſin aūt alter utrā. ſ. de iud.
t glo. in d. l. non eſt nouum.
u Bar. l. rura. C. de om. ag. de ſer. lib. xj.
x l. eum quē teme re. de iud.
y glo. l. quod te. ſi cer. pet.
z l. j. in fi. ff. eo.
a l. ſcio. de in tegr. reſt.
b l. j. §. nūtiatio. ubi Bar. in ult. col. de ope. nouum.
c l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne qd in loc. pub.
d l. fi. ℣. de iur. et fac. ign.
e l. nō eſt ignotū. de admi. tut.
f l. meminerint. C. unde ui.
a l. ex iudiciorū. in fi. ff. de acc.
b l. uiro. ff. ſol. matr.
c rub. ſ. de accuſ.
d l. indicaſſe. ff. de uerb. ſig.
e l. qui cū maior. §. accuſaſſe. ff. de bon. lib.
f l. eū quē teme re. de iud. l. pro perādū. §. ſin autē alterutra. ſ. de iud.
g l. q in alterius. de reg. iu. Bar. d. l. eum quem.
h l. j. ubi Bar. ff. ad Turp.
i l. ſi creditor. l. itē. §. ſi quisnō debitorem. ff. de iniur.
k l. j. ſ. de aduo. diuer. iudic.
l Bar. d. l. j.
m glo. in l. athletas. §. pe. d' his qui not. infam.
n l. ſi. j. de accuſ.
o l. & in priuatis. ff. ad Tur.
p l. j. ſecūdo rñ. ff. de fal.
q d. l. j. §. icidit.
r conſil. xij. in j. uol.
s Ang. in l. ſi ua cātia. 6. quæſt. C. de bon. uac. Iaſ. d. §. ſin aut tem. 8. quæſt.
t arg. not. per Bar. in d. l. j.
u l. iij. ſ. ad l. iul. mai.
x l. fallaciter. ſ. de aboli.

y l. j. in fi. 3. de legi.
z c. j. de cri. fal.
a c. fi. de præſc.
b c. à nobis. 2. de ſen. excō. Bar. in exuag. ad re primendum. in uerbo denuntiationem.
c d. c. à nobis.
d Bal. l. inſtrumēta. C. de fideic.
e 3. l. j.
f Sūma Ange. in uerb. confeſſio delicti.
g §. literæ. Inſt. de re. diui.
h arg. l. fin. de bon. aut. iud. poſ.
l. in bello. §. ſi quis ſeruum. de capti.
k l. Gracchus. j. de adul.
l l. Paulus. ff. de fal.
m l. eum qui. ubi Bal. j. de fal.
n l. quoties. §. j. ubi Bar. de hæred. inſt.
o l. ij. §. ſi quis dolo. de tab. exhib.
p l. qui tabulas. l. quædā. ff. de fur.
q arg. l. inquiſitio. j. de ſolu.
r l. petitionē. §. licētia. j. de aduo. diuer. iud. l. lege. de teſt.
s c. j. in fi. hic fi. lex Conra.
t Oldr. & Alb. hic Alex. in l. frater. in fi. de condic. indeb.
u l. pen. in prin. ff. ſol. mat.
x quæſt. 24. Ode ricus.
y d. l. inquiſitio.
z c. j. de no. for. fid. c. petitio. eū de iureiur.
a l. fauorabiliores. de reg. iur.
b l. q in alterius. de reg. iur. l. pure. §. fi. de doexcept.
c l. fi. ff. de fur.
d d. l. qui in alterius.
e l. Arrianus. de act. & oblig.
f l. abſentem. ff. de pœ.
g l. merito. ff. pro ſoc.
h c. ex literis. eū de prob.
i §. cōmodum. Inſt. de inter.
k l. j. §. j. ff. ſi pars hæred.
l l. circa. ubi Docto. ff. de prob.

temperet, quod & Bart. sensit[y]. Sed unde colligitur huius responsi æquitas? uideretur enim causa ueritatis ostendendæ in id quoq; compelli reū debuisse, ut instrumēta sua æderet, quum iniquū sit ueritatē occultari[z], & ideo mala fides pōtificio iure usucapioni obstat[a], obstaret & sententiæ, quū is qui scit se uerū debitorē absolutus fuit, nisi causa dirimēdarum litium cōscientiæ eum suæ lex relinqueret[b]. Sed tamē hæc nos parum mouent, nō enim constat reum nolentem ædere malæ esse fidei, uel occultare ueritatē, neq; debuit rem suam inuitus alteri exhibere, ar canaq; sua aduersario, quod iniquissimum esset, patefacere, satiusq; fuit ultionem rei occultæ Deo ipsi permittere[c], q; in casu ambiguo domini arbitrium de re sua imminere: auferretur enim principalis cōmoditas, quæ reo indulta est, nēpe ut nihil ipse præstet, sed actore nō probāte absoluta tur[d], ut merito nec rationes quidē exhibere debeat, quod supra ostendimus[e]: nam & à theologis receptū est, eum qui iudici uera se dicturum iurauit, nō tamen id delictum detegere debere, cuius diffamatus, adhuc non est, nec ideo periurum censeri, quod & Clauasius retulitf.

d ¶ ALIENORVM. Si igitur aliquis à tabellione instrumētum, præstita ei mercede, redemerit, suū erit: uidetur enim charta quoq;, uti scripta est, emisse[g]: unde traditur, quibus casibus specialiter inductum est, ut reus ad ædendū cogatur, huius autoramenti cōtributionem aliquā posse petere, quod & supra diximus[h]: quapropter & in seditionibus ciuilibus, direpta domo alicuius, quisquis à latrunculis instrumenta redemerit, iure mercedē impēsam repetet, tanquā utiliter gesserit[i]. Et hinc annotant Doct. eum, qui propriū instrumentū occultat, & supprimit, quū illud ædere nō teneatur, abesse à dolo existimari[k]: qd' in alienis instrumētis nō procedit, ea em quisq; cælauerit, interuerterit, fecerit quò minus appareant, ueritatis occulēdę gratia, falsi tenet[l]. Idē in tabellione, q; protocolū ipsum supprimeret, & de eo conficiendo rogatū se negaret[m], nisi dolo malo eum carere iudici uideretur, quæ coniectura & ex qualitate personæ, & ex temporis diuturnitate quādoq; probabilis est[n], ut Alex. post ueteres existimauit: nam & qui cælat instrumentum nō ut nemini appareat, sed aduersus aliquē tātum, falsum non cōmittit, sed interdicto ad exhibēdum cōpellitur[o]. Sed & qui illud cū aliis rebus subtraxit, & ne furtū deprænda tur, noluit exhibere, furti solum mulctabitur[p].

e ¶ FIERI DEbeat. Iniquū em est quenq; cōtra seipsum, pbationes īducere, quo argumento nec aduocatus, qui aduersus omnes Titium defendere promisit, aduersus se ipsum patrocinium præstare cōpelleturq, opinor nec aduersus cōsanguineos suos[r], tametsi in iuramento fidelitatis alia fiat interpretatios: & qui turrim præsidiumq; mihi contra quoscunq; spepondit, aduersus se promisisse nō existimabitur, ut ueteres plerisq; tradiderunt[t], nisi eius culpa ortæ sint inimicitiæu, quod Pyleus disputando affirmauit[x]. Sed uix est, ut ego id probem, quū uerissimile sit, id actum, ut nullo casu aduersus seipsum turrim daret[y], idq; huius legis argumento, cui locus est, siue iuste, siue iniuste actor experiatur, nā nec aduersus rēpub. suam uel principem tenebitur[z].

f ¶ ACTORE. Vnde solet dici fauorabiliorem esse rei causam[a], quia ut Aristoteles in problematū particula XXIX. ait, actor non nisi præparatus ad iudiciū accedere debet, & ideo non excusatur, cuius in ius alterius successerit[b], breuioresq; dilationes eadem ratione habet[c]: quū contra reus ad causam inopinus, imparatusq; trahat[d]: quo fit ut aliqua per obliuionē ab eo omitti ueriſimile sit, nam & proniores ad liberationem sumus[e], quū & satius sit nocentem absoluere, q; innocuū condemnare[f]. Sed & ea quoq; ratio probabilis est, hūc qui agit, culpā seu morā eius qui cōuenitur asserere, at qui alterum deliquisse ait, duriorē habet causam, quū lex pro cuiusq; probitate præsumat[g]: & in dubio paribusue probationibus dimittendū reū idcirco censet[h]. Sūma igitur ratione hic cōstitutum est, ut actore seu accusatore nō pbāte, reus absoluat[i]: cui regulæ locus est, etiā si reus nullū ius ipse habeat, soloq; possessiōis cōmodo fruatur[i], quoniam ex actoris tantū persona ius metimur[k]: idemq; si reus ipse onus pbandi sciperet, nec susceptū satis exequeretur, nihilominus actore nō probāte, si aliud non obstet absoluendus uidet[l]: nec refert, opti-

mæ existimationis sit actor, reus uero perfidus & deploratus, an id minus: qua in re si Iureconsultos potiusq́ philosophũ Fauorinum cõsuluisset Aul. Gel. noctiũ atti. lib. XIIII. cap. II. nõ adeo dubitasset: nõ em quisq́ tã sanctæ inculpatæq́ uitę esse potest, ut solius assertioni stãdum sit[m], quum lex euãgelica duos aut tres requirat[n]: Si igit quãtumuis præsignis actor nõ probet, regulæ iuris adhærebimus. Quãdoq́ tamẽ lex irregulari probatione cõtenta est, ut quũ semiplena fides facta est, tunc enim actoris iuramẽtum probationẽ supplet[o]. Idem quum reus in dolo esse cõuincitur, difficultasq́ probationis subest[p]. In his quoq́ quæ ab animo nostro pendent, solũ iusiurandum pro probatione habetur[q]. Sed & plerunq́ probationis uim obtinet præsumptio[r], quia solet dici, præsumptiones legũ pro liquidissimis probationibus esse[s]. Quãdoq́ tametsi plene probatũ nõ sit, ut reus absoluatur, aliquibus remedijs opus est, ut in criminalibus, in quibus reus innocẽtiam suã ostẽdere debet, quia lex unumquẽq́ iubet à crimi-

m gloſ. c. ſicut. in fi. de ſen. excõ.

n c. licet. de teſt.

o l. in bonæfidei. j. de re. cred. l. admonendi. de iureiur.

p l. ſi qñ. j. unde ui. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod ui aut clam.

q c. ſignificaſti. de homi. gl. §. aliæ. Inſt. de act.

r l. cũ de indebito. ff. de prob.

s l. licet imperator. de leg. j.

t l. is qui reus. de pub. iud.

u l. præſenti. §. ſicubi. j. de his qui ad eccle. Rubr. ex de purg. cano.

x l. fallaciter. de aboli. in fi. l. ubi. j. de fal.

y l. fi. ff. de quæſtion. gl. l. fi. j. fin. herc.

z Bar. l. titia. co lũ. fi. ff. de acc.

a Abb. & Imol. c. j. de off. ord.

b l. properandũ. §. & ſiquidẽ. j. de iud.

c §. fi. in auth. de iud.

d c. per tuas. de ſimo.

e l. Pomp. de re iud.

IMP. ALEX. AVG. Valentiniano.

NOn est nouũ, neum, à quo petitur pecunia, implorare rationẽ creditoris, ut ueri fides constare possit.

traditum est, delato sibi iureiurando, uel iurare eum debere, uel referre[i].

NON EST NOVVM. Veteribus constitutionibus, quas à Triboniano sublatas (quod hæc nostra sufficeret) credibile est, cautum fuerat, ut actor ipsi reo rationes ædere, causa exceptionis probandæ teneretur, merito id nouum nõ esse hac lege dicitur, melioris q́ conditionis hac in re est reus, quàm actor: quum generaliter lex dicat, fauorabiliorem esse reorum causam[k], quare & facilius exceptio cõceditur, quàm actio[l], sicut defensio, quàm impugnatio[m]: qua ex causa, & beneficiarius, quẽ uassallũ uocant, belligerãti domino indistincte defensionis gratia obsequi debet[n], si uero hostem ille ultro oppugnatum tendat, nõ nisi cum iusta arma dominus infert, adesse ei cogitur[o]. Ea igitur iuris regula, in æditionis quoq́ materia obseruanda præcipue fuit, quum actor priusq́ litem incipiat, dispicere debuerit, quomodo ius suũ aliunde q́ ex rei domo probaret[p], at reus quacunq́ defensione tueri se potest[q]: deterior enim est, qui iniuste aliquem aggreditur, quàm qui pari culpa se defendit, unde & in re turpi potior est causa retinentis[r]: æqua igitur fuit huius constitutionis dispositio, ut reo liceat doli mali exceptionem actori obijcere, eumq́ dolum probaturum se affirmare actoris ipsius rationibus aut instrumentis, idcircoq́ eorum æditionem officio iudicis implorare, ut sibi imputet actor, qui aduersus prouerbium crabrones excitarit. Sunt tamen qui septem casibus restringi textus nostri regulam arbitrẽtur. Et in primis plerique ueterum in rationibus quidem obseruandam affirmabant, in instrumentis uero minimè[s]: quæ propositio utcunq́ disputabilis est, sed tamẽ crebrius receptum est, etiã in instrumentis huic legi locum esse: siue quòd rationũ appellatione etiã instrumẽta contineri uideãtur[t], siue qd hac in materia promi-

f l. illicitas. §. ueritas. de offic. præſ.

g Doct. c. paſtoralis. §. qa uero. de off. dele.

h §. ſi qs igitur. uer. coactus. in auth. de inſtr. cau. & fi.

i l. manifeſtæ. de iureiur.

k d. l. fauorabiliores.

l l. j. §. is autem. de ſuper fi.

m l. ut uim. de iuſt. & iur.

n glo. 22. quæſt. 5. c. de forma.

o Bal. c. j. quib. mo. feu. amitt. in prin. Abb. c. ſicut. ult. de iureiur.

p l. j. 3. eo.

q l. nemo. ff. de excep.

r l. iij. ff. de condic. ob tur.

s glo. c. G. perpetuus. de fid. inſtr. Az. Odof. Ia. Raſ. Saly. d. l. fi.

t l. cum ſeruus. in fi. de condi. & dem. l. prætor. in prin. ff. eo.

promiscue instrumenta & rationes accipiãtur[u], siue quod eadem in utroq́ casu est ratio, quum non minus dolum actoris detegere possit instrumentorum, quàm rationum æditio, loquaturq́ lex de rationibus ipsius actoris pro prijs: hanc igitur sententiam & nos sequmur. Alij ut Purp. restringũt, ut in tabulis, & Codice rationũ procedat, non autem in priuatis schedulis, nam tales pro sua instructione secretò factas, ædere actor non tenetur: id enim in fœneratore speciale est[x], in quo ipse dissentio, quum rationum appellatiõe, etiam aduersaria, id est huiusmodi chartulas cõtineri supra docuerim[y]: & quia de probanda doli exceptione agitur, qui dolus maxime deprænditur ex priuatis scripturis, quum non minus aduersus hos præsumendum sit, qui binas rationes conficiunt, alteras palam, alteras secretò, quàm qui duabus crumenis (ut uulgò dicitur) in nũdinas eunt[z]: nec me fœneratoris exemplũ mouet, qui cum reus sit, iure speciali ædere cogitur, actor uero iure cõmuni ædit. Alij, ut Decij fratres, nõ procedere regulã existimant, quũ persona actoris reo fauorabilior est[a], ut quum pro liber tate, dote, matrimonio agitur[b]: quæ sententia sequenti constitutione confutatur, ubi etiã fisci procurator nomine publico agẽs, qualicunq́ reo ædit, & tamen fisci causa fauorabilis est, si de damno uitando agatur[c]. Alij, ut Bal. in reo procedere negãt, qui cõpensationem obijciat, quoniam huiusmodi uidetur potius actor, nec simpliciter se defendit[d], unde abhominatus & sacer, in iudicio cõpensationis causa esse nõ potest[e], sequunturq́ Bal. cæteri recentiores, sed hæc opinio legẽ nostrã in arctum redigit: quũ enim in ratiõibus earumq́ nominibus plerũq́ sint cõpensatiões, quum ab altera parte ascribãtur data, ab altera recepta, qs non uidet apertam uim uerbis legis fieri? fit & rationi, ea est ut fraus actoris seu doli exceptio probetur, quæ exceptio ex cõpẽsatione quoq́ cõpetit[f]. Adde quod si is, cui exceptio sola datur, actorẽ potest cogere, quãto fortius is, qui exceptionẽ adeo efficacẽ habet, ut etiam petitioni, si uelit, sufficiat[g]? nec uerũ est eum qui cõpensat nõ simpliciter se defendere, quum qui compensat retineat[h], retentio autẽ defensio sit[i], nã & compensatio ipso iure tollit debitũ[k]: exceptionisq́ obiectio nil aliud est, q̃ nuda declara-

u l. fi. j. eo.

x Clem. j. §. cæterũ. de uſur.

y l. j. 3. eo.

z arg. l. pen. in prin. ff. de extraor. crim.

a l. inter. de re iud.

b c. fi. de re iudi.

c l. nõ puto. ubi no. de iure fiſ.

d l. amplius non pet. ff. rem ra. hab.

e c. cum inter. de except. ubi Doct.

f l. 2. §. generaliter. de do. except.

g d. l. j. §. is aũt.

h l. 4. j. de petit. hær.

i glo. c. quo iure 8. diſtin.

k l. ucrũ. l. ſi amb. ff. de cõpẽ.

l. 2. ff. de comm pen.

m l. 3. §. j. l. ſi pe culium. §. j. de ſtat. lib.

m d. l. fi.

n §. l. j.

o c. j. extra. de uſur.

p l. q exceptiõis. de cõdic. inde.

q Bal. d. l. fi.

r l. j. §. diem. ff. cod. §. plus autẽ. Inſt. de act.

s l. 2. §. diuus. de iur. fiſ.

t l. aliàs. ff. de iureiur.

u l. 3. §. eo.

x l. 2. §. diuus. de iur. fiſ.

y l. in fr. audẽ. §. neq; de iur. fiſ.

z l. amiciſſimus. ubi Bar. de excuſ. tut.

IDEM AVGVSTVS. Vriano.

IVstum est[a], desideriũ eius, à quo obiecta cõpensatio summæ petitionẽ excedit, quod alibi existimaui[n]. Illud uulgò cõstat, quoties cõpensatio ex eodẽ facto, & natura rei procedit, regulã legis nostræ obseruandã, ut quũ de fructibus sorti imputandis agitur[o], quod omnes probant, fauorabilior enim est huiusmodi cõpẽsatio, Rursus Bal. à regula recedendũ putat in exceptiõibus odiosis, qualis est Macedoniani senatusq́ cõsulti, aut præscriptionis[p]. Sed quũ ex bono publico, & summa ratione hæ introductæ sint, uix est, ut ego in hãc sententiã trãseã, probabiliores fortè erũt posteriores limitationes. Altera, ut nõ sit ædẽdũ, quoties exceptio æquitatẽ petitiõis nõ excludit[q], qua les sunt, quæ sacratis legibus oriũtur, excõmunicationis (ut uocant) scilicet & banni, nisi dixeris huiusmodi dilatorias exceptiones nõ debere minus fauoris assequi, quàm perẽptoriæ habeãt, quum & dilatio omnis pars sit summæ[r]. Altera quũ crimẽ actori obijcitur[s], nõ enim ad dedecus suum detegendũ cogi debet[t]. Sed & hæc ratio uix est ut in eo locũ habeat, qui aliũ stimulat & in ius trahit. Omni ingt M. Cic. uitio carere debet, qui in alterũ paratus est dicere: nã & lex generaliter exceptionis doli probãdæ causa ædi iubet, quæ exceptio actoris crimen, & impudentiam reuelat.

IVSTVM. a ¶Supra cõstitutum fuit teneri actorem ad ædendum reo, quid in eo dicemus, qui publico nomine agit, ut quia procurator, aut actor fisci, seu reipub. an & ipse ædere reo tenebitur? Et uidebatur non teneri, quoniam hac in materia æditionis pluriformiam indultum est fisco, & in primis id speciale habet, ut reus illi ædere compellatur[u], & si non ædiderit, subtracta instrumenta creduntur[x]. Rursus ei concessum uidetur, ne quis quàm aduersus fiscum ædat[x], quod si tertius reo conuento à fisco ædere prohibetur, fortius fiscus ipse aduersus se ædere non fuit cogendus[z]. Sed tamen rescribit Imperator, fisci actorem compelli ad ædendũ rationes publicas, fiscus enim iure

priuatorum utitur, præterq́ in casibus, qui bus expressim apparet priuilegium ei con cessum[a], & ideo reo conuẽto, sicut quilibet alius ædit, idq́ maxime in ratiõibus publi cis procedit, quæ quodammodo soluentis mãdato factæ uidentur[b], ut Bart. censuit. Idemq́ absque dubio si reus apochæ amissionem alleget[c], siue casu fortuito, siue aliter[d]: nec obstat quòd fisco hac in materia specialr plurimum concedi tur, quia uerius est, hoc solum casu ei indulgeri, quo de uacantibus bonis tractatur, ut quia de iure capiendi agitur, puta quòd clam relictum sit aliquid incapaci[d], uel bona sint uacantia, ideo iure dominij ad fiscum pertineant, uel alia simili re nummaria agatur, ex causis sicut licet præcedentibus, quæ à Calistrato relatæ sunt[e]: unde & senatusconsultum, cuius Modestinus meminit[f], ædi delatori iubet in eam tantum causam, quæ delationem respicit: & ratio priuilegij est, quia ultra fisci fauorem in eis causis subest etiam publica utilitas, ut clandestinæ fraudes detegãtur, quæ tamen utilitas odio capitalis causæ superatur, eiq́ cedit[g]: quo fit, ut in capitali causa nunq́ fiat æditio[h]: nec nos rursus mouet, quod tertius cõtra fiscum ædere nõ debeat, quia de his actis uel instrumẽtis intelligendũ uidetur, quæ tertius beneficio fisci consequutus sit, & ex præcedentibus subsequentia declaranda, quod & supra docui[k]: & hæc ego uera arbitrarer, communis tamen sententia aliorum aliter se habet, existimantq́, si fiscus conueniatur, nec à tertio quidẽ aduersus eum ædi debere[l]: si uero ipse alium conueniat, tunc legi nostræ locum esse.

petitur, licet nomine publico, ut ratio nibus publicis exhibeatis, cõstet, quantum sub nomine[b] suo solutum sit.

IDEM AVGVST. Valentiniano.

PRocurator priuatæ rationis, instrumentorum, quæ cõmunia tibi esse cum fisco dicis, describendorũ facultatem, secundum morem fieri posset hic textus intelligi, non quum de fundanda exceptione rei agitur, sed de adiuuanda tantum, ut quia constaret quidem numeratam fisco pecuniam, sed dubitaretur cui nomini, id est in quam causam sit imputanda[p], ipso ne scilicet ipsius, qui conuenitur, an alterius.

PROCVRAtor. Procuratorum duplicem speciem esse plericq́ recentiores tradiderũt, alios enim q Fisci procuratores dicuntur, quicq́ publica principis iura moderãtur, alios qui Cæsaris appellantur, alioq́ nomine Rationales, ad quorum curam priuatum Cæsaris patrimonium pertinet, & quoties inter fiscum & priuatum lis est, hi iuris dicendi potestatem habent[r]. Sed alias ego promiscue hos accipi Rationalesq́ appellari arbitratus sum[a]: qua de re alibi diffusius, in præsentia solum admonendi sumus, procuratorem priuatæ rationis principis in Agypto Rationalem fuisse, qui ab illis ἰδιικοῦ λόγου, ut Strabo lib. ulti. ait, uocatur: ad quem indagatio bonorum uacantium spectat, & omnium rerum, quæ Cæsari debentur: is in comitatu suo Cæsaris libertos, & actores habebat, quorum fidei maiora minoraue negotia credebantur. Si igitur aliquis communia esse sibi cum fisco instrumenta alleget, ad ipsius procuratoris solicitudinem pertinet, ut eorum describendi facultatem socio fieri iubeat, & quoties expedierit etiam authentica eo petente in iudicio exhibeat, ne probationis fides uacillet, communia enim instrumenta quum apud fiscum ceu digniorem remaneant[b], non tamen id dignitatis priuilegium cũ alterius iniuria esse debet[c]. Sed an perpetuum id est, ut instrumenta cõmunia apud fiscum remanere debeant: Et quosdam casus excipi constat, ut quum ex conuentione penes me sunt, & fiscus socio meo succedit, nõ enim ius mihi ex facto meo quæsitum auferetur[d], cõtractus enim ad successorem transeunt[e], fiscusq́ iure autoris sui solum utetur[f], ut Bar. recte sensit. Idem si fiscus falsi quæstionẽ heredi scripto moueat, non enim ideo penes fiscum remanere debent testamenti tabulæ, quum ex accu

a l. item ueniunt. §. in priuatorũ. ff. de petit. hær. ubi glo. b arg. l. 2. §. eo.

c l. 2. C. de discuss. lib. 10. d l. illatæ. j. de fid. instru.

d d. l. 2. §. diuus.

e l. j. eo. ti. f d. l. 3.

g l. trãsigere. j. de transac. h d. §. diuus. i d. §. neque.

k l. 2. 3. eo.

l d. §. neque.

m l. 4. §. exauctoratus. de re. mil. n l. fi. j. de pac. conuen. o l. 4. ff. fam. herc. l. j. ad Maced.

p arg. l. j. ff. de solut.

q arg. c. accedẽs. 2. ut lit. nõ contest. & qd'no. Alex. cõs. 103. col. 5. in j.

r l. apud. j. ubi cau. fisc. a l. 2. 3. de mod. mul.

b l. fi. de fid. instr. c l. 2. §. si quis à principe. ff. ne qd in lo. pub.

d glo. l. fin. circa medium. C. qui pot. in pig. e l. uteres. j. de cõtrah. stip. f l. fiscus. j. de iur. fisc.

accusatione nullum ius, in proprietate huiusmodi tabularum, fisco acquiratur[g]. Sed & si maior sit pars, quàm ex instrumento cõsequi priuatus possit, uidetur apud eum potius authenticum relinquendum[b], ne minorẽ partem possidẽti plus tribuatur, cũ ei qui maiorẽ habeat[i]: etsi enim in communiũ rerũ alienatione priuilegium fiscus habeat, eiusq́ pars aliam trahat[k], non tamen hoc in casu uidetur aliqd specialius ei indulgeri. Nec me mouet quod lex, si de tabulis testamenti deponendis agatur, digniorem præferri censuit, non distincta cuiusq́ parte, maior an minor sit[l], quia communiter aiunt, per aliam legem nihilominus distingui[m]: mihi & illud uerisimile uidetur, quum de hæreditate controuersia non est penes eum qui maiorem partem habeat, tabulas relinquẽdas, si uero de ea ambigatur, secus esse, ne ille apud quem sunt eas in sui fauorem uiciet[n]: & quia partes hæreditarias interim non attendimus, quum adhuc de eis decisum non sit, nam & lex simpliciter præferendum, qui ætate, uel dignitate, uel sexu, uel statu præcellat, ait, si de tabulis deponẽdis agatur[o]: at quum inter hæredes id tractatur, non iure depositi hoc fit, sed quia alius maioris partis sit dominus: tunc igitur ei prælationi locus erit, quum de deponendis agitur, ut quia de electione, uel suffragio amici tractatur[p]. Cæterũ & in ciuitatibus, quæ intestinis discordijs laborant, & in quibus periculum est, ne acta publica diripiantur, putauerim iustam priuati querelam esse, authenticum in archiuis publicis relinquere detrectãtis[q]: interponet itaq́ iudex partes suas, ut ibi relinquatur, ubi uerisimile est tutius, incorruptiusq́ fore: ideo enim lex digniori id ius concedit, quia diligentiorem custodiam præstaturũ eum arbitratur: Vnde & seniorẽ iuniori præfert, quòd scilicet illi difficilius fallantur, seruentq́ magis fidem, utpote ad eos quãprimum ituri: quod non in instrumentis tantum, sed & in alijs plerisq́ rebus obseruatur, ut in clauibus castri, uel arcæ nummariæ: Idem in signatorio annulo[r], & similibus[s]. Sed an hac in re præferemus maiorem ætate, ei qui maiori sit dignitate: Et receptius est senem in fide & custodia præferendum, [t] extra quam causam plus tribuemus digniori, qualis & is censetur, qui iubebit[b]: & si quando res exegerit, ad fidem petitiõis tuæ apud aliũ iudicem ampliora stipendia habet[u]. Quid si dignior honorem amiserit, exautoratusq́ sit? Et si ex culpa uel delicto id contigit, omnes consentiunt hoc nomine accepta instrumenta alteri, cuius fastigio præumbrari cœpit, restituturũ[x], qd si cum ignominia missus nõ sit, existimant aliqui propter gesti honoris memoriam cætera æquali præferendum[y], quibus & nos assentimur.

g l. fi. ff. de tab. exhib. b l. 3. §. fin. l. si quæ sunt. ff. fam. herc. i l. maiorem. ff. de pac. k l. 2. j. de com. re. ali. l d. l. fi. de fid. instr. m d. §. fi. d. l. si quæ sunt. n d. l. fi. de tab. exhib. o d. l. fi. de fid. instr. p d. l. si quæ sũt.

u l. 2. 3. de offi. mag. off. x l. cum quis. de solu. y l. seruos. j. de quæst.

b ¶ IVBEBIT. Per actorem fisci, uel commentariensem, apud quem huiusmodi instrumenta sint reposita, & cum cõmunio hæc in dominio sit, talis facultas absq́ alia causæ cognitione, ut Bar. inquit, conceditur[z]: quod accipiendum, dum tamen communio ipsa probetur[a], poteritq́ ex inspectione instrumentorum in huius rei fidem instrui iudex, hacq́ causa confestim sibi exhiberi ea iubebit[b]. Et ex hac lege illud præcipuum annotãdum est, tametsi tertius apud quem instrumenta uel rationes reperiũtur, regulariter cogi ad ædẽdum non possit[c], quibusdam tamen casibus aliud obseruari. Et in primis ex hac constitutione, quando reus petit sibi non solũ ab actore ædi (qd receptissimum est)[d] sed ab eo qui communia cum actore habet instrumenta, ut hic à fisco, quod Aret. & Socy. existimant, quæ sententia eo argumẽto defendi potest, quia persequutio, id est officij iudicis imploratio, qua huiusmodi instrumenta petuntur, quandam naturam rei uendicationis habet[e], & ideo etiã in singularem successorem, & socium cõpetere debet[f]: quo exemplo & creditor hypothecarius ab his omnibus ædi sibi iure postulabit, quos debitor suus cogere potuisset[g]. Sed tamen satius est textum nostrum secũdum iuris cõmunis regulas intelligere, ut scilicet reus ab actore ædi petat, actor sibi à fisco[b], quod & ueteres probarũt, quum debitori qui soluerit cõsuluerũt, ut quia ipse tabellionẽ cogere nõ põt, cõtra creditorem experiat, ut ille ad ædẽdũ restituendũq́ sibi obligatiõis instrumentũ eũ cogat[i]: ergo & cessionarius aduersus eũ, qui actiões cessit, aget, ut sibi ædi faciat, & originale à notario exhiberi[k], nisi & hoc ipsum ius à notario petendi cessum esset[l]. Alius casus est, quũ apud tertiũ originale instrumẽtum reperitur, is enim quisqs sit poterit ad ædẽdũ cogi[m], nam hoc casu, etiã ipsi actori reum ædere

z arg. l. fi. j. qui leg. pers. a l. fi. §. docere. ui bon. rap. ubi Bar. b Rot. decis. 213. licet.

c l. si qs. §. pertinere. ff. eo. gl. d. §. neq;. d d. l. non est nouum.

e Bar. §. Cato. in 3. opp. f l. si quis. §. l. l. quædã. §. is autem. ff. eo. g Bar. d. §. pertinere.

h arg. l. cũ in plures. §. messem. ff. loc. i Io. and. in spec. rubr. de instr. ædi. 3. quæst. k Flor. l. cæteræ. §. fi. ff. fami. herc. l l. qd debetur. ff. de pecu. m d. §. is autẽ. l. prætor. §. si dñs. ff. eo.

ædere debere,Bal.existimauit[n], multo igitur magis tertius:quapropter & depositarius, & sequester hoc casu ædere tenētur[o]: qua ratione illud quoq; traditum est,si notarius perdiderit protocola, iure eū aduersus instrumenti possessorē agere, eiusq; cū die & consule copiā petere, ut eo excepto ipse alijs ædere possit[p]. Alius est, qui ex Iuliani sentētia inducitur[q], quum scriptura mandato meo descripta apud tertium extat,siue ille à mādatario meo causam habuerit,siue,ut Aret. existimat,non habuerit[r]: quæ sententia & nobis placet[s]. Sed quum Iulianus nullam mandati mentionem faciat, supra ostendi, aliter illud responsum accipiendum esse[t]. Illud in dubitationem nō uenit, posse quēlibet ultro ædendo unicuiq; officiosum se præstare[u], quod boni uiri ueritatis adiuuādæ studio facere solent,notarij etiā ut mercedem consequantur.

c ¶ PRAEBENDAM. Descriptio ergo illa fidē non faceret, idcirco authenticū exhibendū est,hinc; adnotant omnes exēplum instrumenti, seu indicē, aut apographum fidem in iudicio non facere[x],& ideo originalia producenda sunt[y],alioqui facile circumueniri ueritas posset, quum exemplaris uitia sola exemplī lectione dignoscere nequeamus[z]. Cur autem exemplū fide careat,ea est efficax ratio, quia ex instrumēto non probatur,nisi id de quo rogatus est notarius,ut documentū conficiat[a],quód; eius rogationis tēpore gestum fuit[b]: is autem qui exemplum describit,nec de originali rogatus est,nec eo tempore quo rogatur quic; magis attestari de re in authentico scripta potest,quàm testis de re ab altero audita, posset[c]: merito igitur eius fides uacillat: quo fit ut parum referat, etiam si exemplum publica manu confectum sit[d], unusne id sumpserit,an plures,nec eī etiā pluribus notarijs creditur,nisi quatenus rogati sint[e].Sed quid si exemplū ab eodem factum sit, cui de originali quoq; scribendo iniunctum fuerit? Et probare dicēdum est, quū cessent prædictæ ratiōes, ipsumq; exēplum hoc casu originale dici possit[f],quum & eadē sit persona, eademq; autoritas,quę scripturæ addit fidem[g]; potest enim ex eodē protocolo notarius plura exēpla describere, & subscriptione sua authentica ea facere[h],dum tamē appareat id egisse eum,ut

eo qui conueniatur, ut id fiat præcipiet.

sint authentica,ueluti quia solennia seruauerit,alioqui ceu nuda exempla non probarent[i]:nec enim dubium est,quin possit notarius,si uelit, etiam scripturam priuatā cōficere[k]: ergo si ipse exemplum illud appellet, uideē id egisse,ne esset authēticum,quod Bar. fere sensit[l], cōtra alij[m]: quum fortior sit coniectura,quæ ex natura rei,cȝ quæ ex nomine oritur[n]:attendemus igitur ad solennitatē potius,quæ si seruata sit, ut quia subscriptionem signumq; addiderit,authenticum erit instrumentum: si non sit seruata,nec in sui quidem præiudicium probabit,quod ex solennitatis omissione elusorium actum facere uoluisse credibilius sit[p],tametsi recētiores aliqui futili ratione dissentiant[q]. Sed & si tabularius, qui documētum scripsit, alijs adhibitis notarijs,eos rogarit,ut & ipsi prio instrumento attestarentur, fuisse se de eo documento rogatum, manuq; ipsius cōscriptū,utiq; fidem eius rei facerent,ut Bar. existimat.Cui nō absimile,quod alibi traditur, eum qui scripto testamentum fecerit, rogare notarium posse,ut attestetur, conteri se illud suum esse testamentum, itemq; quo modo subscriptum,sigilloq; testiū munitum sit,faciet enim fidem,nec alia iudicis publicatio, aut deinde noua testium recognitio necessaria amplius erit[r]. Et hæc quidem procedūt, etiam si ille notarius exemplum non scripserit,sed ab alio scriptū ipse subscriptiōe sua, signoq; muniuerit[s], parē enim uim habet subscriptio, quā holographa scriptura[t]. Vnde etiam traditum est,legem municipalem, quæ exequutionē scripturæ manu debitoris factæ cōcedit, de ea quoq; accipiendum,quam quiuis aliūs scripserit,dum à debitore sit subscripta[u]: si uero de chirographo uerba faciat, libellus ab eo subscriptus fortè non cōtineretur,quod chirographum proprie promissio sit obligatoria,manu debitoris subscripta[x]: at libellus manu creditoris cōcipitur,nec in eo uerba directe ullā obligationē respiciūt[y].

Rursus suprascripta conclusio procedit, etiam si originale de ea re factum sit, quæ cōtractu in scriptis deducta proponatur[z]: cȝuis enim in prima scriptura omnis substātia consistat,tamen hæc sequens ab eodē cōfecta, & in qua sit subscriptionis partium attestatio, eiusdem est potestatis, eademq; existimatur,qua in re Baldum recte Alex. notauit.

notauit. Rursus quoq; procedit, non solum in notario, qui originalia scripsit, sed & in alio, qui post eius obitum substitutus sit[a], interpretatione enim iuris propter autoritatem iudicis, & alia solennia, personā autoris sui repræsentat:cui sententiæ consequens est,quod generaliter traditur,si iudicis autoritate descriptum sit exemplum, perinde fidem ac originale ipsum facere[b], dum tamen parte citata,& rite descriptum proponatur: id est, quòd iudex originali perspecto, cognouerit ualidum solenneq; esse,exemplumq; cum eo collatum, debita recognitione dispunctioneq; facta, concordare, & ideo ceu authenticum in publicam formam redigi mandet, idq; ex iusta causa, ut quia archetypum dilabescētibus literis uetustate exolescat, uel necessario sit aliò transferēdum[c],& si qua similia. Partis autem citatio non semper necessaria est, ut in his,quæ uoluntariæ sunt iurisdictionis, & neminem aduersarium ueri similiter habēt: exempli causa,quum Palatinus comes autoritatis suæ priuilegium, iudicis iussu describi curat, & exemplum illud in alicuius notarij actis relinquit,ut eo indigētes sciāt unde accipere probationes possint[d]. In his uero, quæ contentioſe sunt iurisdictionis, uel ueri similiter aduersarium habent, tametsi is certus non sit, arbitrarer generalem citationem,quæ per edictum fit,saltem requiri[e],quod Bald. & Ang.tradiderunt. Sed & necessariam non esse proditum est, quoties periculum moræ subesset[f], uel eadem manu exemplar exemplumq; esse constaret[g],uel quando ab archiuo publico describeretur[h], uel ab eo fieret exēplū, cui id ius est specialiter lege uel consuetudine cōcessum[i].Idem si exemplum priuilegij eius autoritate fieret, qui etiam nouum concedere possit.[k] Ob antiquitatem quoq; præsumitur citationis solennitas, quod las. hic refert,qua de re nos alibi disseremus. Si igitur confectum hoc modo fuerit exemplū, præsumetur & à iusto originali,& ex causa legitima descriptum(nisi cōtrarium probetur)[l] & propter autoritatem iudicis pro authētico erit,præterq; si lex aliquam qualitatem adijciat, quæ exemplo non conueniat, ut quum authentica exhiberi uel insinuari iubet,manu ipsius principis subscripta[m],ex huiusmodi quoq; exemplari aliud desumptū exemplum æque probabit, atq; si ex uera matrice (quam πρωτότυπον, id est primam figuram lex appellat[n]) esset[o], siue manu eiusdem notarij confectum,siue autoritate iudicis,& causa cognita, siue in archiuo, uel inter acta rite repositū fuerit[p]: si uero hac obseruatione exemplum factum non fuerit, dubium non est,exemplū nullius esse fidei[q]. Et hæc quod ad authentica instrumenta pertinet satis: Nunc ad eos casus deueniamus, quibus antigrapha,seu quod idem est, exempla saltem inter ipsas partes fidem faciunt,licet authentica dici non possint:& in primis, si partes exemplum illud ceu iustum & uerum approbarint,inter ipsas fidem faciet[r],quod si simpliciter describi consenserint, non ideo censebimus, approbare quoque uoluisse: nam & qui consentiunt,ut ex cōcilio Mutij sententia feratur, non ideo eam approbāt,quin appellare possint[s]:sicut & qui ratum habere procuratoris iudicium promisit[t]:nam & qui testimonia publicari petit, non tamen testium dictis acquiescere, aut non solennia approbasse cēsebitur[u]. Quid si nō expressim, sed tacite aliquis cōsensus arguatur, ut quia exēplum in iudicio produco,tu nihil excipis? Et si exemplum in eo uitiosum sit, quia iudicis autoritas non accesserit,uerius est, adhuc nullius esse fidei[x]:si uero ex eo non deficiat, magis putarim fidem facere[y]: quia pro regula traditum est, semper pro instrumento præsumi, si pars extrinsecus accedentis solennitatis uitium non allegauerit[z]. Quid respectu producentis, nunquid indistincte exēplum ipse approbare uideatur? Et receptum est,eum qui in iudicio quamlibet scripturam producit,cēseri enim approbasse[a]: siue igitur hac ratione, siue alia arguatur consensus, fides instrumento aduersus consentientem dabitur: quapropter si quis in iudicio illud exemplum ædiderit, approbasse aduersus se quoque existimabitur. Quid si extra iudicium ædiderit? Et mihi uerius uidetur, non fieri præiudicium, nec ex præsumpta hac extraiudiciali confessione integram fidem aduersus ædētem exemplo dandam[b]. Si tamen exemplum, tanc; in authenticam formam redactum, ille ædiderit,secus est[c]. Huc pertinet quod etiā receptum est, instrumentum puta mandati,ab aliquo productū, & extensim in acta descriptum iudice mandante, aduersus partem parem originali fidem facere[d]. In eos uero qui citati non sint,non probabit, quū acta inter alios confecta,alteri non obsint[e]. Sed & si archiuo publico rite repositū sit instrumentum, plerique tradunt authenticū illud cēseri[f],abundeq; fidei ex eo fieri;[g]

---

n Bald.in.l.j.§. æditiões.ff.eo.

o l.3.§.si tabulæ.ubi Bart.de tab.exhib.

p d.l.si qs ex argētarijs.§.fi.

q l.3.§.pen.ad exhi.

r Aret.c.j.de proba.

s arg.l.prætor. in prin.ff.eo.

t l.j.in fi.ī.eo.

u glo.d.§.neq;.

x l.2.ff.de fid. instr.

y l.3.ī.de diuer. resc.

z l.fi.j.de edic. diu.adr.

a §. nos autē.in auth.de tabel.

b gl.l.j.ī.de fid. instr.lib.x.

c l.3.§.nosti.ff. de testi.

d glo.§. & hoc in sup.in auth. ut sponſ.lar.

e Bar.in auth. seq.

f l.q tabulas.§. inde.ff.de fur.

g d.l.si quis.§. ¡phibet.ff.eo.

h l.sempronius. de leg.2.

r Bar.l. tabularū.ff.quemad. testā.ape.

s l.diuus.m.item senatus.ff. de fal.ubi Bar.

t l.emptor.§.j. ubi Bart. ff. de pac.

u Doct.l.si ita ſtip.§. chryſogonus.de uerb.oblig.

x l. chirographis. de admi.tu.

y l.si ego.§.dotis.de iur.dot.

z l. cōtractus.j. de fid.instr.

a c.cum.P.tabellio.de fid.instr.

b §.illud.ī auth. ut fra. fil. d.l. chirographis.

c c.fi.de fid.instr. Alex. cōſ.112. ui.4.

d gl.& Doct.c. cum olim.de re iudi.

e arg.c. fin. de elect. in 6.l. si eo.j.de remiſs. pign.

f l. ait prætor. §. si debitorē. de his quæ in frau.cred.

g Aret.hic.

h c.ad audientiā.ubi Fely. de præſcrip.

i Bal.hic. Alex. cōſi.65.in.j.

k l.si donatio.j. de dona.glo.c. romanorū. 19. diſt.

l l.cū de ætate. ff.de proba.

m l.¡batorias. c.de diuer.off. lib.12.d.l.3.ī. de diuer.reſcr.

n d.l.fi.j.d'edic. diui Adr.

o l.2.j.de rela.

p Anch.cōſi.41. Com.cōſil.58.

q Doct.d.l.3. Alex.cōſi.138. in.j.Cor.cōſi. 24.in 4.

r l. optimam.ī. de contrab.& com.ſtip.

s Bart.l.si cōuenerit.de re iud.

t l.3.§. falſus. ff.rē rat.hab.

u Inn.c.ſignificauit.c.cum cauſam. extra de teſti.

x l.ſicut.§.nō uidetur.qui.mo. pig.uel hypo. Inno.c. intimauit. de teſti.

y Fulg.arg. huius legis.

z c.ea noſcitur. de his quæ fi.à præla.

a c.cū uenerabilis.de excep.

b l. capite quinto.ī fi.de adul.

c d.§.neq;.d. §.prohibet.

d arg.l.eos.§. ſuper his.j.de app.

e Doct.c. quoniā contra.ad fi.cx.de pb.

f Bar.auth.at ſi cōtractus.j. de fid.inſtr.

g auth. ad hæc. de fi.inſtr.c.ad audientiam. de præſcrip.

quod tamen aliqui rectius coarctant, ut solũ in eo loco, aut inter eius urbis ciues procedat: quod enim ad alias ciuitates pertinet, archiuũ illud pro priuato scrinio habetur[h]: quod si pro exemplo simplici repositũ ibi appareat, tum quoque fidẽ non facere recentiores credunt[i], alioqui defraudari facile ius publicũ posset. Quid enim si priuatus aliquis schedulã aliquã clam immitteret[k]? & ideo solenniter in eo repositum esse instrumentum oportet, ut fidẽ facere debeat[l]: qua tamen in re plurimũ consuetudini tribuetur[m]. Quãdoq; etiã exemplo fides adhibetur, in odium eius qui originalia exhibere obdurat[n], sed mirum est, quod fauor non impetrat, id ex odio concedi[o], aduersus enim non ædẽtem, aliter prouisum à prætore fuit[p]. Non negauerim tamen, posse iudicem ob cõtumaciam partis illi comminari, nisi originale ædatur, se exẽplo fidem adhibiturum[q], quod tamen non nisi ex magna causa faciẽdum est[r]. Nam & illud constat, cuius exempla plenam probationem non faciant, qualem qualem tamẽ facere[s], quæ ex qualitate rei arbitrio iudicis uel intendetur, uel eleuabitur. Erit suspectum exemplum? & nihilominus saltẽ à dolo excusabit[t]. Erit admodum uerisimile? & amisso originali semiplenæ probationi sufficiet[u]: unde & iuramẽto deferri in supplementum probationis poterit, quod Alex.[x] probat. In exemplo tamen testamẽti uel codicillorũ, suppleri semiplena probatio per iuramentum nequit[x]: & ideo ex huiusmodi exemplo secundũ tabulas nihil decernet prætor[y]. In causis quoq; in quibus leuiores probationes sufficiunt, ut in momentaneæ possessionis iudicio[z], exemplum probare uidetur, etiam si non omnino authenticum sit[z].

IVSTINIANVS *in auth. Coll. IX. Cõstit. II. ut sponsal. larg. §. & hoc insuper.*

SI quis in aliquo documento, alterius faciat mẽtionẽ documẽti, nulla ex hac memoria[b] fiat exactio: nisi aliud documẽtũ, cuius memoria in secũdo fasrim, generaliter uerba legis accipientium, ut etiã si publicũ instrumentũ quis produxerit, quo Titius centũ se promisisse affirmet, prout alio documento continetur, non tamen obtinere possit, nisi & illud instrumẽtũ producat: regulariter enim cõstitutum est, non credi referẽti, nisi quatenus de relato constet[b]: unde mãdatũ quod ad certas literas refertur, si de eis nõ appareat, est nullũ[c]: quod & in priuilegio, positionũ respõsione, libello, testimoniis, sentẽtia & similibus, omnes fatentur[d]. Nec interest quod notarius ad instrumentũ aliud se referat, quod ipse confecerit[e], uel legisse illud, & perpendisse atteſtetur[f], uel quid in eo contineretur enuntiatiue describeret[g], non facit tamen fidem, quia de hoc tũc rogatus nõ est, & ad eius officium præsens atteſtatio non pertinet, instrumentaq; à notario ædi, nõ per indicẽ, aut cõmemorationem, sed solenniter debent[h]: adeo quoque supraſcripta uera sunt, ut traditum sit, si instrumentum, ad quod fit relatio, contraria, uel diuersa ab his contineat, quæ in alio documento seu indice affirmata fuerant, illi tamen standum, & errorem in posteriore præsumi[i]: his enim uerbis, prout in illo cõtinetur, non uidetur quicq; à partibus affirmatũ, nisi quod in eo deprændi possit[k]: & ideo etiam inter easdem personas, posterior hæc scriptura ceu ambigua uel imperfecta fidem non faciet[l], nisi quatenus citra ullam relationis ambiguitatem aliquid affirmatum appareat[m].

h ¶ EX HAC memoria. Aliàs ergo exactio debiti diceretur ex ipso instrumento fieri, propter naturam præpositionis, quæ proximam causam designat[n]: quod ut his casibus certissimum est, quibus instrumenta exequutionem in promptu habent[o]: ita dubiũ est, quoties super instrumẽto (quod regulare est[p]) sententia fieri debet: tunc enim exactio magis ex sententia, quàm ex documento fieri uidetur, sicut quum hæres de hæreditate compromittit, & restitue re eam fideicõmissario damnatur, censetur restitutio ex sententia arbitri magis fieri, cũq; ex causa hæreditaria[q]. Sed tamen aliud uidetur in arbitro, qui spõte partium aditur, aliud in iudice, ad quem omnino accedere debemus, ut de instrumento cognoscat: attẽdet ergo causa principalis & uetustior, sicut & eo casu proditũ est, quum ex lege municipij quarta pars condemnationum prætori deberetur, ei deberi qui condemnauerit, non qui finito illius magistratu successit, & exequutus est[r]. Amplius respondit Dec.[s] quum quidam legasset, quicquid ad se ex hæreditate paterna, materna cũq; peruenisset, censeri id quoq; legatum, quod à cohærede emisset, primamq; hæreditatis causam, non subsequentis contractus attẽdendam, in qua re ego dissentio[t]. Cæterum ex ijsdem uerbis hic adnotant recentiores, si aliud documẽtum, cuius index meminit, exhibeatur, adhuc ex indice exactionẽ fieri: hoc enim dicto nisi ostendit, quæ in eo casu, quo de regula loquitur, exceptionem inducit[u]: quãuis igitur documentum propria fide plenariam probationem faciat, quum tamen ad indicis commemorationem adiuuandã exhibeatur, ex indice probatio facta uidetur: unde & eleganter Bal. censuit, si quis durã te dilatione exemplum in iudicium produxerit, posse authenticum deinde exhiberi[x], tametsi tempora amplius non largiantur, & figura quadam probatio in tempore facta censebitur[y]. In quam sentẽtiam & nos, humanitate suadẽte, accedimus. Sunt tamen qui in nostro textu, exactionem fieri ex indice posse diffiteantur, quoniã authẽtico deinde exhibito probatio ex eo magis fiat[z]. Sed hoc parum urget, quum non ex se principaliter authenticum exhibeatur, sed ut indicis fidem roboret: alioqui cur in fine legis diceretur, probandum, quantitatem cuius memoria facta est deberi? quorsum opus fuisset mentione memoriæ.

c ¶ VETERIBVS. Quibus traditũ est, neminem ex indice uel exemplo conueniendum[a]: unde alia quoq; conclusio, cõsequens est, ut instrumentum alterius cõmorationẽ faciens, non probet, nisi illo exhibito: ueluti quum scriptũ est, Titius procurator sempronij, ut cõstat tali instrumento &c. non probatur esse procuratorẽ, nisi & illud ædatur[b]. Non procedit hæc cõclusio quibusdam casibus. Primus est, quoties de rei antiquitus gestæ probatione agitur, accedente enim aliquo uerisimili signo, dispiciet iudex quantam fidẽ adhibeat[c]: ut si sententia antiquitus lata, ab aliquo tanq; delegato reperiat, præsumatur mandatum[d], cuius aliàs mãdatum præsumi nõ soleat[e]. Idem etiam in sententia arbitri dicẽdum, ut ex antiquitate præsumatur compromissum, cuius cõmemoratio facta sit: quod Bal. respondit, & alij approbant[f]. Contra Socy. hic & Cor.[g] quum à compromisso omnis potestas pendeat, nec diuturnitate tẽporis priuata iussio cõualidari debuerit. Sed quum de præsumptione agatur, plurimum hac in re uertetur coniectura iudicis, ut ex signo uerisimili, quod supra diximus, pronuntiet: quid enim si constet partes præsentes sententiæ fuisse? seu peremptorie admonitos? uel eã sentẽtiam aliquatenus exequutione ad effectum perductam[h]? Secũdus casus est, quũis qui scripturam, alterius commemoratoriam cõfecit, ius & potestatẽ nouiter quoq; disponendi haberet[i]: unde quum quis attestatur se talẽ procuratorẽ constituisse &c. alterius documenti exhibitione opus non est, quum & nunc potestatem constituendi habeat[k], quod & in libris rationũ, quibus ex lege municipali præstatur fides, respondsum est: exhibita enim certi nominis pagina, quàmuis alterius non exhibitæ mentionem faciat, ex se efficax censebitur[l]. Sed & in principum priuilegijs eadẽ ratione traditum est, huiusmodi narratiuis uerbis esse stãdum, licet cõmemorata concessio nõ appareat[m]: unde pontificis confirmatio, in qua confirmatæ scripturæ tenor insertus sit, fidem absque originalis diplomatis exhibitione faciet[n]. Quod si tenor integre non sit expressus, adhuc probabit, dum tamen de mente confirmantis appareat, quia relatio ambigua non sit[o], dum etiam ex originalis uarietate error confirmantis nõ deprændatur, quod sæpissime responsum est[p]. Tertius casus est, ut inter contrahentes huiusmodi enuntiatio probet[q]. Instrumentum ergo dotis, mentione matrimonij facta, matrimonium ipsum probabit. In-

h glos. l. j. j. de peti. hære.

i Dec. arg. d. §. si quis in duobus.

k Cor. cõs. 140. col. 7. lib. 3.

l l. immunitates. C. de agri. & cens. lib. 12.

m c. cũ dilectus. de fid. instr.

n Bal. l. publicati. 8. quæst. j. de testa.

o d. l. 2. de fid. instr.

p d. l. si quis. §. ex hoc edicto.

q arg. l. in ũeditione. §. fi. ff. de bo. aut. iu. poß.

r l. fi. j. de fid. instr.

s glo. d. l. 2. de fid. instr.

t l. igitur. §. j. de lib. cau.

u gl. l. sicut. j. de fid. instr.

x Bar. l. admonẽdi. col. 8.

x Bar. d. l. col. antepen.

y d. l. j. §. si quis duobus.

z Bar. d. l. j. quo. bon.

z Guid. Pap. in quæst. delphi.

a d. l. 2. de fid.

b l. asse. de hære. inst.

c Fely. c. j. d' fid. instr. in fi.

d Mod. hic. Bal. l. 2. j. de erro. duo.

e Ang. d. l. si donatio.

f Paul. Alexan. Ias. hic.

g Abb. c. abbate. de uerb. signi. Cor. cõs. 244. in 2. Barb. a. cõs. 38. in 4.

h d. l. 2.

i arg. Doc. Bar. in l. sempronius. de lega. 2. Dec. in. c. 2. 3. col. de rescrip.

k Bar. in extrauag. ad repri. uer. prout.

l l. inciuile. ff. de legi. Rom. cõs. 305. in fi.

m l. cũ qui. §. Iulianus, ubi Bar. de cõsti. pecu. Dec. cõsi. 63.

n l. j. §. ex incendio. de incẽ. ruinauf. ubi Bar.

o glo. l. si debitori. de iudi.

p l. minor xxv. ann. cui fideicõmissum. ff. de minorib.

q l. cum hæreditas. j. ff. ad Treb. ubi Angel. Dec. cõsi. 300

r l. si posseßor. §. j. ubi Ang. de petit. hære. Socy. cõsi. 151.

s Dec. cõsi. 69.

t d. l. cum hæreditas. l. pater filiũ. §. xv. de leg. 3.

u l. actiõe. j. ti. 3.

x Bal. c. j. de fid. instr.

y l. si donatæ. §. j. ff. de don. int. uir. & ux.

z d. l. asse toto.

a d. l. ij. & l. si eo. tit.

b Bal. hic. Alex. consi. 81. in 3. 70. in 2. & 89. co. lib.

c c. cũ causam. de prob. not. in l. cũ aliquis. j. de iur. deli.

d Doct. c. in iure. de off. dele.

e Bal. d. l. 2. j. si ex fal. instr.

f Fely. c. sicut. char. pen. de re iudi. Cur. cõsi. 77. Dec. 36.

g Cor. cõs. 245. in 2.

h arg. l. si filius. j. de petit. hær.

i d. l. si donatio. j. de don. d. l. admonendi. in glos. j. & ibi. Doct.

k l. ne satisdatio. ff. rem rat. hab.

l Socy. hic. & cõsi. 121.

m glo. c. si romanorũ. 19. dist. uer. desunt.

n c. pen. exẽ. de confir. uti.

o Bal. l. j. in fi. 3. de episc. & cler.

p Alexan. cõs. 9. in 5. Card. 11. Dec. 63.

q l. optimã. j. de contrah. stip.

strumentum fideiussionis, aduersus fideiussorem probabit, eam pecuniam ab eo, pro quo ipse promiserit, recte deberi[r]: & si lata sit sententia, in qua citationes, litis contestationem, iusiurandum ob calumniã, huiusmodique acta præcessisse iudex attestetur, ita factum fuisse credetur, in partis citatæ, & non repugnantis detrimentum[s]: quod Bartol. recte hic censuit[t]. Quo factum est, ut Socy. responderit, eum qui in iudicio instrumentum producit, non solum uideri confessum quæ in eo deciduntur[u], sed & quæ cõmemoratiõis causa ex alio referuntur[x], huiusq; rei fidem etiam aduersus singularem successorem fieri[y]. Sed Socynum recẽtiores recte damnant, quoniam uerba enuntiatiua inter partes eatenus solum probant, quatenus necessitas actus, qui geritur, inducit[z]: at ut productio ualeat, nihil opus est commemoratione approbatam uideri[a]. Adde quòd consensus hic tacitus, non nisi ex certo signo induci debuit: quapropter & in textu nostro supra diximus, commemorationem factam, prout in tali instrumento &c. fidem non facere tanquàm dubiam, quod dictio prout nihil affirmatũ arguat, sed omne in alterius dispositionem remissum[b]: dubiam enim, imperfectamq; relationem uerius est nullius fidei esse[c]: sicut & illius testimonium, qui de negotio ipso plene instructus non est, ideoq; imperfecte rem attigit[d]. Cæterum huiusmodi quoque commemoratio inter cõtrahentes solum de his probat, quæ confecti instrumenti tempore agi potuerũt[e], quod eo exemplo traditum est, cum rem ecclesiæ episcopus alienat, & in instrumento asseritur, collegij quoque consensum interuenisse, quod copiose Fely. explicat[f]. Item solum de his probat, quæ à libera contrahentium uoluntate uim habent[g]. Quapropter in instrumento alienationis rei ad ecclesiam spectantis, non præiudicat parochi affirmatio præcessisse causæ cognitionem, episcopi licentiam, cæteraque solennia attestantis, ut certis monumentis apparet: re enim ipsa oportet ea monumenta exhiberi[h], quia huiusmodi eodem tempore celebrari nequiuerunt: & qua facilitate distrahitur, ea-

r glo.l. sciẽdũ. in pri. ubi Ale. de uerb. obl.

s l.j.j.de rela. t Dost.d.c. quia cõtra pen. quæst. u c. cũ uenerabilis. de except.

x Socy. cõsi. 11. lib. 4.

y l. qui superatus, de pig.

z c. illud. ubi Butr. d' præsump.

a Dec. d. c. cũ uenerabilis.

b Bar. 3. l. edita.

c Socy. consil. 266. Rom. 309. in fi.

d gl. l. lucius. ff. de his qui no. infa.

e Dost. d. l. sciendum.

f d. c. sicut. col. 13.

g l. si for te. ubi Bar. de castr. pecu.

h auth. hoc ius. ubi Dost. 3. de sac. eccl.

IDEM AVGVST. Floro.

ET quæ à diuo Antonino patre meo, & quę à me rescripta sunt, cum iuris & æquitatis rationibus cõgruunt, eadem lex præsumi cõmemorationem hanc fieri[i]: nisi forte pro commemoratione fa-cerent aliquæ coniecturæ[k], uel diuturnitas uetustasque rei[l], uel de modico præiudicio ageretur[m], uel non solius episcopi adesset consensus, sed uniuersi quoque sodalitij, seu capituli, magis enim pro pluribus præsumitur[n]: quæ tamen ego censeo iudicis coniecturæ relinquenda. Sed quid si commemoratio huiusmodi sub fide alterius tantum facta sit: ecce, locas mihi balneum CCC. denarijs, & quia balnearijs ministris centum credidisse te asseris, eam quoque summam pro illis tibi, cum omnis fideiussorij beneficij renuntiatione, expromitto: conuenti illi, quicquàm debere negant, an ex commemoratione conueniri potero? Et non putarim, nisi fidem feceris, eam tibi quantitatem debitum iri[o]: promissio enim hæc sub fide assertionis tuæ uidetur facta, quam quum balnearij diffiteantur, nisi tu ueram probes, doli exceptione submoueberis[p]: secus si sub ea fiducia non promisissem, tunc enim agenti ex contractu non obstaret exceptio[q]. Sed quid si in instrumento aliqui se cõiuges enuntiatiue appellauerint, an si principaliter de matrimonio agatur, ea sola enuntiatio fidem faciet? Et plerique negant[r]: ego accepi eam appellationem alijs adminiculis iungi, tractatumque seu quasi possessionem matrimonij inducere[s]: unde quum ex possessione non probetur dominium, si de eo principaliter ambigitur[t], consequens est in ipsa causa matrimonij nõ sufficere huiusmodi probationem[u]: qua ratione instrumentum quoque, in quo enuntiatio patris erga filium scripta sit, ut quia dictum sit, Titius filius Sempronij, in interdicto quorum bonorum, causa hæreditatis adipiscendæ sufficiet: idem si de alimentis agatur[x], In petitorio non sufficiet, nisi alijs accedentibus coniecturis, quæ ad ius tituli pertineant[y], qui tamen articulus maxime controuersi est iuris.

ET QVAE. Rescripserat Epaphrodito Antoninus Caracalla, reum actori instrumenta aliqua non ædere[z]: rursus Alexan. (qui eo se parente natum, ut commendatior militibus esset, quod Herodianus

i l. doli. §. diuersum. de noua.

k Bald. l. iubemus. 2. in pri. 3. de sac. eccl.

l Alex. consi. 9. lib. 3.

m 12. quæst. 2. c. terrulas.

n Cur. in seu. 3. parte quæst. 9. prin.

o l. si nomen. ubi Bal. de hæred. uel act. uen.

p l. 2. qñ act. de pecu. l. si quis affirm. d' dolo. Bart. l. error. VI. col. 2. 3. de iur. & fac. ign.

q Bart. l. j. j. de consti. pecu.

r d. c. illud. de præsump. Dec. consi. 310.

s l. nõ ignorat. j. q ac. nõ pos. ubi Petr. Cy. Bald. Alber. Saly.

t l. quidam. ubi Bar. de condi. inst.

u l. neque. ubi Dost. j. de testa.

x Alex. consi. 31. in j.

y Bar. l. non nudis. j. de prob. Bald. c. p tuã. de pb. & cõs. 180. 3. uol.

z l. qui accusare. 3. eo.

nus scribit, uideri uolebat) ad Valentinianum literas dederat, nouum non esse, ut reus rationes creditoris imploraret[a], uidebanturq; huiusmodi rescripta primo conspectu pugnare, quam discordiam hac constitutione idem Alex. conciliat, differẽtiamq; inter actorem & reum constituit, ut actor ipse reo ædat, quãmuis è conuerso actori non ædat reus, semper enim se defendenti magis tribuendum est[b], & ei qui necessario, quàm qui sponte agit[c]. Fuere tamẽ, qui differentiam inter rationes & instrumenta constitui arbitrarentur, ut instrumenta nec ab actore quidem reo exhiberi debeãt, rationes etiam actori ex causa exhibendæ sint[d]: quæ interpretatio merito pluribus displicuit, quod scilicet huius legis uerba subuertat, dum æquitatis, id est æqualitatis multum, id est nihil interfit: hoc casu, id est alio casu exponit, quid enim ineptius? nec me mouent eorum rationes. Prima non esse constituendam inter reum & actorem differentiam, atqui hic contrarium fieri apparet, nec nouum, fauorabiliorem esse rei causam. Secunda, quod nemo aduersus se ea exhibere cogitur, unde sibi negotium fiat[e]: sed in reo lex illa loquitur, quod uox intentionis ostendit, quæ ab actore in reum dirigitur[f]: Intentionem enim uetères uocabant, quod nos petitionem actoris, uel libellum. Tertia, quòd lex omnia ædi iubet, quibus quis apud iudicem usurus est[g]: ergo instrumenta alia actor reo non ædet, quibus exceptio rei probari possit: Sed accipiẽda est ea lex de æditione quæ etiam ante litem contestatam fit, ut certior reddatur reus cedát ne an contendat, non de ea quæ probationis causa postulatur.

Quarta, quia actor non tenetur reo ædere nomina testium, qui cõtractui interfuerunt[h], igitur nec instrumẽta: sed hoc inductum est, ne interim eos reus subornet, & ad falsum alliciat[i]. Quinta quia æquius uidetur instrumẽtorum copiam à notarijs ipsi reo fieri, q̃ à parte, ab his igitur æditio flagitãda[k]. Sed nec hoc me mouerit, quum omne damnum imputãdum sit actori, qui aduersus instrumẽta, quæ ipse habet, alium in ius trahit: quod si ex horũ lectione actoris dolus non arguatur, resarciendæ erũt illi expensæ, seu potius contribuendũ pro cõmoditatis rata[l], quod alibi existi mauit: Si uero dolus actoris arguatur, nihil præstãdum, cum nihil reus fuisset impẽsurus, si eũ actor non ingetasset[m].

Sexta, quia instrumẽta à rationibus differunt, hæ enim causam cõmunem uidẽtur propter data & accepta contínere[n], instrumẽta propriam creditoris: sed communio causæ tũc in consideratione est, quum reus ad ædẽdum aduersus cõmunes regulas cogitur, non quũ ab actore æditio petitur, quæ ex iuris communis regula fieri debet: non igitur à recepta plurimorum sententia recedendum est.

b ¶ ORIGINEM. Si ergo de origine petitionis non agatur, poterit cogi reus ad ædendum actori: quo fit, ut hinc sit traditum, causa replicationis fundandæ, à reo actori ædendum esse. Cuius sententiæ illa est ratio, quia quod ad replicationẽ attinet, actor ipse rei partes sustinet[o], merito tali casu ei ædẽdum est, nam & reus nouũ debitæ pecuniæ instrumentũ ut conficiat cogi potest[p], fortius igitur iam cõfectum exhibere debebit. Sic & hæres, qui agenti legatario subesse æs alienũ testatoris obiecit, eius rationes exhibere debet, ut inde díspici possit, quãtũ sit in bonis[q]. Sed tamẽ ab hac quoq; cõclusione aliqui dissentiũt, quia replicatio instar actionis obtinet[r]: quod ut uerum fatear, aliquãto tamẽ magis fauoris nancísci-tur q̃ actio, unde licet cõtraria intendẽs nõ audiatur[s], tñ replicãdo auditur[t], succurrẽdumq; facilius in replicatiõe actori uidet[u], quæ præuidere nõ potuit, quali exceptiõe à reo sũmoueri posset[u], nec in hoc igit à crebriore sententia recedẽdũ est, licet diuersa quoq; argutando facile defenderet. Et ex hac alia quoq; cõsequẽs est, sicut replicatiõis, ita & intẽtionis adiuuãdæ causa actori à reo ædẽdum esse, quod scilicet æditionẽ solũ lex impediat, quum origo intentionis fundatur,

a l. non est nouum. 3. eo.

b l. ut uim. de iust. & iur.

c l. fideiussor. §. qui necess. qua sat. cog.

d l. j. 3. eo.

e l. nimis. de test.

f l. ij. de except. l. si quis intentionem. de iud.

g l. j. §. ædenda. de æden.

h l. nõ ex omnibus. ff. de arbi.

i Spec. tit. de teste. §. qualiter. uer. post hoc.

k c. G. ppetuus. de fi. mstr. l. argentarius. in prin. ff. eo.

l l. 4. j. de edif. pri. Dost. l. ij. 3. eo.

m l. ex parte. in prin. fa. here.

n d. l. si quis ex argentarijs. §. rationem. & §. seq.

o l. j. de except.

p l. plures. j. de fid. instr.

q l. pen. §. fi. ad l. fals.

r l. quæsitum. §. fi. de pecu.

s l. j. j. de fur.

t l. interpositas. j. de trãs. Bart. l. nemo. in fi. de except.

u l. pure. in fi. de except. do.

non cum iam fundata adiuuatur, id enim facilius concedendum est[x]. Probato igitur legato, cogetur hæres ad tabulas exhibendas, quibus legati ipsius quantitas ostendi possit[y], quod pluribus quoq; aliis exēplis Bald. & Saly. hic declarāt: quæ ēm hac in quæstione ex testamentorū tractatu iura adducuntur, non multum ad rem facere uidentur, quia quum de rationibus testatoris exhibendis agatur, legatarij facilius id impetrare debent, qui & ipsi, quod ad legatum attinet, testatorem repræsentant[z]: rectius itaq; pro hac sententia generalem regulam quis adduxerit, unūquodque facilius adiuuari, quàm nouiter inducī[a]: unde & testes qui facta publicatione amplius super nouis capitulis recipi non possunt, adiuuandi tamen causa admittuntur[b].

mentis, eius qui cōuenitur, fundari[c].

x l.j.§. si quis ædificium. de ope. no. nun.
y l. qui concubinam. §. cū ita. l. prædijs. §. titio. de leg. 3.
z l. in tēpus. §. fi. ff. de usuc.
a l. si donatæ. in fi. de don. int. uir. et ux. Bar. & Mod. l. certi condicto. §. j. si. cer. pet.
b c. cum clamor. ubi Doct. de testib.

c ¶ FVNDARI. Sed quomodo in forensi actione, quam practicam uocant, materiam hanc exequemur? Et interrogandus erit possessor rationes aut instrumenta habeat, dolóue malo desierit habere, an id minus[c]? Cui interrogationi cogetur respondere[d], æquitas enim hoc dictat, ut sciamus, an ei facultas ædendi superstit[e]. Si respōderit se habere, iubebit iudex ut ēdat: in detrectantem uarijs remedijs, secundum personarum uel causæ qualitatem utetur, & regulare auxilium ex edicto est, quo in id condemnatur, quod petentis interest[f]: quod aliter probandum quàm ex solo petentis iuramento erit[g]. Bart. etiam præcise cogi ad ædendum posse existimasse uidetur[h], quoniam lex ait, ibi cogendum ædere argentarium, ubi munus exercuit[i]: cuius sententiam id adiuuat, quod qui præcepto legis facere tenetur, præcise & omnino ut faciat cogi potest[k]. Sed hac in re ego amplius quærendum censeo. Illud facilius cōcedēdum, quoties quis ædere tenetur, quia rationes uel instrumenta cōmunia habeat, quum ad exhibendum, reiq; uendicatione cōueniatur, etiam militari manu executionem pati[l]. In eos uero qui ex officio rationes conficere, confectasq; ædere tenentur, ut in tutore, socioq;, in litem iurari posse, dubium non est[m]. Approbatum & illud re medium est, ut si actor in sui fauorem latam sententiam ædere nolit, possit iudex post debitam cōminationem constituere, ne ei

d Bal. c. de proba. col. 4.
e l. ubicunq;. de inter. act.

f l. si quis ex argen. §. ex hoc edicto. ff. e. II
g l. argētarius. §. cū aūt. ff. e.
h l. stip. nō dubitatur. 8. quæst. de uerb. obli.
i l. prætor. §. is etiam. ff. eo.
k l. si cū ex III ceptione. §. sed & si quis. ff. quod me. cau.

l l. qui re IIII stituere. de rei uendi.

m l. pen. ff. de in li. uocan.

x Ratione
l. uoluit. l. si defensor. ff. de inter. act.

Jo. Anjorio

k l. fi. C. de an. except.

l c. gratum. de off. deleg.

m l. ubi cœptum. de iud. Doct. c. proposuisti. de for. comp.
n Clem. fi. ut lit. pen. Socy. hic.

o l. miles. §. sexaginta. ff. de adul.
p l. si quis post ea. de iud.
q l. j. ff. de iud.
r d. Clem. fi.
s l. sicut. de præscrip. xxx. uel xl. an.
t l. mariti. §. quēnūm. de adu.
u c. quoniã contra. de prob.
x Bar. l. libertus. ff. eo. & in auth. offeratur. j. de lit. contest.
y gl. l. pomp. §. rati. ff. de pc.
Citare
z l. j. j. eo.

a Doc. l. neminē. j. de exhib. re.
b Bal. l. si qñ. 12. quæst. j. de te.
c l. etiam. §. fi. de mino.
d c. eum qui. de reg. iur. in 6.
e c. j. uer. inter fuerūt. si de in uest. lis ori. in fiud.

IMPERATOR ALEXANDER Antiphiniæ.

iudicio facta confessio dicitur, etiam quæ à principio emanauit[i]: qua actione & Accursij sententia defendi potest, ut à citatione incipere quodammodo iudicium dicamus. Estq; non modici effectus huiusmodi citatio, nam & ex ea xxx. annorū præscriptio interrūpitur[k], eadem & perpetuā delegati iudicis iurisditionem facit[l], unde & præoccupasse is iudex uidetur, qui in ius uocauit[m], quod accipiendum etiam, si adhuc nullam nuntius uel uiator relationem in acta fecerit[n]. Sed an sola libelli oblatio iudici facta eiusdem sit effectus? Et responsum est non esse, à citatione enim, non ab ea incipit processus, quare libellus iudici offerri, etiam feriatis diebus potest[o]: unde ex huiusmodi oblatione non occupatur iurisdictio[p], non prorogatur[q], non pendet lis, nō inducitur uitium litigiosi[r], non interrumpitur præscriptio[s], ea tamē excepta, quæ accusationi criminali statuta est[t]. Si uero libellus iussu iudicis transmissus sit parti, tūc dicitur cœptus processus[u]: & ideo solet idem libellus, & formulam cōtinere, & citationem[x], quæ causa est ut hic prius de formulæ æditione actum, deinde de citatione, in digestis uero contrarium obseruatum sit: quoniã scilicet in his, quæ eadem charta cōtinentur, nulla sit ordinis consideratio, nihilq; referat, quid posterius scriptum sit[y]. Alij tamen ideo hic posterius de in ius uocando agi tradiderunt, quia de ea citatione solum tractatur, cui necessaria est prætoris uenia, quam cōcedere ille non debet, nisi æquitate petitionis prius perspecta, an scilicet ita re exigente, nec famose agat[z]: quod in alijs citationibus necessarium non est: concedunt q; iudices quemlibet alium citari, etiam causa specialiter non delibata[a]: imo aliqui generali mandato certo nuntio citandi potestatem faciunt, quòd scilicet res hæc modici sit præiudicij[b]. Sed an is qui præsens in iudicio reperitur citari debeat? Et receptum est non debere[c]: sicut nec qui cerus est, certiorari amplius debet[d]: quod intelligendum, dum tamen moneatur, quid fiat, seu ad quem actum, ne animo absit: quamuis enim testis, qui præsentem se fuisse dixit, præsumatur attendisse[e], quia scilicet de eo quod ipse cognouit attestatur[f], (qua causa apud ueteres uellebantur eis aures, ut est apud Plautum & Horatiū) alius tamen necessario non præsumeretur attendisse[g], maxime si id ipse negaret[h], & ideo monendus est: siquidem, ut Epicharmus ait, Mens uidet & audit, non oculi aut aures. Cæterum & quoties lex citationem nō admonitionis solū causa requirit, sed etiam defensionis, non sufficeret præsentem eum esse, ut Bald. recentiores q; tradiderunt[i]. Ego tum quoq; præsentem non esse citandum arbitror, sed tamen dandam petenti dilationem, qua instructior fieri, respondereq; demum possit: nemo enim præcipitandus, ar ctandus ue est[k]. Idemq; etiam si lex municipalis de citatione uerba faciat[l], quò enim existimabimus quemquā citari, nisi ut præsens adsit? Si igitur adest, satis legi factum est, quam uerisimile non est formam absq; ratione induxisse[m], tametsi aliqui dissentiant[n].



Icut bonis moribus conuenit, reuerentiam manumissoris

q Bald. in const. 225. in j. dict 3. de leg. j.

p Bal. l. publicati. 8. quæst. j. de testa.

o l. ij. 3. eo.

n Inn. c. G. perpetuus. de fid. instr.

m l. ubi cœptum. de iud. Doct. c. proposuisti. de for. comp.

l c. gratum. de off. deleg.

k l. fi. C. de an. except.

i Bal. l. cum fratrem. C. de his qui. ut ind. 1 as. l. j. i prin. ff. e.
Jo. Jrus

h Bart. l. celsus. col. pe. de usuca. l. siue possidetis. j. de pb.
Mens uidet, facies aud. sed &

g c. Artaldus. 8. quæst. 3. ubi gl.

f Bar. l. j. §. j. de aut. iud.

k l. j. §. largius. de succes. edic.
Citare
l Doct. auth. si omnes. j. si ut ab hæred. Alex. l. fi. j. de proc.
m l. j. §. fi. d' uer. obl. Bal. l. j. 4. opp. j. ut quæ def. aduo.

n Bal. c. j. de mil. qui contu. est.

a l. generaliter. ff. eo.

b l. 4. §. prætor. ff. eo.

c l. ij. j. eo.

d gl. d. l. generaliter.

e 30. quæst. 3. c. ita diligere.
Doct. d. l. generaliter.

f c. hæc autē. in fi. 23. quæst. 4.

g l. ucluti. de iust. & iur.

h l. bene à zenone. j. de quadr. præscri. ubi gl. in uer. iussione.

Quid

Quid in sacerdote parochor: & ille enim mysticus pater est[k]. Sed crebrius traditum est, hoc casu ueniam non esse necessariam: quū enim toti parochiæ suæ idem præstet, generalis hæc affectio non adeo est efficax, quod & in præceptore dicēdum est, quē maiores, ut ingt Iuue. sancti uoluere parētis, esse loco[l]. Traditū enim à plerisq; est, absq; uenia citari eum posse, quod forte in eo qui particularem operam præstitisset nō procederet: hocq; casu Iasonis sententia defendi posset[m]: idemq; in professoribus legum, qui iurisdictionē ex Federici constitutione habent[n], sicut & quoties de uocatione, quę prænsioni iūgitur ageremus, captura enim citra iniuriam fieri nequit, quæ omnino à professoribus summouenda est[o]. Nouercā quoq; & uitricum citra ueniā uocari posse constat[p], unde & aduersus eos actiones famosæ institui possunt[q], idq; post longam altercationem receptius est opinor, quia id matrimonium non absq; filij iniuria cōtrahitur, ut merito illis deferre priuignus non debeat[r], extantq; plura exempla apud autores, quibus apparet nouercas priuignis semper malo esse[s], uidetur tamen nouercæ libertos præstare priuigno reuerentiam cogit[t]. Sed quid in domino quem cliēs, seu uasallus, in ius uocet, & uideretur necessariam ueniam, sicut in liberto[u], item q; colono uel censito erga patronum[x]. Sed uerius est distinguēdum esse, ut si de ipso fiduciario fundo litigetur impetranda sit uenia, Iasonisq; sententia procedat[y], alioqui extra eam causam secus sit[z], magis enim hi clientes sunt, quàm liberti. Quid in patrono ecclesiæ? & in iure pontificum traditur æduituū experiri in illum posse hac solennitate inobseruata[a]. Ex his igitur apparet quod in hac lege dicitur, qui reuerētiā debet absq; ueniæ impetratione ius citandi non habere, de eo intelligendum, qui saltem lata significatione uerbis edicti comprænditur, alioqui quid opus fuisset tam curiose iurecōsultum interpretari, qui parentis uel patroni appellatione cōtineātur[b], si omnes, quibus reuerentia præstanda esset, continerētur?

b ¶ VXORI. Ex persona igitur mariti, honor eius quoque uxori debetur, quapropter plebeia mulier, quæ nobili nupta sit, efficitur nobilis: quod in doctorum militumq; uxoribus hic omnes tradunt[c], ut dominæ uocari debeant, idq; iuris eis competit, etiam mortuo marito, donec uiduæ sunt[d], memoriamq; matrimonij sancte obseruant: impudicæ enim nullo beneficio dignæ sunt[e]. Sed & quæ alias nuptias contraxerunt, ex secundi uiri qualitate honorantur[f], nec refert traducta ad domum cognitaq; adhuc sit, an id minus: confestim em̄ celebrato matrimonio, priuilegia mariti adipiscitur[g], quod scilicet ad honores reuerentiamq; pertinet[h]. Vnde sicut decurio uel doctor torqueri non possunt[i], ita nec eorum uxores poterunt[k], id enim priuilegium dignitati concessum uidetur[l], quod recte Picus censuit. Sed & Raph. Comensis immunitate uectigalis marito concessa frui quoque uxorem posse existimauit[m], quod tamen in his priuilegijs nō procederet, quæ studiū, seu personale aliquod mariti factum respiciunt[n], ueluti doctor à munere hospitis recipiendi excusatur, an eius uxor uidua eo beneficio & ipsa frui poterit? Et ex facto responsum est, nō posse, quod id scilicet ea causa concessum fuit, ne à studijs doctor auocetur, quo facilius multos instituat[o], quæ ratio in uidua non procedit. Sed & quæ specialiter personæ cohærent uxori non competunt, unde qui uxorem clerici uerberibus afficiat, communione fidelium non rejcitur[p]: quum si ipsi marito quis manus iniecisset, aliud constitutum sit[q], quia scilicet id priuilegium sacro characteri (ut uocant) indulgetur: quare in hac quoq; specie dubitatum fuit. Lex sic scripta erat, Quisquis ei qui duumuiratum municipij gesserit, aut re aut uerbo iniuriā fecerit, in exilium mittatur: aliquis duumuiri uxorem offenderat, num in exilium mittendus sit? Et responsum ab Aretino extat, non mittendum[r]: quia constitutio hæc pœnalis causa tuendæ maiestatis, dignitatisue facta, in eo debet intelligi, cui dignitas ex propria persona adest, non in uxore, cui ex aliena, id est mariti persona id beneficium concederetur[s]: quod & Dec. probat, & ipse sequerer, si lex personalis iniuriæ mentionem faceret[t]: sed quum simpliciter de faciente iniuriam loquatur, non arbitror à uerbis recedendum[t]: nec enim dubium est, ex iniuria uxori illata, proprio nomine actionem uiro competere[u], quia uere sibi facta iniuria dicitur[x], quod & Barto. & Bald. sentit[y]. Sed quid è conuerso, an maritus ex nobilitate uxoris dignitatem propriam augere censendus sit? Et plerisq; omnes negant, quapropter à liberto uxoris in ius uocari maritum eius citra ueniā posse arbitrati sunt[z]. Sed hac in re ego hæreo, qui sciam Alexandri cōstitutionem de operis loqui, nostrā de obsequijs, inter quę magna est differentia[a], facilius q; in ius uocationē denegari, quàm cæteras operas concedi[b], uideturq; durum marito patronæ non deberi à liberto reuerentiam, quū priuigno, quum & extraneis hæredibus debeatur[c]: & tamen lex hosce tanq; similes iungit[d], maxime quum duo censeātur in carne una[e], & ex uxoris quoq; nobilitate augustior hominum opinione fiat maritus[f], coruscat enim, ut inquit Bal. radijs uxoris[g]: & ut fateamur dignitatem ex ea uiro non augeri, augetur saltem reuerentia, quæ potissima est causa impetrandæ ueniæ: nam quod ad dignitatē attinet, traditum est, reginam quæ comiti nubat, tamet si iure matrimonij ei mutuam reuerentiā debeat, regem eum nō efficere[h]: quod ego uerū arbitror, nisi regni ius administratio nemq; in dotem dedisset[i], uel cōueniisset, ut regius titulus cōmunicaretur[k], quod à Iacobo Marchiæ comite factum tradunt, quū Ioannam secundam, Siciliæ Neapolisq; reginam in matrimonium duxit: quapropter apud Virgilium Dido dominum Aeneam in regna recepit. Sed an cōiuges possint alter alterū in ius uocare, absq; uenia? Et uideretur non posse, mutuam enim reuerentiam debent[l]: sed tamen aliter Doctoribus uisum ferè est, æquales enim magis sunt[m]: unde nec frater fratrē cum uenia in ius uocare non possit, nisi permissu prætoris, quod Dec. tradidit[o], debet enim patruo honorē, sicut & auūculo, & amitæ, & materteræ[p]. Sed tamen quum hi uerbis edicti, de parentibus loquentis, etiam crassa minerua acceptis, non comprændantur, uix est, ut Decij ego sententiam probem, ueniamq; his casibus necessariam arbitrer.

c ¶ PROHIBITVM. Edictum ergo prætoris, quamuis pœnale, in patrono loquens, ad eius uxorem protrahitur, quod sane quàm dubium erat, quum huiusmodi pœnalia edicta interpretatione restringi potius debeāt[q]. Sed unde hoc? an ut recentiores opinātur, quoniam correlatiuorum natura hoc inducat[r]? Sed certe liberti, de quo agitur, cum patroni uxore nulla est relatio. An quia hæc extensio ab ipsa constitutione fit, quæ aliud Modestini responsum interpretatur[s]? Sed certe sine ab Imp. siue à Modestino extēsum edictum arbitremur, adhuc argumentum cō sistet, in pœnis scilicet fieri extensionem, non enim hic de potestate disputatur, sed de ratione: An ergo ueriusq; edictū quod ad personas attinet, quibus honos præstandus est, æquitate rationeq; naturali innixi, & ideo ceu fauorabile extendendū esse[t]: quantum uero sit respectu pœnæ, nullam fieri extensionem: tenebitur ergo libertus quum uenia uocare patroni uxorem. Sed si id minus obseruauerit, non tamen in Laureorum pœnam incidet[u]: quia ut aliqui hic tradiderunt, quoties dispositio, cui pœna annexa sit, extenditur, nunq; creditur repeti pœnam[x]. Sed tamen hæc quoq; sententia ambigua est, quia sequenti constitutione apparet, edictum de patrono loquens, ad hæredem quoq; eius, cuius extraneum, pœnæ quoq; respectu produci. Quare forte uerius est, ideo extendi, quia quælibet dispositio ad eum casum trahitur qui ex lata uerborum significatione comprændi potest[y]: uxor autē patroni, patrona quoq; appellari potest[z], sicut & extraneus hæres, patronus est[a], idq; hoc casu dicendum, quo de modica pœna agitur, pro naturalis reuerentiæ defensione[b].

VENIA EDICTI. a ¶ Edicto prætoris cauebatur, ne quis libertus absq; uenia in ius patronum, aut eius parentes, aut liberos uocaret: idem hic de hæredibus, etiam extraneis, patroni constituitur: ostenditurq; hanc reuerentiam naturali ratione præstari, quapropter nec rusticitati quidem succurritur, & preces principi pœnæ, in quam quis ex hac causa commiserit, euitandæ causa porrectæ, ceu temerariæ rejciuntur.

b ¶ PARENTES ET LIBEROS. Intellígūt Doct. dummodo non mala mente exhæredatos, huiusmodi enim ius libertorum amittunt, unde nec eis succedere possunt[c]: ego uereor ne hæc interpretatio, legis nostræ uerba nimium restringat,

k 6. quæst. j. c. sacerdotes.
l glo. l. liberto. ff. de obseq.
m in d. l. generaliter.
n auth. habita. j. ne fil. pro patre. §. fi. in pro œuio. fforum.
o l. medicos. C. de profes. li. x.
p arg. l. j. §. fin. de postu.
q l. de his. l. si nō dum. j. de fur.
r arg. l. sed si hac §. pen. ff. eo.
s l. 4. ff. de inof. testa.
t l. nequam. j. de obseq.
u gl. l. j. §. cū patronus. de off. præf. urb. l. solo. j. de lib. cau.
x gl. antep. in l. fi. c. in qui. cau. col. dom. li. xj.
y in d. l. generaliter.
z glo. et doct. in c. j. de mil. uas. qui contu.
a Rochus in tractatu uer. honorificum. quæst. 55.
b d. §. prætor. & ll. seq.
c l. fœminæ. ff. de senat. l. si. j. de inco. lib. x.
d l. filij. §. uidua ad munici. l. quoties. j. de priui. scho. lib. xj.
e l. mulier. §. cū proponeretur ubi doc. ad tr. f d. l. fœminæ. & l. seq.
g l. ea quæ. xj. ad muni.
h l. princeps. ff. de leg.
i l. diuo. j. de quæst.
k l. moris. §. ff. de pœnis.
l Fely. c. clerici. de iud. Bart. maximarum. de execu. mandat. lib. 10.
m l. non tantum de re iud.
n Bal. l. ij. in fi. j. de epi. et cl.
o l. medicos. C. de profes. li. x.
p c. j. §. fin. ubi Gemu. de cler. cōiug. in 6.
q 17. quæst. 4. si quis suadente diabolo.
r Aret. cōsi. xx
s l. j. ubi Bal. C. si rec. pro.
t 10. and. c. qui frustra. de reg. iur. in mercatura.
t l. cū lege. ff. de test. ubi Aret.
u l. j. §. fi. l. cui qui. de iniur.
x Bar. l. si stipulatus. §. chrysogonus. in fi. de uerb. oblig.
y Bal. c. j. §. fi. militer. q. mod. feu. am.
z l. liberti. j. de ope. lib.
a Bart. l. si non sortē. §. libertas. de condi.
b l. nequaquam. de excu. tu.
c d. l. neq; &. j. l. seq.
d d. l. liberti.
e l. aduersus. j. de crim. expi. hære.
f glo. l. si uolun tate. j. de do. prom. §. generaliter. i auth. consti. quæ. de dign.
g l. j. C. de præpo. lab. lib. xij. Bal. c. significauit. de testi.
h Bald. d. l. fœminæ.
i l. in rebus. j. de iur. dot.
k l. usufructu. solu. mat.
l l. alia. §. electer. sol. ma. ubi Rom. & Aret.
m l. nō solum. de ri. nup.
n l. si filius. ff. de dolo.
o l. fi. j. eo.
p §. item matertera. Instit. de nupt.
q l. cū quidā. de lib. & post.
r l. fi. j. de cu. press. lib. 10.
s d. l. gñaliter.
t l. 2. j. eo.
u l. pen. ff. eo.
x arg. l. in testamēto. de cōdi. & dem. Ioan. Andr. c. dispendia. de rescrip. in 6.
y l. cum lege. ff. de testa.
z c. debitum. de biga.
a in auth. de iure iuran. à mor. præst. §. j.
b d. l. nequaquā. de execu. tu.
c l. si patronus. 2. §. j. ff. de bon. lib.

& ideo defendi possit, tũ quoq; uenia opus esse, quæ ratione naturali impetrãda est, faciliusq; à successione quis reiçietur, çp̃ ius ciuile defert: nam & uxor patroni liberto non succedit[d], & tamen ei debetur reuerẽtia[e]. Intellige aũt parentes & liberos in infinitũ[f]. Sed an idem de hæredibus extraneis? Et putant idem esse, quia in dispositione legis receptũ est, hæredis appellationem in infinitum extendi[g], licet in dispositione hominis aliter soleat distingui[h], nec dicatur euitãdam esse huiusmodi infinitatem, çp̃ primum eñ exitum habebit, nempe mortuo liberto[i].

c ¶ EXTRANEI. Ius ergo patronatus ad extraneum hæredem trãsmittitur, unde idem arbitrãtur Doct. etiam in iure patronatus ecclesiæ[k], quod etiam ad fœminam extraneam hæredem scriptam transit[l], ad fiscũ nõ transit[m]. Sed an indistincte quo ad omnes effectus ius istud transferatur? Et negãt transferri quo ad operas officiales[n], quo uero ad obsequia, seu reuerentiam, lege nostra ostenditur aliud esse: debet enim non solum ipse libertus reuerentiam, sed etiam eius liberi, quod uiuẽte patre plericq; intelligunt[o]. Ego etiam eo mortuo honorem hũc deberi existimauerim, quia lex nostra nõ distinguit, & facilius quis huiusmodi obsequio, quod sanè graue nõ est, alligatur, çp̃ operis alijsue libertorum oneribus[p]. Sed hęredi extraneo debetur ne indistincte hæc reuerentia? & Fulg. Decius q; ita demũ deberi sentiũt, si ex causa hæreditaria cõueniatur, secus si nomine ꝓprio, quũ tũc etiã doli exceptione, quæ famosa est, possit reijci, ex causa uero hæreditaria non possit de dolo excipi[q], ergo nec actiõe patronus cõueniri[r]. Sed hæc interpretatio legem nostram coarctat, & ideo à Pet. Cyn. Alexandro q; receptiore sententia recedendum nõ est, ut semper hæredi patroni is honos debeatur, ne in ius absq; uenia uocetur, in cuius concessione id obseruabit prætor, ut si actionem doli, quem hæres ipse cõmiserit intendat, ueniam non concedat, si de dolo patroni agatur, concedat[s]: tunc enim eiusmodi actio hæredi, qui de dolo alterius conuenitur, infamiam irrogare non potest[t], quum non, nisi quatenus ad eum peruenerit, conueniatur: unde calculi potius quæstio quàm doli est[u], licet cõtra in exceptione doli diffinitum sit: potest enim libertus de dolo hæredis excipere, quum agere non possit: rursus nõ potest de dolo patroni excipere[x], quum agere de eo aduersus hæredẽ possit: fauorabilior enim est exceptio doli aduersus eius autorẽ, quàm actio, & is qui possessioni incũbit, de dolo patroni conqueri non debet, sed commutatis uerbis eius cineribus honorem seruare[y]. Accurs. aliã quoq; rationem affert[z], quam non improbo. Sed cur iuductum est, ut extraneo patroni hæredi debeatur per libertum reuerentia, & non uiceuersa patrono debeatur per extraneum liberti hæredem[a]? Et traditum est ex parte patroni fauorabile esse edictum, ideo ad extraneum eius hæredem extẽdendum, ex parte liberti odiosum, quapropter restringendum, ne eius hæredem contineat. Indeq; adnotare possumus aliquam dispositionem reperiri, quę partim odiosa, partim fauorabilis sit[c]. Sic synodalis constitutio, qua ei sacris interdicitur, qui sacerdotẽ uiolauerit[d], ratione percutientis odiosa & pœnalis est, ratione sacerdotis fauorabilis, & ideo ad eum, qui se simpliciter dedicauerit, cõuersusq; appellatur, tametsi sacerdos nõ sit, extenditur[e]: Sic quælibet lex in facinorosos lata, ratiõe pœnæ odiosa est[f]: sed quia publice interest fontes meritis supplicijs affici, fauorabilis censebitur[g]. Decij tamen fratres alijq; recentiores obseruandum esse existimant, quæ principalis sit decisionis causa & ex ea dispositione dijudicãdam[h], ne diuerso iure eadem res censeatur[i], sed ea qualitas attẽditur, quæ ex subiecta ratione prævalet[l]: quod & ipse probo, quoties res separationem non recipit, secus si fauor ab odio aliqua ratione separari possit, ut in exemplo nostro: cuius enim fauor patroni sit, sibi & suis hæredibus honorem à liberto præstari, tamen is fauor deficit, quũ ea qualitas liberti nõ subest, nec enim liberti hæres ipse est libertus, beneficiumúe illud personale accepit, ut ei ulla qualitas adhæreat, merito ipse nec uerbis edicti, nec mente cõprænditur[m], hæres uero patroni comprænditur, quia ius patronatus ad hæredem trãsit, & ideo potest aliquo modo & ipse patronus dici[n]: nec nouum est, quædam ex parte creditoris ad hæredes transmitti, quæ ex debentis persona nõ transmittãtur[o]. Aliud exemplum in lege municipali accipi potest, qua statutum sit, existentibus filijs masculis

d arg. d. l. nequaquam.
e §. eo. l. j.
f l. 4. §. j. ff. eo.
g l. sciendum. de uerb. sig.
h l. in annalibus. C. de lega.
i l. hæres. ff. de obseq.
k c. j. c. cũ secundum. eũ de iur. patr.
l Cald. const. 4. eo. tit.
m glo. cle. pastoralis. §. rursus de re iud.
n l. liberti. j. de op. lib. l. j. §. sed & si sub cõd. j. de lat. lib. tol.
o arg. l. quæritur. ff. de bon. lib.
p d. l. nequaquã. & l. ij. de lib. & eorum lib.
q l. apud. §. aduersus. de dol. excep.
r l. cui damus. ff. de reg. iur.
s l. hæredibus. ff. de dolo.
t l. furti. §. si qs alieno. de his qui not.
u l. sabinus. de dolo.
x d. §. aduersus.
y arg. l. ij. de obseq.
z d. l. hæredibus.
a l. hæres. ff. de obseq. d. §. aduersus.
b gl. l. qui bona. §. pen. de dam. infec.
c d 17. quæst. 4. si quis suadente.
e c. nõ dubiũ. ubi Abb. de sent. excom.
f l. cum quidam. de lib. & posth.
g Bar. l. quẽadmodum. j. de agric. lib. xj.
h l. qui exceptio nẽ. de cõd. ind.
i l. eum qui. de usucap.
l l. iij. j. de nup. ubi Bal.
m l. quia personale. ff. sol. mat. l. fi. uers. nepotibus. j. de nat. lib.
n arg. §. j. in auth. de iureiur. à mor. præst.
o arg. l. nõ solũ. §. fi. de op. nou. nun. glo. §. ex conditionali. Inst. de uerb. oblig.

sculis filias fœminas patri non succedere: hæc enim lex ex receptiore sententia simpliciter fauorabilis est[p], quia non in odium fœminarum, sed summa ratione in fauorẽ, scilicet locupletandæ agnationis, principaliter ædita uidetur[q]: unde nepos quoq; masculus filiam excludet, itẽq; neptẽ, etiã si ex masculo nata sit: in fauorabilibus eñ filij appellatione etiam nepotẽ cõprædit[r], & tamẽ negari non potest, respectu filiæ ipsius prohibitæ odiosam censeri: quapropter extra territorium non obseruabitur[s], quod scilicet extra territorium ea solum lex obseruetur, quæ ipsi prohibito fauorabilis est, idq; propter præsumptum eius consensum, ut quod propria autoritate legislatores nõ possunt (nempe de re nõ suppositа quicquam statuere[t],) id præsumpto ex partis consensu inducant: at hoc casu nullus esset color, ut uideri possit mulier propriæ exclusioni consensisse, quæ sibi odiosa est[u]. Aliud quoq; exemplum iure cõmuni in pœnis delictorum assumitur, quæ simpliciter odiosæ sunt[x], & tamen supra diximus, publice interesse, ut delicta puniantur[y]: in qua re potest distingui inter pœnas capitales, & eas quæ sanguinis pœnam non irrogant: illæ odiosæ sunt, & ideo transigi super eis licet[y], prævaletq; fauor quoquomodo sanguinem suum redimentis: hæ nõ sunt, utilitasq; publica in his regulariter attenditur, siue quod pœnæ hoc casu non admodum graues sunt, siue quod delictum recepti rei fauorem obnubilat[z]. In legitimatione quoque idem exemplum à Doct. approbatum est, ea enim causa paterni delicti odiosa censetur, quia uitium huiusmodi restringendum fuit[a]: ratione uero ipsius filij naturalis, qui aliena laborat culpa[b], fauorabilis habetur: quapropter, qui legitimare, ijj spurios itemq; incestos ex indulgentia principis potest, utroq; morbo mixtim affectum legitimare poterit[c], quãuis enim propter duplicẽ maculam fœdior sit is spurius, quo ad eum tamen propter fauorem fiet benigna interpretatio, nec patris odium obstabit, cui etiam si plures separatim incesti filij essent, nihil obstaret, quin uerbis indulgentiæ omnes restitui possent, quum tamen plus in eis deliquisset, quàm

p Cur. cons. 9.
q l. j. §. pen. de uentr. inspic.
r Bart. l. liberorũ. de uer. sig.
s Bar. l. j. col. 13. ff. de sum. trin. & fid. cathol.
t l. fi. de iur. omn. iud.
u Rom. cõs. 39. Pet. de Ancha. rep. c. j. de cõstit. chart. 21.
x c. odia. de reg. iur. in 6.
y l. ita uulneratus. ad l. aquil.
z l. transigere. ff. tit. ij.
a l. legem. j. de nat. lib.
b l. fi. j. eo. tit.
c Doct. l. ij. ff. de uerb. oblig.

mixto hoc casu.

d ¶ RVSTICITATI. Id est simplicitati seu imperitiæ[d], qualis solet esse in rusticis, ea eñ regulariter excusat à dolo præsumpto[e], & à uera cõtumacia: quapropter rusticus per contumaciã uictus, appellabit: quũ is solum à beneficio appellandi excludatur, qui uerus contumax est[f], in eo quoq; uix erit, ut fœneratitiæ fraudes præsumantur[g]: & si aduersus legem mercatus aliquid fuerit, ne in pœnam incidat, ei succurretur[h]: ut quũ rem emit inobseruata municipalis legis forma, non enim ideo malæ fidei censebitur[i]. Idem si ad testimonium adhibitus pugnantia in multiloquio effutierit, falsi reus non censebitur, quum dolo carere credendũ sit[k], quod tamẽ plurimum in arbitrio iudicis residebit, qui ex qualitate personæ dijudicet[l]. Excusat etiã rusticitas quum quis ex præsumpta repudiatione sibi præiudicaret, tollitur eñ eiusmodi tacitus consensus, cõtraria coniectura imperitiæ: quapropter lapsus temporis rustico impedimẽto nõ est, quominus bonꝰ postulet[m]. Idem si exceptionem dilatoriã ante litis contestationem non obiecit, rursus nihilominus audietur, licet plerisq; reclamantibus laſ. dissentiat[n]. Sed & ex temporali aliqua præstatione, ut quia nobili alicui syntheſim caponum decẽnio dederit, obligatio nulla in eo præsumetur, nisi longissimi temporis præscriptio tacitum consensum induxerit[o], quod tamen in alijs secus esset[o]. Excusat & à pœnis iure positiuo illatis, quæ naturali ratione non confirmãtur[k]: ut si mulier rustica secundis nuptijs celebratis, inuẽtariũ à tutore fieri nõ procurauerit, uel præpostere eũ bona pupilli administrare permiserit, qđ recte Socy. senior respondit[l], in quam sentẽtiam Paul. quoq; accedit, nisi omnino tutorem nõ petijsset, ipsaq; administratiõnẽ neglexisset, aut periores cõsulendi copiam habuerit: naturali enim ratione insitum cuiq; matri esse debet ut filio saltem tutorem petat[p], unde in tali iure erranti rustico non succurritur, quod lex nostra ostẽdit, filius enim liberti & ipse naturali ratione patronum colere obseruare q; debet, cuius beneficio liber natus est, quare nõ debuit temere actionẽ hãc intenꝰ

d l. j. j. de interd. mat.
e l. si quis id qđ. de iur. om. iud. l. ij. §. fi. si qs in ius uoc.
f l. ex consensu. in fi. de app.
g glo. l. cũ alleg. as. j. de usur.
h l. j. j. non licet habit. metroc. lib. x.
i Cor. cõsi. 147. 2.
k Ang. §. & licet. in auth. de testib.
l l. athletas. §. fi. de exc. tut.
m l. pen. j. qui admitti.
n Ias. l. si cõuenerit. de iur. om. iud.
o Bal. l. solent. in fi. de off. proc. Socy. cõs. 145. l. cum de in rẽ. ff. de usur.
k auth. eisdẽ. §. item. j. de sec. nupt. Socy. cõs. 39. j.
p l. fi. j. qui pet. tut.

tare, quod si reus fuisset, & ad iudiciũ pro-
q l.fi. in fi.ff. de æden. uocatus, facilius illi succurreretur[q]. Sed & si interdictũ matrimonium affectauerit, nõ
r l.j.j. de interd. matr. adeo ei fauetur, ut matrimoniũ ualeat[r]. Sũt tamẽ, qui respectu pœnæ, tum quoq; causa cognita, succurri arbitrentur, nisi quũ id in damnũ alterius uergeret[s]: quapropter si rusticus inuentariũ rite non cõficiat, nõ solũ nõ corroborabitur, sed etiã in pœnas cõstitutionis incidet, non tam quod rigoris conseruãdi causa id inductum sit[t], q̃ quia res hæc in hæreditarij creditoris damnũ reuolueretur[u]: nam & si emphyteuta per rusticitatẽ canonem nõ penderit, à iure suo cadet: ius eñ naturale uult, ut promissa seruemus, nec in dñi damnum adiuuari is debet. Illud etiam non negauerim, in his quæ iuris rigorem, eiusq; cõseruationẽ respiciunt, non excusari rusticos[x]: debent eñ sibi imputare, qui peritiores nõ consuluerint[y]. Fortius censuit Ias. etiam si consulere eos nõ potuerint, nõ tamẽ excusari, in quo ego dissentio[z], quia excusatur rusticus qui intra tempus edicti bo. pos. nõ petijt, si peritorum copiam, quos cõsuleret non habuerit, quod tempus de forma & rigore iuris introductũ uidetur: unde illud, quod uulgò traditum est, si quis q̃ aduocati sui cõfessionem incõtinẽti nõ reuocauerit, sibi obesse[a], in rustico locum nõ habet, cui succurritur, ut quãdocũq; reuocare eã possit[b]: & hoc est quod uulgò dicitur, iuris cõmentitij seu positiui ignorãtiam, rusticis excusationem præstare[c]: iusta enim causa hæc prætori uideri debet, ut eos clausula generali restituat[d]. Et hæc quod ad excusationẽ pertinet satis. Quomodo aũt in lucro captã do iuris ignorãtia rustico nocet, si peritiores consulere potuit, alibi tractandum est[e].

s Bal.d.l.j.

t gl.§.j.38.dist. u l.fi.j. de iure delib. ubi Bal.

x Bar.l.j.§.nuntiatio. de ope. nou.nun.

y Alex.l.iuris.j. qui adm.

z l.bonorum.ff. de bon.poss.

a l.j.& ij.j. de err.aduo.

b Bal.c.fi. de cõfes.c.si cautio. de fid.instr.

c l.cũ de indebito.ff.de prob.

d Alex.d.l.iuris.

e d.l.bonorum. d.l.iuris.

e ¶ CONCEDI, Si pœna hæc fisco deberetur dubium non est, simplici rescripto remitti posse: Sed quum ex edicto prætoris quæratur patrono, nõ debet princeps eam remittere: hinc q̃ arbitror, probari posse, eũ qui precibus principi porrectis petit, ut ius alterius auferatur, temeritatis crimine notari, sicut qui rem actam agere, contra antiquum prouerbiũ, tentat, hac q̃ causa principi supplicat, infamiæ nota fœdatur[f]. Dubium tamẽ nõ est, quin supremi principes, si uelint has pœnas libera, quam sibi uẽdicant, potestate remittere possint[g]. De iure autem nostro non possent: quũ enim omne ius & imperium ex translatione populi habeant[h], non aliter eo debent uti, q̃ ipsi qui transtulerunt uterẽtur[i]: quapropter in iure nostro, nulla est mentio plenitudinis potestatis, item clausulę, nõ obstante &c. ut Bal. ait. Sed quid ī Marchionibus, Ducibus, Comitibus q̃ ab his cõstitutis? Et multominus posse dicẽdum est: nec in eius dignitatis concessione id actum uideri potest, ut ius alterius auferant[l]: alioqui à tali concessione appellari ipse supremus princeps posset[m], & etiam ab eo qui aggrauaretur ex supplicatione adiri[n]. Possent tamen rectores & duces à principe cõstituti quandoq; remittere huiusmodi pœnas, ex causa scilicet publicæ utilitatis, ut si pax fiat, uel exules in gratiam admittãtur, caueaturq; ne de iniurijs damnisq; ultro citroq; illatis ius ciuiliter uel criminaliter reddatur[o], quod Athenienses ἀμνηστίαν dixerunt: quod & tunc publice interest, ab his principibus obseruari, qui iã diu antea à maioribus suis amissum regnum recuperarunt: si enim restituerentur factiosis bona, necessarium esset ueteres omnes possessores inquietari, quare potius eis ipsi de suo satisfacere debent, & Arati Sicyonij exemplum imitari, cuius M. Cic. off. lib. secundo meminit: in dubio tamen, quum expresse aliud cautũ non est, salua sunt omniũ iura, q̃d pluribus exemplis Ias. hic prosequitur.

f l.fi.3.ut lit.pẽ.

g l.sacrilegij. 3. de diu. rescr. l. pe. de nat. rest.

h l.j. de const. princ.

i l.j. de off. præt. in fi.

k Bal.

l l.si libertus.

m Bart.l.si. col. ij. de app. reci.

n c. cõsuluit. iij. in fi. de app.

o Doc.l. cõuẽtio nũ. ff. de pact.

QVI IN POTESTATE. Quũ inter patrem & filium, iure nostro, lis nulla sit[r]: sequitur, ut si filius patrem absque uenia in ius uocet, in pœnam non incidat. Sed unde hoc? quum etiam magis irreuerens censendus sit, qui audet de facto litigare, patremq; eius pecuniæ appellare, cuius nulla actio oriri potuit. Sed distinguẽdum est, quũ quæritur, an pœna legalis ex facto nullo committatur: si ipsum factum notet, non est dubium cõmitti[s], uideturq; id maxime notare, quũ actus nullo modo de iure fieri potest[t], alioqui in dubio credendum est, de actu ualido actum[u]: unde nec emphyteuta inutili contractu alienans in pœnam incidit[x], nec cedẽs cõtractu nullo, pœna cedentis ex lege municipali afficit[y], & si qua similia[z].

r l.lis nulla. ff. de iud.

s l. quid ego. §. cũ aũt. de inst.

t l.ij.s. de sacr. eccl.

u l.j. in fi. ff. q̃d quisq; iur.

x Bald.l.ij.s. de epis. aud.

y l.ij.§.j. ubi Bar. ff. de leg. præst.

z Ias.l. ubi.j. tit.ij.

IMPP. DIOCLETIANVS, & Maximianus Augusti & Cæsares Rosanæ.

b ¶ PETITA, Et impetrata, simplex enim petitio nõ sufficeret[a], debetq; iudex nõ nisi causa cognita eã cõcedere[b]: & ideo poterit curare, ut admoneatur pater, uel patronus, huiusmodi ueniam à se peti[c]: nõ tamẽ necessaria est alia citatio, & ita sentit Bal. quem alij crebrius sequũtur, quia lex solũ eius citationis meminit, in qua præcedere causæ cognitio debeat: & si causa cognita prætor deneget ueniam, adeundus esset princeps[d]. Sed an impetratio expressa requiratur, an uero tacita sufficiat? Et quidã non sufficere existimant[e]: à quibus ego cũ plurimis dissentio, prætorem enim mandando, ut ad ulteriora procederetur, hanc ueniã cõcessisse credẽdum est[f]. Idem si citationi, in qua uenia peteretur, subscripsisset, quum enim de plano id cognoscatur, sufficit libelli subscriptio[g]. Sed quid si in ius uocatio absque uenia facta sit? an processus erit nullus? Et dicẽdum est esse, quia ultra indictionẽ pœnæ uerba edicti prohibitoria sunt, parentẽ scilicet patronũ in ius ne quis uocet[h], & quũ actus infirmatio solum illius damnum respiciat, qui in pœnam cõmittit, consequẽs est, nõ solum pœnam deberi, sed etiam actũ esse nullum[i]: quod tamen non procedit, si pœniteret libertum eius citationis, actionemq; remitteret[k], quod ex quadã æquitate inductum est: satis enim pœnæ dedisse eum lex interpretatur, qui iuri suo renuntiat: quod maxime in patre dicendum est, nam ut Terentius ait, modicum supplicij satis est patri. Idem in patrono, qui charitate proximus est patri. M. Cato quadã oratione, cuius A. Gel. lib. v. meminit, autor est, in officiorum ordine patrem primum, postea patronum proximum nomen habere: an quia sicut specialiter in fauorem patris patroniq; edictũ fuit, ut absq; permissu prætoris non uocentur, ita specialiter in fauorem filij & patroni debuit constitui, ut quàmuis consummatũ delictum, ex pœnitentia dilueretur, quod receptius est[l]. Non procedit rursus quãdo pater uel patronus non compareret, ulteriusq; inquietatus nõ esset, circũducitur enim citatio, nullumq; inde oritur ipsis detrimẽtum[m]. Idem si uolentes in ius uocati, essent, aut spõte nec citati uenissent[n]: qua ratione etiã traditum est, si patronus uocatus in iudicium uenerit, & nihil quod ad ueniã pertinet obiecerit processum sustineri[o], uidetur enim sponte adfuisse, & tacendo iudicium comprobasse: [p] nec obstat quod in his, quæ ad reuerentiam spectant, remissio non ualeat: unde pactum ut maritus etiã supra quàm facere possit cõueniat, nullius est momenti[q]. Respondeo, huiusmodi pactum citra decus maximum mariti obseruari nõ posse, ut scilicet ea sibi auferantur, sine quibus uiuere non potest: at in ius uocari, nõ adeo indecorũ est. Duobus igitur solum casibus processus erit nullus, uel quum oppositum à patrono est, uel quum patronus in iudiciũ, spreta temeraria citatiõe, uenire recusauit, & ceu in cõtumacem, processus aduersus eum factus est.

a Inst. de pœn. tem. liti. §. fi.

b l. sed si hac. §. prætor. ff. eo.

c arg. l. qui hyberus. de ser. urb. præd.

d arg. c. si religiosus. de elec. in 6.

e arg. d. §. fin. Inst. de pœn. tem. liti. & §. pœnales. Inst. de act.

f l. à procedente. j. de dila. Aret. cõsi. 118.

g l. nequicq̃. §. ubi decretũ. ff. de off. pro. & leg.

h l. 4. §. j. ff. eo. l. non dubiũ. 3. de legib.

i l. j. ff. de his quæ pro non script. Bart. l. prætor. de op. no. nunt.

k l quãuis. ff. e.

l Bart. l. qui ea mẽte. de fur.

m d. l. quàmuis. Bal. auth. habita. col. pen. j. ne fil. p parte.

n d. l. quãuis. Alexan. cõsil. 166. in j.

o l.j. §. j. ubi gl. ff. de ser.

p l. alia. §. elegãter. sol. matr.

q d. §. elegãter.

c ¶ MATRIS. Quid in altrice, an alũnus eam uel altorem in ius absq; uenia uocabit? Et non putauerim, debet enim illis reuerentiam: Vnde indignus, inquit lex[r], militia est, qui patrem & matrem, à quibus se educatum dixerit, maleficos appellauerit: nomine enim patris & matris etiã educatorem intelligendum arbitror, ne illa uerba à quibus se educatum &c. superfluant.

Plautus Menæch.

A deo forma simili pueri, ut mater sua
Nõ internosse posset, quæ mammã dabat,
Neq; adeo mater ipsa, quæ eos pepererat.

Nam & Græce sic dicũtur, quia pueros à quibus pa & ma (sunt hæ uoces infantium) appellantur, τιτθέσθαι, id est seruent.

r l.j. ff. de obseq.

d ¶ NON PROHIBERIS. Edicto prætoris, ex quo & pœnalis actio ad quinquaginta aureos constituta est[s]: quæ summa, nostratium aureorum est ferè sexaginta septem: in libra enim LXXII. inerant ueteres aurei, ut ex Arcadij constitutione apparet[t], quum ex nostratibus sint in libra centum: eundemq; calculum obseruandum tradunt in donationum insinuationibus, & si qua similia in iure leguntur, quod Paulo, Alex. Ias. uisum est: à quibus ego dissentio, quia per consuetudinem uidetur noster aureus ueteri subrogatus[u], & propter temporum nostrorum pauperta-tem[x] tanti est in præsentia auri drachma, id est oboli sex, quãti olim oboli VIII. nã & aureus, de quo in edicto prætoris, drachmalis erat: ut elegãter lib. de asse II. BVDAEVS docet, & nos alibi admonuimus, & tamen postea lege Arcadij diminuto pondere, non maior pœna quàm quin-

s l.pen. ff. eo. ubi Ias.

t l. quoties. de fusc. & arc. lib. 10.

u arg. not. per Bar. l. in quartam. col. pen. ad l. falc.

x arg. §. postea. Inst. de succes. lib.

quaginta numero fuit[y]. Adde, quod quũ diminutio hæc citra ullam liberti moram facta sit, æstimatio ad tempus solutionis iure redigenda est[z].

y d.§.fi. de pœtem.lit.
z Bar.l.Paulus.col.fi.de sol.

RVBRICA.

DE PACTIS.

a l.j.ff.de pac.

PACTVM, est duorum pluriumúe in idẽ placitũ consensus[a]. Dicitur autẽ à pactione, ut Vlp. inquit, quod uerbale est nomen. Sed cur nõ potius uerbũ ipsum à nomine deducitur: quũ ueri similius sit prius fuisse rei nomẽ, ꝙ uerbũ. An quod in hoc cõsensu res absq; ipso actu uerbi esse nõ potest: ut in singulari libello in quartũ Aeneidos Priscianus ait: an quia paciscor aut pango unde fit pepigi & pactũ, à Græcis πάγνυμι νῦ πηγνύω descẽdunt, quæ figere, cõstabilire ꝙ significãt: Hæc pacta iuregentiũ obligationẽ, propter cõsensum, producebãt, quæ obligatio naturalis dicitur[b], quod scilicet æquũ erat fidẽ seruari, unde & nomẽ fides sumpsit, si Ciceroni credimus, quia quod dictũ est fiat. Mãdari autem executioni huiusmodi promissa aliqua actione nõ poterãt, quia nullæ eo iure erant actiones[c]: solũ ergo ad retentionem, quæ defensionis est species, sufficiebant: tametsi & uerisimile sit, petẽtibus quandoq; solitos reges subuenire, uerũ id nõ certa ratiõe, sed arbitratu tantũmodo eorũ fiebat[d]. Oriebatur autẽ ex his obligatio illa naturalis, etiã inter patrẽ & filiũ[e], opinor & inter seruũ & dominũ[f], quia scilicet seruus quoq; naturaliter obligatur, sicut & naturaliter possidere potest[g]: nec quicq; referebat, cũ causa essent, an sine[h]: pro se qs promisisset, an pro alio[i]: semper em̃ seruabatur fides[k], nec in eis cuiq; licebat pœnitere[l]: solum eo casu nullius erãt effectus, quũ æquitati aduersarẽtur: Sublata em̃ æquitate, naturalis obligatio elidebat, uel tollebatur[m], qua propter & hodie pacta q̃ resistẽte lege cõcipiũtur, nullius sunt momẽti[n]. Successit deinde ius ciuile nostrũ, quo magistratus certa forma cõstituti sunt, iudiciorũq; ordo inuẽtus, actionesq; repertæ, quibus quis in iudicio peteret quod sibi deberetur[o]: unde factum est, ut nõ amplius ad incertum illud manus regiæ auxiliũ esset recurrẽdũ, sed corã magistratibus, cõpetẽte formula experiendũ. Igitur legislatoribus nostris uisum est, uim quidẽ pactorũ, quam iuregentiũ habebant, nõ abolere, sed in sua natura relinquere, ut obligationẽ tantũ naturalem parerẽt, & ita seruaretur, uti eorum uis semper fuerat[p].

b l.cum amplius.§.is natura.de reg.iur.
c l.2.§.deinde ex his.ff.de orig.iur.
d arg.d.l.2.in princ.
e l.frater.de cõdic.inde.
f l.si id qd'.de cõdic.inde.
g l.stip.ista hab.§.hæc quoq;.ff.de uerb.obl.
h l.2.§.circa.de do.excep.
i d.l.stip.§.alteri.
k Ang.cõs.202.Soc.& Mod.in rub.de uer.oblig.
l l.si pecuniã.de cõdic.ob.cau.
m l.Stichũ.§.naturalis.de solu.
n l.pacta quæ cõtra.j.eo.
o d.§.deinde.
p l.iurisgen.§.prætor.ff.eo.

Hinc simpliciter prætor edicto suo se pacta seruaturũ pollicetur: seruat enim, qui rem uti est, nõ sinit extingui, etiã si eam nõ augeat, hæc ꝙ huius uerbi est significatio, nisi aliud ex subiecta materia[q], uel altera distinctiuæ parte appareat[r]. Cæterũ ab hac regula exceptæ sunt aliquæ cõuentiones, & in primis illæ, quæ in aliud nomẽ transeũt, ut emptio, locatio, societas, cõmodatũ: uidentenim specialiter omni iure approbatæ, & ideo actiones pariũt[r]: quibus accedũt, & si qua pacta his in cõtinenti adiecta sunt, informat enim, id est ampliore forma instruitur, ab his actio, ut nõ solũ ex eo contractu, sed ex his quoq; pactiõibus dari possit[s]. Eódem pertinẽt illæ, quæ ꝙis generali cõtractus nomine solũ appellẽtur, tamẽ ex subsistente causa fomentũ accipiunt: ut quũ do, ut des, uel facias[t]: si em̃ posteaq; accepisti nolis dare uel facere, præscriptis uerbis iure ciuili actio datur: causa uero hæc à lege nostra actiõi pariẽdæ existimata est sufficere: quia nõ in solo dicto res cõsistit, sed in facto quoq; utriusq;: non enim dare, id est dominiũ transferre, alicuius rei in te possum, nisi tu accipias[u], συναλλαγμαός, id est mutuum facto mei dãtis & tui accipiẽtis interueniat[x]. Idem est si facio ut facias, propter mutuum enim mãdatũ iure ciuili actio datur[y]: quapropter si cõuenerit, ut mulier quacũq; maritũ sequeretur, eius sumptibus uteretur, actio in factũ cõpetet[z]: at quũ facio ut des, quia in huiusmodi facto nullũ est ius, quod in te accipientẽ transeat, nõ existimauit lex actionẽ ciuilem dãdam[a], merito prætoris auxilio opus fuit, qui propter æquitatẽ, ne ipse qui feci decipiar, actionẽ de dolo decernit: quod etiã generaliter ab eo cõstitutum plerique tradunt, quoties ex pacti inobseruatione, aliqs in rei suæ dãnum incideret, ut quum quis pro seruo promittit cẽtũ, si dominus eũ manumiserit, & seruus adepta libertate uti conuenerat, obligationem in se trãsferri nõ patitur[b]. Sed ibi quoq; principaliter actũ erat, ut dominus faceret, id est manumitteret, & seruus deinde daret. Hodie tamẽ iure põtificum ex pacto agi posse receptũ est[c]: quoniam in mystico carmine dicitur, Quæ processerint ex labijs meis nõ faciã irrita[d]. Sed quũ is qui pacta nõ seruat proculdubio ob fidẽ contẽptã delinquat[e], cur in peccati materia ius pontificũ etiã in foro ciuili nõ attendimus[f]? & omnẽ hũc iuris ciuilis rigorẽ subuertimus? An qd' fundamẽtũ pontificiæ iurisdictiõis est promittentis peccatum, qui si minime se peccasse dicat,

f Bar.in rub.de uerb.oblig.
m l.qui patitur.ff.manda.
n d.l.j.
o l.in adop.ff.de adopt.
p l.3.de pollici.
q d.l.3.l.Charidemus.l.ex pol licitatione.de pollici.
r l.licitatio.ubi Bar.ff.de pub.
s l.fi.C.ad uelleirub.& in l.ad exactionẽ.de dot.prom.
t l.sciendũ.§.j.ff.de edil.ed.
u l.nuda.C.de cõtrah.stip.
x arg.l.si pater.in prin.de manu.uin.
y d.l.3.& l.j.eo.tit.
z l.labeo.2.de uerb.sign.
a l.statuas.de aqui.re.dom.
r c.j.eẽ.de pact.iuncta.l.j.ff.de reb.dub.
d l.iurisgen.in prin.
s d.l.iurisgẽ.§.quinimo.
t l.naturalis.§.j.de præscript.uerb.
u l.3.§.pen.de cõdic.ob cau.
x d.l.iurisgẽ.§.j.& l.labeo.§.contractus.de uerb.sign.
y d.l.naturalis.§.pen.
z l.inter.§.cõmunit.ff.de pact.dot.Ias.in d.l.iurisgen.§.sed cũ nulla.14.limit.
a d.l.naturalis.§.qd'si facia.
b l.elegãter.§.seruus pactionis.ff.de dolo.
c c.j.de pact.
d Psal.89.
e c.iuramenti.22.quæst.5.
f c.fi.de præscr.Bar.l.primilegia.3.de sacr.eccl.

dicat, quod imprudẽter & absq; cogitatiõe promiserit, fidẽ in hac materia faciet[g], quia scilicet eius assertio præsumptioni legis nõ discordat, ex stipulatione enim lex actionẽ cõcedit, quia propter præcedẽtẽ interrogationẽ nõ temere effutitã respõsionem arbitratur: in pacto cõtra[b], quoniã, ut cõmuniter traditũ est, multi ea fiducia re nõ interueniẽte nudis uerbis offerũt, quia credũt eũ cui offertur nõ acceпturũ[i]. His accedat quod uulgo traditum est, eũ qui autoritatẽ legis sequitur, in foro cõscientiæ tutũ esse, nisi cõtrariæ ueritatis eum certũ esse is probauerit, qui euãgelicã denuntiationẽ proposuerit[k]. Sed dubium est, quid si quis promittat præsenti, qui expresse nõ acceptet, erit'ne id pactũ, an pollicitatio: & quum hoc in cõtractu necessaria nõ sit forma uerborũ, parq; sit taciti & expressi uirtus[l], crebrius receptũ est, esse pactũ[m]: si de his casibus agat, quibus præsens & tacens uidetur cõsentire[m], lex enim diffidẽdo pactum dicit, in ea re, quæ utriq; placeat, cõsensum esse[n]: at in dispositiõe legis æquiparatur expressus cõsensus ei qui nõ cõtradicendo intelligitur[o]: solũ igitur pollicitatio erit, quũ cõsensus amborũ nõ iungitur[p]: ut si absenti promittam, uel etiã si præsenti, offerẽdo id quod futurũ arbitrarium sit alteri, acceptare uelit an nõ, ideoq; tunc nõ interueniat cõsensus[q]: dicit' enim polliceri per metaphoram ab eo, qui potest liceri, id est qui tãtam summam obtulit, ut res hastæ auctioniq; subiecta addici possit, ut si plus nõ offeratur, res sibi remaneat[r]. Sit igitur pollicitatio solius promittentis oblatio, nõ tunc, sed in futurũ acceptanda, uel reijciẽda: quæ si deinde acceptetur, uires pacti habet, licet pollicitationis quoq; nomẽ seruet, unde & pollicitatio dicitur de re acceptata, ut in dote[s], & in cõtractu emptionis[t]. Hinc & nuda pollicitatio pro pacto nudo[u]. Potest autem pollicitatio hæc anteq; acceptata sit reuocari[x], nisi quũ reipublicæ ob honorẽ facta est, aut cœptum sit opus, uel res iam tradita[y]. Sed an appellatione contractus contineatur omne pactum? Et traditũ est, cõtractum quidẽ proprie esse ultro citroq; obligatoriũ[a], sed tamen lata significatione, omne pactum, etiã alterius, tantũ naturalem obligationẽ inducens, cõtractum esse innominatum[b]. Quid si lege municipij cautum sit ne ulla mulier absq; agnati consensu cõtrahere possit: an donare poterit, uel paciscí? Et Bal. nõ posse hic existimauit, quem cæteri sequuntur: ratio em̃ legis est, ne facile decipiatur, unde etiã in lege correctoria uerba ex lata significatione accipi possunt, dum subsit eadem ratio[c]. Sed an repudiare poterit hæreditatẽ paternam? Et idem Bald. posse censuit, quia repudiatio pactum non est[d]. Ego dubito, quia eadem fere & hoc casu est legis ratio, nempe lubricum mulieris consilium, quo capta ius adeundi facile amittere non debet[e]. Et repudiatio acceptata satis dici potest pactũ, est enim duorum consensus: & qui sibi pacto præiudicare nequit, nec repudiatione quidem id posse debet[g], nisi quum id solum lex curat, ne quis de opibus diminuat: non enim diminuit, qui repudiat, seu non uult acquirere[h]. Sed an consentire poterit? Et uideretur posse, eodem Baldo autore: quum aliud sit contrahere, aliud contrahenti consentire[i], & ideo poterit mulier citra aliam agnati operam, emphyteutæ suo consentire meliorationes alienanti[k], ut Picus hic tradit. Sed ego hoc quoq; casu ad rationem legis aduertendum arbitror, ut si eadem in consensu sit, quæ & in contractu, legem ipsam producamus[l]. Vnde minor XXV. annis qui prædia alienare nõ potest, nec alteri quidem ea alienanti consentire potest, fraus enim legi fieret[m]. Sed appellatione pacti in dubio de nudo ne intelligemus, an de eo qui in efficacis cõtractus nomen transeat? & receptius est de nudo potius intelligi[n], quoniã in dubio specialior significatio semper accipiẽda est[o], quod Bal. Deciusq; hic probant, itemq; alij[p]. Ego tamen & hoc casu ad rationem legis aduertẽdum arbitror, nec tãtum perpendi quo nomine contractum suum partes appellauerint: quantũ quid uel ab eis actũ sit, uel à legislatore uerisimili mẽte constitutum[q].

g Bar.in extraag.ad repri.uer.p denũtiationẽ.
h Doct.in rub.de uerb.obl.
i l.sciẽdũ.uersi.ea autem.ff.de edil.edic.
k Doct.c.nouit.de iudi.
l l.cum quid.si cer.pet.
m Ang.cõs.183.Socy.112.Ias.in rub.de uerb.oblig.
n l.qui patitur.ff.manda.
o d.l.j.
p l.in adop.ff.de adopt.
q l.3.de pollici.
r d.l.3.l.Charidemus.l.ex pol licitatione.de pollici.
s l.licitatio.ubi Bar.ff.de pub.
t l.fi.C.ad uelleirub.& in l.ad exactionẽ.de dot.prom.
u l.sciendũ.§.j.ff.de edil.ed.
x l.nuda.C.de cõtrah.stip.
y arg.l.si pater.in prin.de manu.uin.
a d.l.3.& l.j.eo.tit.
b l.labeo.2.de uerb.sign.
c l.cum lege.ff.de testa.
d l.j.j.eo.
e l.precia rerũ.ff.ad.l.falci.
f Bar.in d.l.licitatio.
g l.j.j.eo.l.si ita scriptum.§.si sub conditiõe.de leg.
h l.si sponsus.§.si maritus.2.de don.inter uir.& uxo.not.in.l.3.j.eo.
i l.si pater.§.fi.ff.de manuin.
k l.fi.j.de iur.emphyt.Bal.l.fi.col.2.j.eod.
l l.ij.j.si ad don.ubi Doct.
m l.lecta.§.cõuenit.si cer.pet.
n l.hoc legatum.de leg.3.ubi Bar.
o Cardin.c.j.quæst.5.eẽ.eo.Paul.de Castr.cõs.43.col.2.
p l.insulam.de præscr.uerb.

IMP. SEVERVS AVGVSTVS Philino.

CONDITIONIS[a] incertæ Fideicommiserat testator siue pater, siue extraneus Philino hæredi scripto, ut si absque filijs decederet, hæreditatem Frontoni fratri restitueret, is quum uereretur ne filios non haberet,

a l.precia rerũ.§.si quis.ff.de cond.& demon.

ret, & sic fideicommissi conditio eueniret, cum Frontone cõuenit, ut accepto in præsentia sextante, id est duabus uncijs, fideicommissum pacto sibi ille remitteret: mortuo Philino, superstite filio, quærebatur, an repeti ille sextans Frontoni datus posset, tanq̃ cessaret causa: defecerat enim conditio, quũ supersites esset filius, & respondetur non posse, quia causa conuentionis ea fuit, ut incertitudo, & spes illa fideicõmissi remitteretur, quod factum fuerat: & ideo consummatus causæ effectus[a], nec curandũ quid deinde euenerit, remissio enim incertitudinis iustam præbet huic pacto causam, unde nõ potuisset Philinus errorem allegare, imo etiam si minor XXV. annis fuisset, nec restitutione quidem in integrum ei hoc casu potuisset succurri[b], nisi tamen nimia quædam minoris facilitas allegaretur, uerisimileq̃ esset, prudentem, & magno natu uirum, propter spei uicinitatem, non ita contracturum, ut Raph. Comensis respondit[c].

a l. fi. ff. un. lib.

b l. de fideicommiss. o. j. ti. j.

c cons. 114.

b ¶ INCERTVM. Id est, incertitudo ex conditione oriens, ut nomen adiectiuũ sit, quod formam substantiui assumit. Bar. tamen hic conditionem pro toto fideicommisso conditionali accipi ex uulgari sensu arbitratur[d], quæ sententia utcunq̃ defendi potest, quando id actum à partibus ueri simile est, ut in casu legis nostræ. Finge datum Frontoni sextantem, ut cõditionis incertum remittat, si de sola cõditione submouenda ageretur, fideicommissum remaneret purum: at uerisimile non est numerasse Philinum pecuniam in sui damnum, & uoluisse solam cõditionem reijci: quin potius omne fideicommissum abolebitur, alioqui contractus in eius fauorem celebratus dãnosus esset[e], inductaq̃ ad unum effectum contrarium operaretur[f], merito igitur magis mentem q̃ uerba attendemus[g]. Aliud exemplũ est, quum testator, extraneis hæredibus æqualiter institutis, addit fideicommissum, ut qui prior sine liberis decesserit alteri restituat, deinde codicillis adimit cõditionem, intelligetur ademptum fideicommissum, ex coniectura mentis: si enim sola cõditio mortis & filiorum cẽseretur ex ui uerborum adempta, sequeretur fideicommissum fieri purum, & quemlibet grauatũ esse, tantum alteri dare, quãtũ acciperet, & tum [b] inter fratres non iniquis rationibus [c] conuentio ne finitum est[d]. Quum igitur uerbis fideicommissi sic actus omnis esset inutilis[b]: quæ ratio nõ procederet si partibus inæqualibus institui essent, tunc enim à ui uerborum non recedi, uerius & receptius est[i]. Aliud exemplũ in hoc casu est in filijs, etiam si inæqualiter instituti fuerint, nã prædicto casu fauore filiorũ humanior interpretatio erit accipiẽda, ne grauati cẽseantur, ut appellatione conditionis de fideicommisso intelexerit, uidemus enim eorum fauore non apposita uerba pro adiectis haberi[k], quandoq̃ & à proprietate sermonis eorum causa recedi[l]: merito igitur & hoc casu κατὰ συμπεπλοχὴν loquutum testatorem existimabimus, & pro parte totũ intellexisse. Sunt & qui existimẽt, sicut adempto modo censetur ademptum legatum[m], ita etiam de cõditione dicendum, quando scilicet cõstaret legatum contemplatione oneris, quod in conditione cõtinebatur, relictũ fuisse, qua in re amplius deliberandum est[n].

b l. ab omnibus. §. si titio. in fi. ubi Bartol. de leg. j.

d l. §. conditio. d. l. si quis seruum.

k l. cum auus. de cõdi. & dem.

l l. Gallus. §. j. de lib. & posth.

m l. alumnæ. §. seia. ubi Bart. de adi. leg.

d Bart. l. si quis seruũ. de cõdi. & dem.

c ¶ NON INIQVIS rationibus. Sicue quia fratres sic æquales fierent, nec alter solus censeretur aggrauatus[o]: siue, quia fideicommissum cẽsetur factum fauore eius cui debetur, unde æquum fuit ei liberam concedi renuntiationem, quum ex regula iuris, quisq̃ fauori suo renuntiare possit[p]: siue, quia fideicõmissa iure quodam speciali introducta sunt, & captandæ mortis uotũ præstant[q], quod licet toleretur, propter uolũtatem testatoris, de cuius hæreditate agitur[r], nõ tamen negari potest, quin remissio huiusmodi sit fauorabilis[s], habet enim fideicommissarius spem, etiam ante cõditionis euentum, quæ remitti ab eo potest[t], quum non possit dici pactum de hæreditate uiuẽtis, quia ex fideicõmisso testatori iam mortuo succeditur, nõ ei qui grauatus est[u].

n d. l. si quis seruum.

o l. cũ pater. §. euictis. de leg. 2. l. ut liberis. j. de trãsact.

p l. pen. j. eo.

q c. ne captãde. de cõcef. præb.

r arg. l. fi. j. eo.

s arg. l. si fuerit. de re. dub.

t Bart. l. is põt. col. 3. de acq. hæred.

u l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg.

d ¶ FINITVM. Per pactum, & iure exceptionis: quia pacta non ipso iure, sed per exceptionẽ prouident[x], & ita se habet communis sententia[y]: alij tamẽ aliter, quia lex nostra uidetur exceptionem finitæ litis inducere, ergo dicẽdum est, actionem ipso iure peremptã[z]. Sed aliud est incertitudinẽ, aliud litem finiri: quapropter exceptio trãsactionis, uel aquilianæ stipulatiõis ipsa est litis finitæ[a], non exceptio pacti simplicis: nec enim pactum potest impedire, quin ipso iure actio cõpetat, que concessione legis ex euẽtu cõditionis oritur[b], secus si ex cõsensu

x l. si unus. §. pactus ne. ff. eo.

y Com. d. cõsil. 114. col. pen.

z l. cũ quæreba-tur. ubi Bart. ff. iud. sol.

a c. j. de lit. contest. in 6.

b arg. l. si pactũ. ubi Bar. ff. qñ di. leg. ce.

consensu oriretur: tũc enim si ante ortum deficeret consensus, ipso iure impediretur per huiusmodi pactum actio[c]. Idem in pacto quo actiones ex maleficio descendẽtes remitterẽtur, ipso enim iure extinguũtur, quia scilicet odio

c l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet.

dl. si tibi. §. quædam. ff. de pac.

fæ sunt & debiles, quũ consensu careãt[d]. Sed cur pactum non nisi per exceptionẽ repudiatio ipso iure perimit? an quia repudiatio solũ eius iuris est, quod simpliciter delatum, nec adhuc acquisitum est[e], unde & facilius illud aboletur, ut infra ostendam: pacto uero non de sola repudiatiõe agitur, sed ut pacisc̃s id quod repudiatum est acquirat, quæ acquisitio sola exceptione defenditur.

e l. j. §. decretalis. ff. de suc. edic.

e ¶ SINE LIBERIS. Quum fideicõmissum id fauore liberorum factum sit, ergo debuit concedi huic filio, ut sextãtem hæreditatis Frontoni datum tanq̃ fideicõmisso subiectum reuocaret[f]: Sed tamen aliter receptum est, illudq̃ creberrime traditum, in cõditionis huius exemplo nullum filijs fideicommissum deberi[g], quòd scilicet filij in cõditione positi sunt, at conditio nõ disponit[h]: quæ communis sententia usque adeo uera est, ut etiam si testator in cõditione masculorum mentionem fecerit, adhuc aduersus Decij sententiam nullum eis deberi fideicõmissum arbitrer, idq̃ Alex. Socynoq̃ mihi adstipulantibus[i]. Sed & idem censeam, si proprias filias à testatore excluSas proponatur, filiumq̃ institutũ prædicta conditione grauatũ, adhuc nepotibus masculis fideicõmissum non deberi[k], quia scilicet uerba hoc non indicant, à quibus recedendum non est[l]: & quia conditionis ea est natura, ut quo ad eos qui sub ipsa cõprædantur nihil disponat[m], sed solũ ex euentu attendamus, quis uocatus uel reiectus sit: & ideo solet dici, conditionem ad fauorem hæredis semper respicere, quia alioqui pure grauatus censeretur[n]: unde credendum, testatorem ea cõditione solum filij fauorẽ respexisse, quem casu extantium filiorum ab onere fideicommissi liberauit, & ideo liberum esse illi de re sua arbitriũ[o], solumq̃ euentum conditionis pro causa esse[p], nec aliam rationem perquirẽdam, aut ulterius censeri aggrauatum filium.

g gl. l. lucius. ff. de hære. instit.

h l. si quis sub cõdi. dandorũ x. si quis om. cautelæ.

i Alex. cõsi. 24. in 3. Socy. 116. in 3. & 62. Gui. Pa. quæst. 599.

k Paul. de Cast. l. j. j. de condi. instit.

l l. non aliter. de leg. 3.

m l. filius fa. §. cum quis. ff. de leg. j.

n l. illis. ubi Bar. de condi. & demon.

o d. §. cum quis. pl. 4. §. 1. ubi Bal. de condi. instit. l. à titio. de uerb. obl.

f ¶ SVSTVLERAT. Atqui uidere-tur nato deinde filio reuocari hanc sextantis donationem, quoniam donatio omniũ bonorum uel alicuius partis ab eo qui liberis careat facta, deinde sublatis liberis infirmatur, totũq̃ in donatoris ius reuertitur[q]. Sed tamen aliud est hoc casu dicẽdum, quia hic nõ est donatio, sed concessio potius ob causam, ĩ qua communi calculo receptum est, nullum esse ei cõstitutiõi locum[r]: petitũ à patre tuo profitearis, ut si uita sine liberis[c] decederet, hæreditatem Licinio Frontoni restitueret, pactum eo tempore de sextante Frontoni dando, quum liberos Philinus non sustulerat[f], interposi-tum, non idcirco nec enim donatio ob causam proprie donatio est, sed permutatio potius[s], nisi quatenus res data iustam causæ compẽsationem excederet[t], uel causa solius donatarij utilitatem respiceret[u], tunc enim adhuc reuocationi locus esset[x]: & hanc sentẽtiam omnes probant, nisi quod alij, ut Soc[y]. & Dec. aliter quoq̃ respõderi posse arbitrantur, cõstitutionemq̃ obseruandam tradunt, quũ res donatur, quæ iam in patrimonio donantis fuit, ea enim & ex bonis fuit & reuerti potest[a]: sed in nostro casu potest textus intelligi, quando conuentum de sextante donando fuit, antequàm hæreditas adiretur, & sic priusq̃ ius esset quæsitum: facilius enim id remitti potest[b], nec uerba eius constitutionis hunc casum uidentur comprændere, non enim is sextans tunc erat in bonis, unde nec reuerti potest[c]: & ideo quum mulier renuntiasset hæreditati patris[d], responsum est, renuntiationem, q̃uis filijs deinde natis, sustinerie[e]: ius enim nullum probabile tunc ea filia habebat, quum pater uiueret. Sed quid si ius adeundi haberet: ut quia repudiauit post mortem patris ante agnitam tamẽ hæreditatem, & quia tale ius præsentem spem continet[f], Sunt quibus uidetur constitutioni locum esse[g]: ego in renũtiatiõc solum procedere existimarem, quæ in fauorem certæ personæ fieret, & quã tacita aditio præcedit[g], non autem in simplici repudiatione. Sed hæc ut uera sint, non tamen legi nostræ conueniunt, quæ nimis restringeretur. Alij modicam esse summã sextantem hunc arbitrantur, constitutionẽ uero tunc obseruari, quum magna summa donata sit, uel certe tanta, quantum uerisimile iudici uidebitur, non fuisse eum donaturum, si existimasset fore, ut filij sibi nascerentur[h], ut uerba scilicet constitutionis secundum eius rationem declarentur,

q l. si unquã. j. de reuo. don.

r Alex. cõsi. 29. in 3. Socy. 147. Dec. 181.

s l. aquilius. ff. de don.

t l. si spõsus. §. circa. de don. int. uir. & ux.

u l. si cẽxneus. in fi. de iur. dot.

x Aret. cõsil. 17.

a l. ut quisq̃. C. de om. ag. def.

b l. qui autem. ff. quæ in fraud. cred.

c gl. l. mancipia. j. de seru. fug.

d c. quàmuis. de pac. in 6.

e Socy. cõsi. 53. in 4. Alex. cõsil. 29. in 3.

f l. pretia rerũ. ff. ad l. falc.

g l. hoc iure. §. j. de don. l. mulier. de condic. ob cau.

g l. actionẽ. ubi Mod. j. eo.

h arg. l. pen. ĩ fi. ff. de iur. cod.

quæ sententia ab omnibus recentioribus approbata est[i].

g ¶ INIQVVM. Imo etiam nullum uideretur, quum enim ante euentum conditionis nullum ius adhuc Fronto haberet, nõ potuit remittere quod nõ habebat[l]. Sed aliud est in repudiatione, quæ ex solius repudiantis uoluntate uires capit: aliud in renũtiatione, quæ pacto, seu utriusq; partis consensu contrahitur. Videndum igitur de utraq;, & primo de renuntiatiõe quæ pacto fit, & in ea traditum pro regula est, omne ius seu sola spe, seu re competens, renuntiari posse[k], & renuntiationem eatenus intelligi factam, quatenus uerba actum fuisse indicant, uel quatenus causa ipsa renũtiationis declarat[k]: & ideo qui renũtiat omni iuri sibi competenti, nõ intellĩgitur ei renuntiare, quod ex noua causa sibi acquiri possit[l], etiam si dixisset, omne ius remittere, quod habet uel habere sperat: intellĩgitur enim, rebus sic se habentibus, & ex præsenti causa[m], quum id recte sperare dicamur, quod ex causa præsenti speramus[n]: alioqui somniũ uel phantasia potius esset q̃ spes. Vnde resignatio sacerdotij, etiam iurata, ad nouam causam non trahitur[o]: nec dicitur pacem uiolasse, qui ex subsequuta rixa iniuriam intulit[p]. Hinc est quod generalis renũtiatio hæreditatis à fratribus facta, non extẽditur ad ius postea quæsitum, uel ex dispositiõe legis[q], uel ex nouo contractu[r]: si tamen uerba renuntiatiõis adeo generalia essent, ut omne ius futurum comprænderẽt, de eo quoque actum existimandum esset, ut si dictum sit, renuntio omni iuri competenti & competituro[s]. Idem si dictum, renuntio omni iuri, quod aliquo tempore ad me pertineret, ut Dec. arbitratur, quod & Bart. sentit: propter enim uim uerborum, tractum temporis respicientium, ad futuram causam trahitur renuntiatio, dum tamẽ ea causa talis sit, ut uerisimiliter à renuntiante fuerit præuisa[t]: dũ item tali pacto lex nõ resistat, ut quia de hæreditate uiuentis, adeo enim id reprobatur, ut nec tũc quidem ualeat, quum dubitatur uiuát ne, uel sit mortuus[u], licet hæreditas uti ab indigno solũ auferatur, si uere uiuebat, idq; paciscens sciuisser[x]. Nunc de repudiatione dicendum, & quum ea ex solo repudiantis facto pendeat, sciendũ est, in his tantũ ualere, quæ in solo eius animo consistunt, ut est recusatio hæreditatis[y], amissio possessionis[z], rei ceu derelictæ neglectus, & abdicatio[a]. Habet & quandoq; uim probatiõis, si quadam cõfessionis imagine inducta sit[b]: cõfessio enim à uolũtate nostra pendet. In his uero quæ ex solo animo nostro nõ pẽdent, repudiatio nullius est effectus, ut quũ quis poteſt iniquum[g] uideri, quòd facta si dominium repudiat, ut in aliũ trãsferatur[c]. Dominia enim non sola uolũtate transferũtur, sed traditiõe[d]. Idem quum quis ius sibi ex contractu quæsitũ repudiat, nõ tenet repudiatio[e]: quia eadẽ ratione unum quodq; dissoluitur, qua est inductum[f], quum ergo orta sit obligatio ex utriusq; consensu, nõ sufficit alterius uoluntas. Idem generaliter in omni iure iã quæsito, quod pro derelicto quidẽ haberi potest, repudiari uero nõ potest[g]: nisi speciali iure absq; facto repudiantis quæsitũ sit: ut in dominio rei legatæ, & hæreditate, quæ ad suũ hæredem ipso iure pertinet[h]: antecq; enim naturali actu acquisita sint, repudiari possunt, qd̃ scilicet acquisitio illa ciuilis aduersus iuris cõmunis regulas inducta facilius tollatur[i]. Idem in iure quod adhuc nobis delatũ non est, ut quũ quis rem sibi sub cõditione uel ex die legatam ante aduẽtum conditionis uel diei repudiat, nihil agit[k]: licet enim in contractu in diem à principio oriatur obligatio, & actio, tamẽ aliud est in legato ex die, ut alias declarauí[l]. Cur autẽ nihil agat, ea est ratio, quia nulla huiusmodi est uolũtas, quæ obligationẽ adhuc non natam extinguere nequit: cuius rei aliud exẽplum est in hærede, qui ante aditam hæreditatẽ uoluntatẽ legatario accõmodauit, legatum occupãti, nam nihil ei nocebit, si intra nudæ uolũtatis terminos constitit[m], alioqui pacisc̃edo uidetur adire[n]. Sed si repudiatio in uim taciti pacti trãsiret, secus esset: ut quia corã parte facta, quæ acceptare præsumitur[o]: in dubio tamen qui repudiat, uidetur id animo à se abdicandi facere, nõ autem se alteri obligãdi[p], & ideo partis acceptatio nõ attendere-

partis interrogationem repudiatum sit[y]. Sed an idẽ sit, si uerba repudiationis futurum tempus respiciant: Et in pacto dubiũ nõ est ualere, ut Bart. hic tradit[z]: quo argumento pleriq; idem esse & in repudiatione dixerunt[a]: à quibus ego dissentio, quoniam in lege simpliciter scriptũ est, ius futurũ repudiatione extingui non posse[b], & inter pactum & repudiationẽ summa est ratio differẽtiæ. Repudiatio enim est quædam abdicatio, ex qua obligatio nulla oritur, unde quibuscunq; uerbis eam cõcipiamus, abdicari à nobis id quod delatum non est, non potest[c]: at ex pacto oritur obligatio, qua quis etiam in futurum astringitur, si hoc actum est: qua ratione fit, ut nec iteratæ quidem repudiationi hoc tribuam, ut ius futurum complectatur.

h ¶ SICVT PLACVIT. Quid si sextans adhuc Frontoni datus nõ esset, qua actiõe ei succurreretur? Et si Frõto ex parte sua adimplesset, ut quia promisisset renũtiare fideicommisso, & ita renuntiasset, uel acceptilatione fratrem liberasset, dubiũ nõ est agi præscriptis uerbis posse[d]: qui enim remittit, dare dicitur[e], unde contractus do ut des uidetur celebratus: dedit enim Fronto, quia remisit: quæ remissio pẽdente cõditione, spem interim extinguit, post euẽtum uero conditionis etiã fideicõmissum inane reddit[f]: quod si Frõto nõ adimpleuerit ex parte sua, quia promiserit se nõ petiturum fideicõmissum, quo casu si hodie nõ petat, cras posset[g], & ideo eo uiuẽte, nunc̃ perfici huiusmodi promissio uidetur, tunc tres casus sunt distinguẽdi. Primus est cũ simplici pacto actũ est fideicõmissum nõ peti, & ante euẽtũ cõditiõis nõ est dubium sextãtem peti nõ posse, quum ex parte sua adimplere nõ possit, nec cautioni mutianæ in cõtractibus locus sit[h]. Post uero euẽtũ conditionis, posset actione ex testamẽto fideicõmissum petere, & si exciperetur de pacto, replicaret de sextãte nõdum sibi dato[i]: quod usq; adeo procedere Pau. Cast. existimauit, ut si ultra pactum nõ petẽdi Fronto etiam Philinũ ultrò liberasset, arbitretur post cõditionis euentũ posse eũ liberationẽ condicere, ut pristina obligatio sibi restituatur[k], quo facto restituta actione ex testamento aget, & aduersus excipiẽtem eodem modo replicabit: quũ enim actum esset ne petere tur, intellĩgitur seu de iure, seu de facto: unde per hãc liberationẽ non adhuc ex parte sua impleuit Fronto, ut hic fere omnibus placet. Secũdus est, quum pactũ de nõ petẽdo, & renuntiatio confirmata est stipulatione, & tũc incõtinenti, etiam ante conditionis euentum poterit Fronto sextantẽ petere[l]: in cõtractibus enim nominatis oritur actio ex sola conuentione, licet adhuc perfecte nõ fuerit adimpletum[m]: unde satis est eatenus adimplere, quatenus rei natura permittit[n], ut scilicet caueat in futurũ se nõ petiturum[o], quæ cautio in contractibus innominatis, q̃uis sub modo cõficiantur, non sufficeret[p], quia scilicet debiliores sunt, & ex sola naturali, & uera adimpletione robur assumunt, unde nec oblatio quidem, qua se adimpleturum actor pollicere tur, sufficeret[q]. Adde quod in cõtractibus nominatis statim orta est actio, licet exerceri non possit, nisi ab eo, qui sui ex parte obseruauerit: in innominatis uero actio non prius oritur, q̃ perfecte actor obseruauerit, quod Bal. tradidit[r]. Tertius casus est, quum cõtractus non per modũ, sed sub cõditione cõceptus est: puta, promittis mihi sextantem, si fideicommissum nõ petiero: promitto: tũc enim siue nominatus, siue innominatus sit cõtractus, nunc̃ agi potest, donec cõditio promissiõis euenerit, ut quia fideicõmissarius sit mortuus[s], nec mutiana cautio hoc casu admitteretur, cui in contractibus locus nõ est[t]. Sed quid si stipulator cautionẽ hanc de nõ agendo sponte recipe ret: tunc secus esset, uidetur enim adimpleuisse qui cauit, si ei cautioni alter acquieuerit[u], quod hic cõmuniter receptum est.

POST VENDITIONEM, Heres qui aditam à se hæreditatem uendidit, creditoribus hæreditarijs ipse respondere debet[a]: quũ enim adeundo uideatur cũ eis contraxisse[b], quum item obligationes personales in solum uniuersalem successorem trãseant[c], nõ potest se eximere ab eo nexu, quo illis tenetur[d], nisi eorũ cõsensus accesserit, qui emptoris delegationem approbauerint, illeq; non inuitus annuerit[e]. Idem si tacito pacto id actum sit, ut quia empto-

i Alex. cõsi. 71. in 4. Socy. 22. 53. 93. in 4. Aret. l. titius. i prin. de lib. & posth. & Dec. hic.
i d.l. si ita scriptũ. §. j. l. qui superstitis. de acqui. hæred.
k l. si. §. fin. j. de temp. app. l. de niq;. §. si qd. de mino. l. j. §. si parens. ff. si quis à par. fu. man.
k l. damni infec. ship. §. j. ff. de dam. infec.
l l. quod Seruius. ubi Bart. ff. de cõdic. ob cau.
m l. qui cũ tutori bus. ubi Bar. ff. de transact.
n l. 2. ff. d' statul.
o c. cum inter p. de renun.
p Bart. l. aut fa cta. §. causa. ff. de pœn.
q Bar. auth. hoc amplius. C. de fideicõ. & §. duo fratres.
r Raph. Com. cõsi. 187. dñs.
s Rom. cõsi. 22. propositæ.
t l. qui iure. de test. mil.
u l. nec nos. j. de postli. re.
x l. quidã. §. fin. ff. de don. l. si quis mihi bona. §. sed utrũ. ff. de acqr. hæred. ubi Alex.
y l. at si quis. §. pleriq;. de rel. & sump. fun.
z l. si quis ui. §. differentia. de acquir. poss.
a l. j. ff. pro derelic.
b Bar. l. cũ falsa. col. 2, 3. de iur. & fac. igno.
c d. §. differentia.
d l. traditiõibus. j. eod.
e l. si fideiussor. l. idem. ff. eod. Bar. l. nõ solũ. §. liberationis uerba. de lib. leg.
f l. prout qsq;. de acceptil.
g l. j. §. decretalis. de succeſs. edic.
h Bar. l. põpo. j. ff. de neg. gest. col. 3.
i l. eius militis. §. militia. ff. de test. mil.
k d. l. si ita scriptum. §. j.
l l. ita stipul. 2. quæst. Bart. de uerb. oblig.
m l. j. §. fed si ante. ff. quor. leg.
n l. gerit. ff. de acquir. hæred.
o l. tale pactũ. in prin. ff. eo.
p d. §. quod si ante.
q l. non omnis. si cer. pet.
r c. quoties cordis. j. quæst. 7. c. pen. ex. de iureiur. Bar. l. cũ pater. §. filijs matrem. de leg. ij.
t Bart. l. poste quàm. j. eo. 2. col.
u l. j. §. si quis. ff. à qui. ap. non.
x Bar. l. nuda. ff. de dona.
y l. j. de cur. bo. dan. l. in pluribus. de acquir. hære.
z arg. l. qui romæ. §. duo fratres. & l. & hæredi. §. pen. ff. eo.
a Abb. c. ex multiplici. de dec. in fi.
b d. §. decretalis. & d. l. si ita. §. j.
c l. qui potest. §. quod qs. ff. de reg. iur.
d l. naturalis. §. j. de præscrip. uer.
e l. si mulier. de condic. ob cau.
f l. quoties. §. fi. de dona.
g l. elegãter. §. si quis. de condic. inde.
h l. siue apud. j. tut. j.
i l. cũ proponas. 2. j. eo.
k l. si quis accepto. ff. de condic. cau. da.
l arg. d. l. siue apud. & d. l. cũ proponas.
m l. ex placito. j. de re. permu.
n l. 3. §. dare. ff. de usuf.
o l. insidam. §. fi. ff. loca.
p Imo. l. mutianæ. de cõdi. & demon. col. j.
q l. iurisgen. in prin. ff. eo. gl. in uer. facias. in fi.
r d. l. cũ proponas. in fi.
s l. ita stipul. magna. de uerb. oblig.
t d. l. siue apud.
u arg. gl. in d. l. siue.
a l. 2. j. de hære. uel act. uend.
b l. apud Iul. in fi. ex quib. cau. in pos.
c l. j. §. si hæres percepto. ff. ad Treb.
d l. debitorũ. j. e.
e d. l. 2. in fi.

rem iudicio conuenerint, nec ipse exceptio nē huius rei nomine opposuerit, tunc enim uenditor liberatur, siue pactum simpliciter factum à creditoribus cū emptore censeatur, prodest enim etiam hæredi, qui regressum cōtra eū habiturus esset[f], unde & solemus dicere, pactū cū procuratore in rē suam initum, etiam domino utile esse[g], nec uideri cōfessionem absente parte factā, quæ corā huiusmodi procuratore facta sit[h]: siue pactum cū ipso uēditore factum præsumatur: quum enim quis hæreditatem uendit, quia id ius uniuersale est, censetur cōmoda cū oneribus suis, seu ære alieno transtulisse, idq; ex natura cōtractus actum esse, ut emptor ipsum uenditorē indemnem seruet[i]: unde creditores aduersus emptorē agētes, uidētur tacito pacto huiusmodi uolūtatem approbasse, quæ de re sua, id est ære ipsis debito, inter emptorē & uenditorē sic interuenerat[k]. Sed à quo tēpore oritur hæc præsumptio? & receptum est ex litis cōtestatione, cū emptore nihil de hoc excipiēte facta, quia lex requirit actiones motas esse, quod de litis cōtestatione intelligitur, ut plericq; hic tradūt, nec Paul. quidē Castrēsis negat. Sed quid si emptor cōuentus soluendo nō sit. Et uidetur idem, si eum lapsum facultatibus creditores sciebāt[m], nam & si debitor delegatus soluēdo non sit, imputatur creditori, qui sciens eū approbauit[n]: si uero ignorābāt, secus est[o], quod tamē in dubio nō est credendū, sed ei imputādum, qui eius cōditionē non inuestigauit[p], si Decio hic credimus: à quo tamē ego dissentio, nam quum exceptio hæc taciti pacti ex præsumpto cōsensu oriatur, debet præsumptio probabili signo innitiq; at uerisimile non est, si sciuissent creditores emptorē soluendo non esse, inanem actionē fuisse intētaturos[r], nec ea debet accipi cōiectura, ut uideātur uoluisse hæredi prospicere, etiā cum magno ipsorū damno[s]: puto itaq; hac in re plurimū arbitrio iudicis tribuendum. Sed quid si creditores principaliter quidem cōtra hæredem egissent, sed eis se obiecisset emptor, qui accessorie tanq; procurator in rem suam, litē defenderit? Et hoc casu omnes cōsentiunt, nullam esse taciti pacti exceptionem[t], non magis q; si expresse saluum sibi ius esse protestarētur aduersus hæredem experiundi[u]. Quid si creditores ab emptore aliquas pecunias pro usuris spōte recepissent, an taci-

f l. ex hæredi. §. si. ff. eo.
g l. j. §. fin. de op. no. nun.
h l. sicut. §. si. p. curator. ff. qb. mo. pig. Fely. c. si cautio. de fid. instr.
i l. 2. §. si uēditor. ff. de hære. uel act. uen.
k l. si pupilli. §. sed si ego. de nego. gest.
l l. solutionē. ff. de solu.
m l. fi. §. sin uero. j. de spōsa. l. si is à quo. in fi. ff. ut in pos. leg.
n l. promittēdo. §. pen. de iur. dot.
o l. si cū dotē. §. 2. fol. matr.
p l. qui cū alio. de reg. iur.
q Bal. j. in rubr. de proba.
r l. cian de indebito. de prob.
s l. tutori. j. de neg. gest.
t Bart. d. l. solutionem. III col. 2.
u l. si debitor. §. fin. ff. IIII quib. mod. pig.

te censerentur hæredem liberasse[x]? Et non censeri respōsum est, quoniā uoluntas non præsumitur, nisi quatenus signa indicāt[y]; ex receptione autē accessorij, nō est capienda præsumptio, ut uelit quis in principali sibi dānū fieri[z]. Qua in re distinguēdū quoq; est, ut receptio usurarum promissionem sortis processisse arguat[a], in consequētibus enim saltem ~~incidēter~~ probātur principalia[b]: quæ probatio nihil aliud est, q̄ rei gestæ declaratio, nec noui quicq; inducere censetur[c]; ex eadē quoq; receptione respectu futuri temporis facta, uidetur creditor pacisci, interim se non petiturum sortem[d], quia alioqui deceptus remaneret is q̄ præoccupauit soluere, quæ solutio dilationem hāc necessario infert, quum eiusdē tēporis nō possit quisq; & usuras & sortē habere[e]. Sed in casu nostro, si tacitū pactū respectu sortis interpretaremur, & nouū quiddā induceretur, & ex minime necessario signo cōiectura sumeret, quū personā emptoris, breuioris manus causa, possit qs respectu solutarum usurarum approbare, & respectu soluendæ sortis amplius deliberare.

b ¶ ACTIONES. Sed quomodo agere aduersus emptorē creditores possunt, quū actione, quātum ad eū pertinet, careāt[f]? An quia re qdā ipsa hisce actio cōpetebat aduersus hæredē, cuius procurator in rē suam est emptor[g], qui & indemnē præstare uenditorē debet[h], & ideo lex id iudiciū ex eius cōsensu confirmat, licet principio potuisset subuerti, qd' alibi diffusius attingitur[i]. Sed qua actione coget hæres emptorē ut indēnem se seruet? Et dubium nō est, actione ex uēdito[k]. Is uero qui hæreditatem donauit, quoniā & ipse tacite egisse uidetur, ut sicut emolumētū, ita & omne onus ad eū trāseat, actione præscriptis uerbis experietur[l]. Hodie uero cōdictione ex noua Iustiniani lege[m], crediderim, etiā si huiusmodi alienatio iudiciali autoritate facta sit, eandē exequutionem, quæ creditori aduersus hæredē cōcedatur, ipsi hæredi cōtra emptorē præstandā[n]: quoniā scilicet in eū, qui in iudicio cōfessus sit, uia ordinaria opus nō sit, sed exequutione præsentanea subueniatur[o]. Idem si tali instrumento conscripta sit alienatio, quod lege municipij uim iudicati habeat.

c ¶ SPONTANEA. Inuitus ergo hæreditatis emptor suscipere iudiciū nō cogitur, qd' in fisco non procedit, cui specialiter I id indul

x l. tale. §. post diuisionē. ff. eo.
y Bart. l. titiꝰ. §. altero. de admi. tut.
z l. si pacto. l. pretens. j. eo. l. ex pupillari. ff. de uulg.
a l. 2. j. de dot. prom.
b glo. l. sicuti. §. si quæratur. ff. si fer. uen.
c l. publia. in fi. ff. depo.
d l. ij. §. pen. ff. de dol. except. l. qui in futurum. ff. eo.
e l. lecta. uersic. sed nec ante. ff. si cer. pet.
f l. si pupilli. §. uideamus. de neg. gest.
g l. licet. §. ea. de procu.
h d. l. 2.
i l. si titius. ff. de uerb. obli.
k l. 2. §. sicuti. de hære. uel act. uen.
l l. hæreditatē. de dona.
m l. si quis argentū. j. de dona.
n l. fi. §. fin. j. de usur. rei iud.
o l. j. ubi Bar. ff. iud. fol.

id indultum est, ut qui ab eo hæreditatem emerit, conueniri à creditore possit[p]: cuius rei uidetur illa ratio, quod scilicet fisci seu principis cōtractus, uim legis habeat[q], dubium autē non est, legem in persona quoq; debitoris obligationem transferre posse[r]: quæ ratio nec in ecclesia, nec in causis, quæ ad pietatem pertinent, locum habet: & ideo recte respondit Ancha. ualetudinarij præfectos, aut pauperes hæredes institutos à creditore hæreditario, nō autem cessionarium cōueniendos esse[s]. Cæterum si hæres ipse soluendo non sit, posse in subsidiū emptorem cōueniri cōstat[t]. Nec illud dubiū est, agente aduersus hæredem creditore, teneri emptorem ut adsistat liti, eumq; defendat, & indemnem præstet[u], nec iuste à creditore recusari, quin defensorem hunc, qui & procurator in rē suā dicitur, admittat[x]: nisi aliquam causam alleget, cur cū hærede ipso litigare malit, ut quia hæres minus tricho litigator q; sit, aut rei gestę magis cōscius[y].

IIII Eum quoq;, qui hæreditatis partē ex trās actiōis causa tanq; hæres accepit, ad iudiciū suscipiendum pro parte sua à creditoribus defuncti posse cogi, constitutum est[z].

d ¶ TACITI. Nisi animus quoq; nouandi accesserit, quo casu ipso iure hæres liberatur[a]. Sed quomodo pactum hic initū cum hærede præsumamus, qui absens fuit? & Bar. quem cæteri sequūtur, nihil referre id in tacito pacto existimauit, quod latius declarandum est. Sciēdum enim cōtractus, qui uerbis celebrātur, cōsensum per uerba incontinenti requirere[b]: in his uero, qui aliter inducūtur, satis esse, si quādocunq; alter consentiat, & ex nouissimo cōsensu uim cōtractus incipere[c]: nec refert expressim consentiatur, an tacite, quum pars sit utriusq; uirtus[d]. Sed expressus consensus statim se ipsum ostēdit, tacitus ex signis seu cōiectu ris inducitur, quæ à iure pro idoneis habeā tur. Igitur ut obligatio oriatur, consensus, quo ius ab altero transferatur, ab altero acceptetur, necessarius est: unde si per epistolam uel nuntium tibi promittā, anteq; epistola ad te puenerit, tuq; acceptaueris, nulla oritur obligatio[e], posteq; uero acceptaueris, oritur: quia hic est utriusq; cōsensus, mei qui in eadem uoluntate perseuerare existimor[f], tui qui assensum ei præstas: & quod de nuntio dictum est, idem in negotiorum gestore, uel procuratore: ex mandato enim, uel ex subsequuta ratihabitione fit acquisitio[g]. In obligatione uero, quæ à lege inducitur, hæc non sunt necessaria, ipsa enim absq; facto nostro nos obligat[h]. Adnotāda est igitur triplex taciti pacti species.

Prima est, quū lex obligationē inducit, nisi certa qualitas prohibeat, ea em̄ qualitate interueniente, tacite sequitur, ne obligatio ulla oriatur. Sed id nō tam ex consensu partis est, q̄ ex facto legis, obligationē non cōcedentis[i], & ideo nulla præsentia necessaria est: exempli causa, ei qui alterius negotia gesserit, lex actionem dat, nisi animo donandi gesserit[k]: si igitur animus donandi abfuerit, nihil ei quæretur, etiam si nulla fuit donatarij hac de re sciētia: quia scilicet ei lex nihil acquiri sinit, qui animum acquirendi nō habet. Sic & in extraneo dicimus, qui dotem pro muliere præstet, ex dispositione enim legis fauore dotium præsumitur eam donasse, nisi sibi caueat[m], & ideo nulla mulieris præsentia opus est. Secunda species est taciti pacti, ex prorogatione prioris contractus orientis, & nec̄ in hoc ulla præsentia est opus, quia satis fuit semel adfuisse: ut quum quis perseuerat in usu rei conductæ, lex enim utriusq; uoluntatem durare præsumit, extenditurq; prior contractus[n], unde hic non tam pactum quàm uerus contractus est, daturq; ex eo actio: idem & in hærede adeunte hæreditatē dici potest[o], extenduntur enim in eum actiones, quibus testator alligabatur, uideturq; is cū absentibus creditoribus contraxisse[p].

Tertia species est, quū ex actu cum alio gesto, resultat cum alio tacitum pactum, nam & hoc casu non est adhuc necessaria præsentia, dum tamen ille, cum quo expresse agitur, connexus obligatione erga absentem sit, ut in casu nostro, emptor hæreditatis erga hæredem, uel plures rei debendi, ex quibus si unus pro rata sua soluerit, alijs taciti pacti exceptio acquiritur[q]. Idē in pacto expresso autoris mei, ut mihi q̄uis singulari successori, & absenti, tacite quoq; cautum uideatur, cōtraxisse q; ex eius persona ego fingar[r]. Idē in pacto patris erga filiā, ueluti quū pro ea dotē dedit, & in alterum casum stipulatus sibi est, uidetur absenti tacita pactione in alterū cauisse, ut receptius est[s]. Sed qui nam est tacitæ huius pactionis effectus? Et las. arbitratur, nostro in casu solam exceptionem inde hæredi competere

p l. j. j. de hære. uel act. uen.
q l. cæsar. ff. de publi. l. fi. j. de quad. præscr.
r l. restituta. ff. ad treb.
s Anch. conſ. 5.
t l. fin. in prin. de eo per quem fac. glo. d. l. ij.
u d. l. donationē.
x l. plano. in fin. ff. fam. herc.
y Bart. d. l. solutionem.
z l. cōtrouersia. ff. de transact.
a d. l. solutionē.
b l. j. §. j. de uerb. obli.
c l. si stipuler. §. fi. de uerb. obl.
d d. l. cum quid. si cer. pet.
e l. si pater. ff. de man. tuin.
f l. cum qui. ff. de proba.
g l. absenti. ff. de dona.
h l. 4. §. j. ff. de act. & obli.
i l. 4. ubi Bal. ff. de neg. gest.
k quod dictum. ff. eo.
l l. non omnis. si cer. pet.
m l. j. §. accedit. j. de reiux. act.
n l. qui ad certū. ff. loc.
o d. l. apud. §. fi. ex q. cau. i pos.
p Bald. in rub. j. qui admit. s. quæst.
q l. si creditores. j. eo.
r l. solutū. §. plane. ff. de pign. act.
s l. si cum dotē. ubi Alex. col. 3. ff. sol. mat.

tere,non tamen ideo extinctam esse obligationem naturalem: à quo dissentit Decius,quoniam quoties exceptio pacti conceditur,apparet perimi uel elidi naturalem obligationem[t],secus si exceptio doli[u],quæ sententia utique probabilior est[x]. Alius est effectus, quia tacito hoc pacto solum præiudicatur respectu illius creditoris agentis, non aliorum,quibus integrum est, contra ipsum hæredem experiri,ut Accur. hic inquit: quod Dec. procedere etiam in ære, quod pluribus cõmuniter debeatur,existimat[y]:quamuis eñ tali casu pactum expressum maioris partis aliis noceat[z], si tamen maior pars contra emptorem egerit, poterunt alij hæredem conuenire,quòd scilicet conuentio tacita, & à communi iuris orbita recedens, non adeo interpretatione adiuuatur, sicut expressa[a]. Ego pactum maioris partis aliis nocere nõ arbitror, quũ de proprio iure illis quæsito tractatur: secus si de quærendo: quia scilicet adhuc debitoris hæreditas adita non sit, tunc enim rescripto diui Marci locus est[b], & ideo frustra eo casu de actione dubitatur,quæ contra hæredem scriptũ intendi nequit,anteq̃ adita sit ab eo hæreditas[c]:merito igitur taciti pacti exceptio ibi nulla esset,ubi nec iudicialis quidem cõuentio esse potest.

t l.Stichũ.§.naturalis.de solu. u l.rescriptũ.§. fi.ff.eo. x Alex.§.pactus ne peteret. col.6.

y secũdũ l.maiorem.ff.eo. z d.l.& l.rescriptum.ff.eo.

a l.fi. in prin. de lega.ij.Paul. Cast.l.si cõuenerit.de iur. om.iud.

b d.l.rescriptũ.

c l.j.in princ. de succes.edic.

IIDEM AVGG. Restituto.

SERVVS. Seruus paciscendo prodesse dño potest nocere nõ põt[d]. Sed hóc ne introductũ est generali ratione,qua traditũ, quẽlibet alterius meliorẽ cõditionẽ facere posse,non autem deteriorem[b]? An uero ratione potius particulari, seruus enim sicut & filiusfa.omnia domino acquirũt,propter patriam uel dominicam potestatẽ,ita quod nihil in eis residere potest[c]. Sed hæc potestas in domini fauorẽ, in cuius manu sunt, est introducta:unde ipso iure ei,etiam inuito,propter ius publicum acquirunt[d]:ex ea igitur damnum illi aliquod oriri nõ potest, ut merito diuersa sit hoc casu lucri & damni ratio,quo casu lex absurdum non existimat posse aliquem nobis lucrum facere, obesse autem non posse[e]:& quod in seruo hic traditur,in filio quoque familias proditf, itemq̃ in monacho, quem cœnobio acquirere posse æquum est,damnosum autem esse non oportet[g]; quo exemplo à Benedicto Capella responsum est, legem municipalem, quæ omnia lucra inter fratres communia esse iubet,non tamen eos arctare, ut pro ære alieno, ab aliquo ipsorum contracto, alius teneatur[h]: poterit igitur tunc frater fratri acquirere,obligare res fratris non poterit[i].

d l.seruus uetãte. ff.de uerb. obl.

e l.filius.j.e.no, in l.secũdũ naturã.de re.iur.

f d.l.filius.

g not.in l.cũ hæredes.§.fi.de acquir.pos.

h l. si negotia.in fi.ff.de ne.ge.

i Mod.in rubr. I ff.de acq.pos.

IIDEM AVGG. Restituto.

VT tamen pater uel dominus ex contractu seruui uel filij acquirant, etiam ei se damno subijcient, quod in ipso contractu uno tempore deductum est[k], uel inconuenienti post, priusquam scilicet contractus omnino pro absoluto habitus sit[l]. Sunt autem & alij casus,quibus domino suo seruus nocere potest, & in primis in acquirendis ei detrimentum afferre potest, si sponte detrectet lucrum facere[m]: Sic enim & episcopus in acquirendis ecclesiæ suæ præiudicare potest[n],ut si ab emphyteuta qui per biennium à solutione pensionis cessauerat,canonem sponte recipiat, potest enim solus impedire,quo minus pœnæ commissæ locus sit[o]:quæ sententia propter pœnæ odium humanior est,alioquí non caret dubitatione, quia ipso iure cessator cadit[p],& quia tenetur episcopus ecclesiæ utilitatem procurare, & ei quantum potest acquirere[q], quod si minus faciat,in fraudem non quæsisse censebitur[r]. Non procedit item supra dicta conclusio in peculio, potest enim seruus, quatenus in peculio est, dominum obligare,sed sponte domini facere uidetur,qui peculium reuocare arbitrio suo potest[s],à qua tamen regula VII,casus excipit Accurs.quos non absimili carmine Alb.Ros.hic recensetur:

Si uouet,aut donat,si cõpromittat,agãtue,
Si sponsor[t],si se uendat,si mandet emendum.

Rursus non procedit in delictis,delinquẽdo enim deteriorem domini, saltem noxali causa,conditionem facit[u]:& quum sibi ipsi manus infert[x]:facit & in causa peculij quatenus locupletior iam factus sit[y], quod si domino sciente peccauerit,tenet dominus in solidũ,& principaliter[z], quia delictũ ab eo cõmissum est,qui iure potestatis ,phibere potuit[a]:quo exẽplo patrẽ pro delicto filij teneri respõdit Curtius[b], quũ constaret sciẽte uidẽteq̃ patre facinus cõmissum fuisse,patremq̃ tacitũ id spectasse. Nõ procedit

m l.fi.j. de acqr. pos.l.cũ propo nas.j. de hære. inst.

n l. iubemus.j.3. de sacr.eccl. Card.& Imo. c.potuit. loca. cum concord. per Ias.hic.

o l.fi.j. de iur. emphyt.

p l.de creationi III bus.3.de epis.aud.

q l.in fraudem.j. rũ.de iur.fis.

r §.actiones. Inst.de act.

s l.iij.§.si filius & §.seq.de pe cul.rub.j. si IIII ser.exte.

t l.j.§.quod dicitur.de ui & ui arma.

u l.peculiũ.§. sed ipse.d.pec.

x l.iij.§.ex furtiua.de pecu.

y l.ij. in prin.de noxa.

z l.fluminum.§. plane.de dãn.inf.

a Cur.consi.41. V uso.

c l.j.ff.nau. caup.

d l.quantæ.de pub.

e l.obseruare.§. j.de off.pcõs. Bar.l.ne quid. de incen.rui. famuli

f c.cũ ad sedem. in glo.de resti. spol.j.quæst.4 c. quia VI præsulatus.

g c.Petrus diaconus.de homic.

h l.culpæ.ij. de reg.iur.

i Card.clem. ne in agro.§. porro.de sti.mon.

k reg.semel malus.

l arg.l.fi.§.fi. de abig.

m l.fi.§.nã cum. ff.nau.caup.

n Abb.c. cõstitutis.2.de test.

o l.j.§.fin.ubi Bart.qd' ui aut clã.l.de pupillo.§.si qs ipsi. 10. quæst.de op.no. VII nun.

p c.licet Heli. ubi Abb.de simo.

q l.5.§.nõ aũt. l.si cũ ullico.

r Paul.l.j.§.fimuliæ.

o l habebat.de instit.

p d.l.secũdũ naturã.de re.iur.

cedit item in his, qui specialiter pro culpa familiæ suæ conueniri possunt,ut nautæ, caupones, stabularij[c]: item in publicanis, quos edicto prætoris apparet familiæ suæ factum præstare debere[d]. Item in magistratibus, qui ex suorum culpa quandoq̃ conueniuntur[e]. Sed qd censebimus de nostri temporis famulis, qui liberi sunt homines, & certa mercede nobilibus obsequuntur? & regulariter eorum scelere non obligari dominum debere indubitatum est[f], nisi ex aliquibus coniecturis de consensu eius appareat[g]. Idem si prohibere potuit, & non fecit: culpa enim dominus nõ caret[h], ut Bal. existimauit. Sed & si quis soleat huiusmodi scelestorum colluuiem in famulitium adscíscere,in culpa est[i], quia uerisimiliter præuidere potuit,eos à criminibus non temperaturos[k], poteritq̃ instar ferè receptatoris in eum animaduerti[l], eiq̃ imputandũ erit, qui familiæ suæ innocentiam non explorauit[m]:unde & elegans illud Homeri carmẽ, quod in ore solebat Socrates habere,

Aedibus in nostris, quæ recta aut praua gerantur.

Nam & si huiusmodi aliquem domini inimicum ferro appetierint, non modica erit aduersus dominum præsumptio[n], præstabuntq̃ iustam unicuique metus causam,ei qui sibi à domino ꝓpter eos seruos timuisse asseruerit[o]. In foro quoque conscientiæ dubium non est, ei domino imputari, qui tales non emendauerit,aut ab se non dimiserit[p]. Sed quid in contractibus,horum'ne contractu obligabitur? Et non putarim, eadem ratione,nisi de domini consensu appareat,ut quia huiusmodi famulum, seu clientem obsonatorem suum, aut dispensatorem constituerit,isq̃ in eam causam cõtraxerit[q]: tenebitur enim dominus exemplo institoriæ actionis, ut Picus hic ex Paulo Cast.ait[r]. Vnde si pecunias mutuas ex ea causa acceperit, conueniri patronum posse arbitratur:quod uerum crediderim, si appareat in id quoque constitutum, ut pecunias mutuas accipiat[o], huiusmodi enim liberi homines,quum sibi non autem patrono acquirant,non æque patronum obligare debẽt,atq̃ seruus dominum posset[p]. Sed finge obsonatorem meum alea lusisse,nunquid cogere uictorem potero, ut meas pecunias mihi restituat? Et Bal.posse respondit[q], non enim à me in id constitutus erat, q sibiq̃ imputet aleator,qui collusoris conditionem non explorauit[r], nam & si sciebat eum de meo ludere,furti tenetur[s].

q Bal.rubr.j. de cõd.ob tur.ca. r l.qui cum alio. de reg.iur. s l.seruus cuiusdã.de cõd.ide.

IIDEM AVGG. Valeriæ.

POstquã liti de prædio remotę renuntiasti,causam finitam instaurari posse nulla ratio permittit.

POSTQVAM liti. Renuntians liti amplius de ea causa non auditur. Sed cur hoc? quum enim lis instantiam significet[a], id est iudicij exercitationem, à contestatione in diffinitiuam sententiam[b], qui ei renuntiat non debet censeri de causa[c], id est ipso iure in iudicium deducto,egisse[d]:an quod Bar. Rimin.q̃ arbitrantur, quia hoc iure instantiæ renuntiari non poterat, quin & causæ renuntiaretur? qua ratione & qui simpliciter instantiæ renuntiat, omni deducto iuri renuntiasse censebitur: id enim necessario consequitur[e]. Sed hæc falsa esse communiter aiunt,posseq̃ hoc iure soli instantiæ renuntiari uerius est[f], præsertim aduersario consentiente[g]:quũ etiam si id ita non esset, haud tamen renuntiatio instantiæ ad causam trahenda uidetur,quæ maioris est præiudicij[h]. An ergo quod frequentius traditur? quia lis etiam causam significat, non autem solam instantiam[h], unde à ui uerborum recedendum non est[i]. Sed id improbat Dec. quòd scilicet lis proprie sit altercatio litigantium[k],& ab eo iure distet, quod in iudicio deducitur[l]:& quamuis impropríe quandoque aliter accipiatur, in renũtiationibus stricte fuit procedẽdum[m]: & ideo ipse existimat, eum qui liti renuntiat, non censeri causæ renuntiasse , nisi quatenus causa improprie accipiatur pro instantia, & sic id rescriptum interpretatur:quæ sententia procul dubio uerbis rescripti repugnat. An igitur uerius est, quod ego arbitror, litem quidem pro deducta in iudicium actione, siue in personam, siue in rem accipi[n]? unde qui in rei uendicatione liti renuntiat, omnino excluditur, ut hic traditum est, unica enim uendicatio est, ex sola causa, nempe dominio,descẽdẽs[o]. Qui uero liti in actione personali renũtiat, ab instãtia quidẽ & actione ex intentata causa submouebitur:sed si nouam instantiam incipere uelit[p], aliaq̃ ex causa experiri,utique audiendus uidetur[q]: quum actiones personales non una causa tantum, sed pluribus competere possint[r]: & qui

a glo.in c.j.§.j. uer.litis.de procu.6. b l.properandũ. in prin.§.fi. c ut 3.uers.fi. lites super causis. d auth. q semel. j.quomod.& quan.iud.

e l.illud.de acquir.hæred. f l.& post.§.j. de iud.

g glo.l.j.j.de præscr.lõ.tẽp. h l.fi.§.ille.j.de necess.ser.Bar. l.ij.de iurisd. om.iud.

h c.cum pridẽ. de pac. i l.cum lege. de testa. k c.foris.de uer. sign. c.dudum.ij.in fi.de elect. m Cald.consi.5. de uerb.sign.

l l.litis. de uer. sign.

o l.& an eandẽ. §.actiones.de excep.re.iud.

p d.l.properandum.§.fi. q l.habebat.de instit.

r d.§.actiones. glo.l.j.ff.de ædcn.

& qui ex una renuntiauit, ex altera saluum
II ius habeat. Verum & si quis ante contestationem liti renuntiauerit parte nõ præsente,crebrior est sententia, nihil eum agere,quia iuri futuro simplici repudiatione derogare non possumus[t]: si uero pars sit præsens,causa actus sustinẽdi fiet interpretatio,ut impropríe litẽ acceperit,etiã quatenus ante cõtestationem altercatum est[u], III & ideo ceu pacto submouebitur. Addit Alex,nec renuntiatione litis eum excludi, qui sacerdotium simpliciter eiurauerit[x], quoniã lege pontificũ non nisi in episcopi IIII sui manu dimitti beneficia hæc possunt[x]: qua ratione idẽ quoq; in cliente existimandum est,qui fiduciã uel feudum (ut uocãt) absque principis sui autoritate relinquere nequit[y], quod magistratus exemplo receptum uidetur:præses enim prouinciæ abdicando se non amittit imperium[y]:quũ igitur expresse renuntiare nõ possint,nec tacite id ex cõmuni regula uidetur permittendum[z],alioqui nõ difficulter reperirentur, qui subornati eis mouerent cõtrouersiam, ut renuntiatione fraudẽ legi facere hi possent[a]. V Illud quoq; tradidit Iaſ. ut renuntiatio hæc ualeat,necessario proponẽdum, à parte præsente expressim acceptatã esse. Sed Dec.contra, cui accedo:qui enim præsens est, tacite acceptasse id uidetur, quod suam utilitatem respicit[b],& ideo lex simpliciter absente parte infirmas esse cõfessiões ait[c],ut scilicet necessariam esse præsentiam ostẽderet,acceptationis uero nõ meminit, quia ex præsentia præsumitur[d]: non secus ac cõsensus in pacto,ut in rub.supra admonuimus:nã si omnino necessaria esset acceptatio,cõfessio absente parte nec semiplenã quidem probationem faceret, quod tamen contra receptum est[e]:& quod communiter aiunt,confessionem prætextu erroris reuocari posse,elusorium esset;quum post acceptationem non possit[f],ante uero, etiã citra erroris allegationem posset[g], Verior igitur nostra est sentẽtia,quæ & plurimorũ fuit[h], & ideo concludendum, cõfessionem parte præsente factam ualere,præsumiq; consensum,nisi aliud ex contrarijs coniecturis iudici sederit[i]. Parte uero absente, adhuc semiplenæ probatiõis causa ualere, si deinde acceptata sit,quum ex ea non obligatio,sed gratia,seu leuamentum probationis inducatur[k]:potest tamen huiusmodi confessio in absentia facta, ceu per errorem effutita fuerit reuocari, nec alia probatio requiritur[l]. VI Et quod in confessione dictum est, aliquid simile renuntiationi habet,ut absente parte facta litis renũtiatio ualeat,quæ crebrior fuit (si Alex. credimus) sententia, quod aduersus regulas odio litium aliqui, fauore liberationis alij tradidere[m],dum tamen citra ullius fraudem,certoq; animi iudicio facta sit,qua in re multum arbitrio iudicis tribuetur[n]. Sed tamen anteq; à parte acceptata sit,uidetur eam reuocari posse,& sic defendendam Bar.Iac.Fulg.Iaſ.Decijq; opinionem, à qua uix est ut iudices recedere audeant[o], nisi renunciatio de iure in re facta sit,quod solo consensu, ut supra diximus,pro derelicto haberi potest[p], qualis hac in lege, in qua de prædio litigabatur, quæ uerba ad rei uẽdicationem proprie referuntur[q],licet Alex. nulla ratione dissentiat.Idem si renuntiatio per procuratorem nomine absentis recepta sit[r]. Sunt & qui sufficere putant,si per quemlibet alium accepta sit[s], quod tamen ipse affirmare non ausim[t]. Idem si in iudicio facta, & à iudice nomine absentis recepta fuerit,ut Bar.existimat[u]: & ideo irreuocabilis erit,absq; eũ iudicis opera,si parte absente in actis esset facta,ualeret[x],sed reuocari ante acceptationem posset. Cæterũ renuntiatione simVII plici litis,non ideo renuntiatum uideri domino,idem Bart. sensit:unde quamuis dominus,petitorio iudicio agens,renuntiauerit,non tamen reo exceptio dominij quæritur[y]:nam & is qui transigit,liti renuntiat, nec idcirco dominium transfert[z]:solũ igitur exceptio doli uel pacti concedenda est, quia quo ad eam causam,quæ uerbis renũtiationis compræns a est,uidetur actor fateri nullum sibi ius esse[a], quum aliter uerisimile non fuerit,eum renuntiaturum, ne sci licet donationis præsumptio capiatur[b]:& quia non est uerisimile, propter odium litium eum renuntiasse,qui iam litigare cœperat[c], quiq; potuisset solam possessionem omittere, absque alia litis renuntiatione[d], quanto probabilius ideo renuntiasse, quia inter agendum animaduerterit fouere se malam causam[e],quæ tum quoque mala est, quum actor probatione deficit, licet reus nullum ius habeat[f], uel solius enim possessionis commodo tutus est[g]:quapropter ut uerius receptiusq; sit eum qui renuntiat præsumi id facere,quia sciat se malam causam habere, non tamen idcirco censebitur fateri aduersarium iustum esse dominum[h], potest enim res neutrius esse[i]: unde consequenter traditum est,si renuntiet liti reus, licet ideo non acquirat dominium actor,si

nullum

t l.j.ɜ.eo.

u l.si insulam.de præscr.uer.

x Imo.c. ueniẽs. de renun.

y Bald. auth.in successiõe.in fi. j.de su,& leg. y l.pen. ff. de off.præs.

z Iaſ.l.cũ quid, si cer.pet.

a c.si ciuitas.de sen.exc. in 6.

b l.iij. ubi Alex. j.de rep.hære.

c l.certum.§.si quis absente. ff.de confeſſ.

d l.qui patitur. ff.mandat.

e Bar.l. admonẽdi.col.8. de iureiur.

f Bal.l.nõ solũ. in prin.col.fi. ff.de proc.

g Bal.& Iaſ. in l.error.ɜ.de iu. & fac.ign.

h Socy.cõſ.228 Caccialupus in repe.l.admonẽdi.col.67.

i l.diuus.ff. de in inte.rest.

k l.publia. in fi. depo.

l Aret.& Barb. in l.j.§.si quis simplr.de uer. oblig.

m Alexã.hic.& cõſi.131. in 4. Aret.cõſil.96.

n l.si reus.in fi. de procu.

o Bar.l.nõ solũ. §.libera. de lib.leg.

p l.j.ff. de dero. not.in l.j.ɜ.e.

q c.fi.de concess. præben.in 6.l. quæstio.de uer. sign.Bar.l sim dus.de an.leg.

r d.§.si quis absente.

s Saly.hic.Imo. & Felyn.c.si cautio.de fidiinstr.

t d.§.si quis absente.

u arg.l.fi. de inter.act.

x arg.d.l.iij.& l.j.§.si quis ante.ff.à qui. app.non li.

y Bart.§.nihil cõe.ɜ.intel.

z l.si pro fundo. j.tit.j.

a l.iij.j.de fid. instr.

b l.cum de inde. de prob.

c arg.l.rem non nouam.§.fi.j. de iud.

d l.item si res.§. fi.de ali.iud. mut.cau.

e c.per tuas.in fi.de simo.

f l.fi.j.de rei uẽ.

g §.cõmodum. Inſt.de interd.

h l.si te.ubi Bal. j.de inge.man.

i l.si inter.de excep.rei iud.

nullum habuit,non posse tamen à reo impediri, quo minus re petita quod ad eum pertinet,secundũ intentionis formam arbitratu suo disponat[k]:si tamen constaret,nullam ei actionem cõpetere, posset iudex de facto agentẽ reij cere[l], nõ enim renuntiatio rei, actionẽ quæ nulla fuit, aduersario dedit, quũ aliud sit renũtiare liti, aliud dñium trãsferre. Addit aliũ quoq; casum Dec.quo VIII renũtiatio hæc litis inefficax sit,nẽpe in minore,q; immobilia alienare nõ potest[m],merito nec rei uẽdicatiõi renũtiare potest[n]. Sed quum supra docuerimus,huiusmodi renũtiatione dominium nõ transferri, satius est hac in re communi sententiæ adhærere, ut solum restitutionis in integrum ope adiuuari minorem credamus.Hincq; adnotant Doct,si lex generaliter litem ulla ratione instaurari uetet, non tamen restitutionem in integrum sublatam censeri[o], quia generalibus uerbis de ea ceu re extraordinaria legislator cogitasse non creditur[p]: idemq; traditum est,si lex exceptionem prohibeat, uel persecutionem, seu officium iudicis,licet eẽ restitutio hæc, & officio iudicis imploretur,& iure exceptionis quandoq; impetretur,tamen generalibus illis uerbis nõ uidetur sublata[q]: Idem si lex appellationẽ, exceptionem, & (ut uocant) nullitatem submoueat[r]. Idem si in ea scriptum sit, non posse quenquam inquietari, directe uel indirecte, à quacunque persona[s]. Idem si in lege diceretur,quenquam non esse audiendum,quocunque priuilegio non obstante: quod Paul.Cast.respondit[t]: quoniam non ideo priuilegia,quæ corpore iuris continẽtur,sublata censeri debent[u]:& quia lex generalis restringitur,ne in his casibus habeat,qui speciali fauore digni sunt[x].Sed & si lex compromittendi facultatem minoribus sinat,sed appellationem & quamcũq; reclamationem à sententia arbitri submoueat,non tamẽ restitutionem in integrum reijci Pontanus respondit[y], quæ propter immoderatam & enormem læsionem peteretur:nam & si in parte instrumenti minoris ætatis mentio facta esset, etiam generalem renuntiationem ad id restitutionis beneficium trahi Bald. respondit[z], quæ sententia probabilis est[a].

IMP. ANTONINUS Demagoræ.

CReditori tuo si partem pecuniæ exoluisti,de parte uero non petenda inter te & ipsum cõuenit,ob causas[b] CREDITORI. Demagoras (quæ uox Græce causidicum,oratoremúe significat) quum clienti suo certam pecuniam deberet partem ei soluit,reliquum uero ob aduocationis patrocinij; præstiti,honorarium cliens se nõ petiturum pactus est:dubitatum fuit, an satis liberatus dici Demagoras posset.Et uidebatur non esse, pactum enim à causa ipsa uim & efficaciam omnẽ accipit[b],at causa non sat probabilis erat,quoniam pendente lite, honorarij conuentio nulla est[c]:at quãuis hic posit rem defensam uideatur facta,quia tamen pecunia iam antea debebatur, non leuis suberat fraudatæ legis coniectura, translata scilicet ad præsens tempus doli suspicione[d],cui & alia iungi poterat:si enim uere ea quantitas ob patrocinium debebatur, compensatione obiecta,ipso iure tutus erat Demagoras[e]: quid ergo opus fuit hac pacti nudi conuentione,quæ non nisi exceptionem parit[f]? Sed tamen receptum est,eum liberatum esse,atque adeo efficaciter,ut etiam si soluisset,concedenda ei sit repetitio,exceptione enim pacti uel doli,quæ ei subrogatur[g], tutus,fauorabili exceptione tutus est:& ideo etiam si soluerit, propter præsumptum errorem, condicere indebitum potest[h]. Idem in eo, qui exceptione etiam odiosa defenditur, dum ei ius cõmune adsistat[i],nam tunc nec exceptio quidem doli odiosa existimatur[k]. Nec obstant supra scriptæ cõiecturæ,quoniam hic nihil aduersus legem factum est, quæ pendente iudicio conuentionem prohibet,nõ quod obligationi aduersetur,sed quia promissiões hasce in ipso periculo,& (quod dicitur) sub nouacula factas, lex ut inciuiles auersetur[l]; cui rationi locus non est,quum finita lite quãtitas ipsa pacto declaratur:cessat enim (ut Mart. lib. X I. inquit) tunc,res imperiosa timor.

b ¶ CAVSAS, Scilicet defensas:remuneratio enim patrocinij,efficax est causa pacti nudi,ut inde oriri possit exceptio: nam si nulla penitus causa subsit, nullius est iure nostro effectus, quod argumento stipulationis credẽdum est, quæ sine causa non ualet,sed exceptione doli excluditur[m]:nec causa donationis præsumitur, sed error potius,ut ferè crebrior est sententia[n], nisi apparet ex certa scientia fuisse cõtractum[o], uel confessio in instrumento adscripta sit,

L quòd

k arg.gl.in l.si maritus.ij.§. si negauerit,de adul.

l glo.l.ubi pactum.j.tit.j.

m l.j.ff. de re.e. n Bar.l. potest. de admi.tut.

o l. i causæ.j.§. fi.ubi Bal.ff.de min. Bar.cõſi. 101.Bald.cõſi. 236.in j.

p l.4.§.j.de fideicõ.lib.

q Alex.l.arbitro. col.pen. qui sat.cog.

r Socy.cõſ.299. 8.dubio. & cõ si.242. col.4.

s Aret.cõſi.161. col.4.

t Paul. cõſil.37. ut bene.in ij.

u l.decurionibus C.de silẽt.lib. xj. gl.l.hæres. in prin.ff.de iud.

x Bar.l.sciẽdũ.i prĩ.q sat. cog.

y Rom. cõſ.90.

z Bal.cõſi.148. in j.

a arg.l.j.§.quæ oncrandæ.ff. qua.re.ac.Bar ba.cõſ.44.ɜ3.

b l.cum de inde. de prob.

c l.quisquam.§. præterea.j. de postu.l.j.§. si cui cautũ.ff.de uar.& exor. cog.

d l.sicut.§.fin. uacuum.quib. mod.pig.

e l.si ambo.ff. de compen.

f arg.l.nõ solũ. ff.de act.et ob.

g l.ij.§.& gñaliter.ff.de excep.

h l.qui excep.de condi.indeb.

i l.si nõ sortem. §.indebitũ. ff. de cõd.indeb.

k Bart.l.ij.iij. quæst.j.de ref.uendi.

l l.medicus.de uar.cog.

m l.ij.§.circa. de dol.excep.

n Alex.l.à titio. de uerb. oblig. conſ.11. in j.

o Alex. conſ.4. conſi.6.in j.

quòd exequutionem in promptu, propter autoritatem iudiciariam habeat, ut Bald. tradidit[p]: in pacto quoque nõ petendi, uel liberatorio, fauore liberationis traditum est, præsumi donationis causam, & ideo si ultra quingẽtos solidos[q], tali pactione remittatur, necessariam insinuationẽ esse[r], nihil enim refert qs donet, an remittat, idemq; rei suæ est abusus[s], tametsi Sa ly. friuola ratione dissentiat.

negotiaq; eius tuo patrocinio[c] ac fide defensa, ea obligatione partim iure ciuili, partim honorario[d] liberatus es: nã exceptio perpetua pacti conuenti, uel doli, residui petitio nẽ repellit; quũ & solutũ per ignorantiã repeti potuisset.

uel alium accipiat[e]. Sunt & patroni fisci, qui coram præfecto prætorij aduocabant, & quibus publica stipendia præstabantur: his in cuiusque anni fine, sicut & Archiatris soluendũ erit[d]: licet à principio incipiat deberi, & ideo ad hæredes transmittant[e]. Sunt & qui fauore gratiaq; principum dispẽsationes impetrant, quod suffragium præstare Latine dicimus, ut est apud Ammianum Marcellinum, ijs soluendum erit, quum quæ optauerit, consecutus est cliens, id est, impetrata dispensatione, uel officio[f]. Sed quodnam existimabimus licitum esse honorarium? Et Vlp. ait, usque ad centum aureos[g], nam & lib. x 1. Corn. Tacitus Claudij edicto cautum tradit, ut ob causam orandam usq; ad denas sestertia, hoc est centum aureos aduocati possent accipere, quæ egressi repetundarum tenerentur. Sunt tamen qui confirmari iuramento pactionem existiment, qua cliens ultra eam summã promiserit[h]: quod ego non arbitror, quum delinquat aduocatus, illicitam summam accipiens, & repetundarum teneatur[i], unde iuramento adiuuari non debet. Addunt alij in causis criminalibus posse eum modum excedi: quoniam lex ait, quicquid ei donatum sit, qui à latrunculis & hostibus nos redemerit, ulare, quoniam quod contemplatione salutis datur, certo modo æstimari nõ placuit[k], & idq; communiter receptum uidetur. Sed hæc sententia magistratibus iniuriam facit, quasi pari in periculo eorum in manibus agatur, ac cum hostibus & latrunculis: quapropter ego ab Vlpiani, minime distinguentis, uerbis recedendum non arbitror.

p l.ij.col.fi.ĩ.de exec.re.iud.
q l.sancimus.j. de don.
r l. Modestinus. ubi Docto. de don.gl.l.si qs obligatione.ff. de reg.iur.
s l.contra.§.fi. ff.eo.
t in d.l.j.§.diuus. col.pen. de uar.cog.
u l.diem.ff.de off.aßes.
x l.ij.§.seruius. ff.de orig.iur.
y d.l.j.§.pinde.
z d.l.j.§.ĩ hono rarijs.l.fin.C. de cõd.ob cau. l.qui operas. §.j.ff.loca.
a ut hic & l.j.j. de suffra.
b l. Iulianus. §. offerri.de act. emp.
c l.properandũ. §. honorarijs. j.de iud.
d l.Archiatri.j. de prof. & med.lib.x.
e l.post duos. in fi.j.tit.4.l.j.j. de primip. lib.xij.
f l.j.j.de suffra. Honorarium
g d.l.j.§.licita.
h Guid. Pap. quæst.190. Decius hic.
i l.j.l.5.in fi.ff. ad l.iul.repet.
k l.pen.ff.de don.

d ¶ HONORARIO. Prætor enim inquit pacta seruabo, exceptionemq; concedit[m]. Sed quum salariũ patrono officio iudicis debeatur[n], & ideo hic compensatione tutus esset, uidebatur etiam ipso iure, & quidem ciuili esse liberatus[o], nisi dixeris expressam hanc conuentionem, & quæ certam quantitatem diminuit, priorem illam incertam, & legalem obligationem impedire: quoniam solet dici, præsumpta, tacitá ue expressis cedere[p]. Sed rursus obijcitur, quum id pactum de salario præstando sit, uidetur fomento legis adiuuari, & ex

m l.iurisgen. §. prætor.ff.eo.
n d.l.j.§.diuus.
o l.uerũ.l.si ambo.de compen.
p l.cum ex filio. §.j.de uulg.

c ¶ PATROCINIO. Hic igitur apparet quum iam Demagoras patrocinium præstitisset, tum deinde de mercede conuenisse: & tamen Bart. censuit[t], mercedem à principio deberi, in obligationibus quæ à lege inducuntur: unde & traditum est, præsidibus & assessoribus ante administrationẽ salarium (ut ipse legisse uidetur) præstitum esse[u]; antiqui tamen codices, præstitutũ habent. Sed articulus hic diffusior est, quàm ut hic attingi debeat. Quod ad præsens institutũ pertinet, illud est sciendum, iuris professores communi interpretatione eos dici Doctores, qui publice legunt, & quibus auditores dant operam: mihi uidetur etiam hoc nomine posse intelligi Iureconsultos, qui à principio adibãtur, ut consilij sui oratoribus & aduocatis copiam facerent, & quid iuris esset in toto negotio differerent[x]: his in sacramenti ingressu honorarium offerri debet[y]. Est sacramentum principium litis, quũ fit sponsio, ni res ita sit, deponunturq; in ædem sacram sportulæ, ut M. Varro declarat: cuius uocis mentio hac significatione apud autores ueteres frequẽs est. Sic epist. lib. v 11. Seruium Ofilium q; Iureconsl. in Caij Silij causa à se aditos, M. Cicero ad Trebatium scribit. Aduocati uero ipsi, seu patroni, ijdẽ Oratores causarum erant, qui in foro, & uia uoce causas tuebantur: his oblatum à principio honorarium, recipere quidem ius erat[z]: petere autem, contentiosaq; iurisdictione cõsequi, nõ nisi in fine litis poterãt[a]: quum enim officio iudicis debeatur, qui adhuc ex parte sua perfecte non adimpleuit obtinere non debet[b]: quòd si aduocatus operam suam præstare detrectet, nisi singulis actibus sibi satisfiat, debet iudex litigatorem in id adigere, ut ei satisfaciat,

t l.amplius. ff. rem rat.hab.
u c.f. de lit.contest.in 6.
x l.prox.
y l.transacta. ff. de uerb.sig.
z l.ait prætor. de ureiur.
a c.quoniam. de fil.presb. Bar. l.cũ quæreba tur. ff. iud.sol.
b arg.l. q patri. de acqu.hæred.
c Bart.d.l.cum quærebatur.
d l.Aristo.ff. de don.

& ex eo actio dari[q], ea ergo ipso iure liberationem parere debet, non secus ac quum stipulatio stipulationem tollit[r]. Sed aliud est in stipulatione, quæ priori aduersatur, aliud in hoc pacto, quod priorem obligationem quodam modo innouat, ut sicut prius cõpensatio obijciẽda erat, nunc pacti exceptio loco compensationis opponatur. Sed an finitæ litis hæc sit exceptio, seu eius ingressum impediat: Et dicendum est, nõ impedire: quod hic probatur, dum lex ait, residui petitionem repellere: ergo expectanda est litis contestatio, quum ante non dicatur petitio[s]: exceptiones uero finitæ litis ante cõtestationem opponuntur, ne tædia litis subire quisquam cogatur, quam iam finitam apparet[t]: quandoq; tamen ex pacto nudo oriens exceptio, huiusmodi litis ingressum impedit, ut si liti pacto renuntiatum sit[u], fauore enim extinguendarum litium instar transactionis habet talis consentio[x]: Idem si pactum non agendi iure iurando confirmatum sit, ut aliqui existimarunt[y]: Idem si manifeste de eo constet, puta documento publico, aduersus quod nihil probabile aduersarius alleget[z]. Idem censuit Socyn. in huius legis casu, ut pacti natura, propter solutionis, quæ in parte adfuit, adiunctionem mutetur[a]: quæ sententia merito ab omnibus reprobatur, tum ex legis nostræ uerbis, tum quia nec ipsa quidẽ solutiõis exceptio litis ingressum impedit, nisi quũ confestim probari potest[b]. Sed & quum pars pacto remissa, à parte soluta separata sit, utraq; proprio iure cẽseri debet[c].

IDEM AVG. Basilicæ.

PActa quæ contra leges cõstitu

q l.j.j.de suffra.
r l.si unus.§. pactus.ff.eo.
s l.amplius. ff. rem rat.hab.
t c.f. de lit.contest.in 6.
u ĩ.l.prox.
x l.transacta. ff. de uerb.sig.
y l.ait prætor. de ureiur.
z c.quoniam. de fil.presb. Bar. l.cũ quæreba tur. ff. iud.sol.
a arg.l. q patri. de acqu.hæred.
b Bart.d.l.cum quærebatur.
c l.Aristo.ff. de don.
d Bar.l.si quis p eo.de fideiuss.
e l.stipulatio hoc modo. de uerb. oblig.
f l.titia.eo.tit.
g l.si plagij.l. generaliter.c.tit.
h l.alia. §.elegãter.ff.sol.mat.

PACTA QVAE CONTRA. Cõstitutio hæc, quæ generaliter loquitur, uarijs in speciebus declarari potest: hæ ferè septem referũtur[a], quarum prior est, quoties reprobatur pactum, quia aduersus bonos mores, ut quum de futura successione tractamus, subest enim captandæ mortis uotum[b]: uel quum pacto libera testandi facultas diminuitur[c]. Idem de matrimonio, quod lex nõ sinit ullo prorsus nexu impediri[d]. Huc pertinet & quod obligatio ob delictum perpetratum uel committẽdum nulla est[e]. Sicut & si coniuges conueniant, ut supraq; facere possint exigantur, inhumanum enim id pactũ est inter eos, qui iure naturali mutuam sibi reuerentiam debẽt[f]. Aduersus quoq; bonos mores esse eam pactionem Ang. existimauit[g], qua iuueni amatori Cytharœdus matutinas cantiones ad puellæ fores promisit: idemq; Pícus de aleatorum quibusdam pactionibus refert[h]: itemq; his, qui uiduas nubẽtes adigunt, ut bigamij nomine sportulã promittãt: cuius consuetudinis & Apuleius in apologia meminit. Idem ego arbitror in his, qui in bello inter Christianos (quod plusq; ciuile est, quia omnes in CHRISTO fratres sunt[i]) captos ab alio milite emũt, ut ad duriorẽ redẽptionis mercedẽ cogant[k], huiusmodi eñ mangonium nõ multũ à plagio distat, & contra bonos mores est[l]: dubium aũt nõ est, quin pacta aduersus bonos mores conuenta, nec iurisiurandi quidem religione confirmari non possint[m]. Secunda species est, quum pactum ideo reprobatur, quia aduersus ius publicum sit. Id quatuor modis accipitur, quandoque pro coniunctione sanguinis[n]; quandoque pro eo iure quod principaliter fauorem publicum respicit, ut quòd delicta puniantur[o]: quandoque pro iure quod ad fisci uel reipubli. utilitatem pertinet[p]; quandoque pro eo iure cui specialis forma uel solennitas tradita est[q], seu clausula addita sit, pactionem infirmans, si secus fiat[r], omnibus enim his casibus ius publicum dicitur, aduersus quod celebrati contractus nullius sunt roboris[s]: ut quum sacerdotes paciscuntur, ut sub prophano iudice conueniri possint[t]: uel dominus fundum absq; colonis, adscriptitijsue alienet[u]: Itẽ ea quæ affixa sunt ipsi domui pacto transferre in aliũ, ciuitatemq;, quod in se est, deformare uelit[x]: Idem si quis pacto prorogare instantiã nitatur[y]: uel si quis paciscatur, ne opus nouũ ex causa publica nũciare possit[y]: unde & receptũ est, nõ posse partes pacisci ut iudex summarie & de plano pcedat, id eñ ad ius publicum pertinet[z]: Sicut nec cõuenire possent, ut qui intra certum terminum nõ soluerit, excõmunicatus, sacerq; censeatur[a]: nec ut quis nõ monitus, aut citatus, in carcerẽ manu sibi iniecta abducatur[b]: nec ut debitor, irrequisito iudice, detrudi in neuum possit[c], lex enim aliam executionibus formam dedit[d]. Sic & pactũ aduersus religionis legem non ualet, ut eũ qui in monachorum albo nomẽ dedit, uel Augustinẽsis

i l.itẽ.§.memi nisse.de iniur.
k auth.alearũ.j. de relig.
l xi. quæst.3. ad mensam.
m l.inutilis.ff. de fideicõ.lib.l.j. 3.de epis.aud.
n arg.l.si quis in genuũ.§.in ciuilibus.ff. de capti. Saly.l. apud hostes.j. de capti.
o c.non est obligatoriũ. de reg. iur.in 6.
p l.ius agnationis.ff.eo.
q l.ius uulnerationis.ff.eo.
r l.iuriſgẽ. §.si pacisc ar.ff. eo.
s l.nemo.de leg. j.l.prolatam. j.de sent.
t gl.l.à diuo.ff. de rit.nup.
u l.ius publicum. ff.eo.
x c.si diligẽti. in fi.de fõ.comp.
y l.ij.ubi glos.l. quẽadmodum. C.de agric. & cen.lib.xj.
z l.senatus.de cõ trab. emp.l.cæ tera.§.pen. de leg.j.
a l.properandũ. §.& si quidẽ. j.de iud.
b l.iuriſgẽ. §.si pacisc ar.ff.eo.
c gl.Clem.sæpe. uer.necessario. de uerb.sign.
d c.sacro.de sen. excõ.Alex.d.l. alias.§.j.
b Bal. cõs.49.in in j.Arct.d.l. nemo.
c Doct.d.l.alia. §.j.
d l.ob æs.j. de act.& obli.

sodalis, lignipes factus est, sibi peculiũ
proprium pacto reseruauit[e]: eadẽ ratione
nec pactum ualere traditũ est, quo quis eũ
qui hostis patriæ sacrata lege, proscriptus est,
nõ offendere promisit[f]. Sic pacta tutorum,
interdicti matrimonij causa; sic litigatorũ
potentioribus factæ cessiones rescinduntur[b],
nã & nõ carent hæc delicti præsumptione.
Idem in patre, qui cõuenit, ne filiũ si inopia
prematur, alere teneatur[i], unde & si is qui
super alimentis & testamẽto præstãdis trãs
egit[k], uerisimiliter fame laboraturus erat,
aduersus iuratam quoq; renuntiationẽ ad-
mittetur, hoc enim casu, pactum etiã aduer
sus ius naturale esse, quidam arbitrantur[l].
Ideo autem prædictis casibus non ualet cõ
uentio, quia iuri, quod pro se introductum
non est, renũtiare quis nõ potest[m]: unde ne
hoc quidem casu iuramentum ipsum ualet,
aut pactionem confirmat[n]. Huc pertinent
& contractus, quibus solennitati probato-
riæ derogatur, iuris enim publici est proba
tio, quæ nec iurato quidem pacto tolli po-
test[o]: quapropter ualere legem municipij,
nec ei derogari priuata pactiõe posse Paul.
Castr. respondit[p]: qua cautũ erat, ne instru-
mento iusiurandũ cõtinenti fides ulla præ-
staretur, nisi certa solẽnitas adfuisset. Ter
tia species est, quũ quid principaliter fauore
priuato inductũ est, & consequenter in pu-
blicam utilitatẽ uergit, nam & tunc contra
huiusmodi iura celebrata cõuentio nullius
est roboris[q]: ut quum mulier fundum do-
talem aduersus legem Iuliã alienat[r]: hic em
fauor est priuatus mulieris, cuius sequela
est dos, quia expedit reipublicæ mulieres
esse dotatas[s], merito talis cõtractus ipso iu-
re erit nullus. Idemq; dicẽdum in similibus
casibus, ut quum lex id quod priuatam uti-
litatem principalius respicit, ad ius publi-
cum uult pertinere[t], accedente tamen iu-
ramẽto, propter ius canonicum aliqui exi-
stimarunt confirmari contractum, alij con-
tra: iuramentũ quidem seruandum, tametsi
adhuc contractus sit nullus, quorum sen-
tentia mihi hoc casu uidetur receptior, ut
quam Vinc. Io. Andr. Lign.[u] Cald. Butr.
Ang. Raph. Faber, Porcius, Paul. Eleaza-
rus, Anch. Iaf. alijq; probarunt[x]: lex enim
simpliciter seruari iuramẽtum iubet, unde
alia sententia sequenti solum casu obtine-
re posset. Quarta species est, quum lex
publicæ utilitatis, nec in consequentiam
quidem meminit[y], sed obligantis se fauore
pactum prohibet, nam & tum quoque cõ-
tractus est nullus[z]: ut quum mulier aduer-

e Doct. auth. ingressi. C. de sac. sanct. eccl. Bald. consil. 106. quæritur. in j.
f Bar. l. j. §. non fuit. ff. de dol. Iaf. in l. iuris g. §. si paciscar. ff. eo.
g l. j. j. de inter. mat.
h j. ne lic. pot. l. j
i Dec. l. iura. de reg. iur.
k l. cum hi. de transact.
l Feder. de senis. cõs. 60. Imo. d. c. cũ cõtingat.
m c. ad apostolicam. de reg.
n glos. d. l. ij. de agri. & cens.
o d. l. ius publicũ
p Paul. consil. 61. nouum. in 2.
q d. l. non dubiũ. C. de ll.
r Inst. quib. alie. nõ licet. ĩ prin.
s l. j. ff. sol. mat.
t Bar. d. l. si quis pro eo. 2. casu. Aret. consil. col. fi.
u in d. c. cum cõ tingat.
x Ang. cõs. 160. But. Fely. c. ij. de maior. & obed. Barb. cõsi. ij. in j. IIII Mod. d. auth. Sacramenta.
y l. ij. in fi. ad municip.
z d. l. non dubiũ.

sus s. c. Velleianum fideiubet[a]: Idem si
aduersus municipij sui legem, absq; agna-
torum consensu obligari uelit[b]: sic & pro-
digus, cui bonis interdictum est, si alienet,
nihil agit[c]. Sic pupillus uel minor absq; tu
toris uel curatoris autoritate obligari ne-
quit[d]: confirmantur tamen huiusmodi con
tractus iuramento, idq; communi sententia
proditum est[e], nisi tali iuramẽto, iudicium
abesset[f]: ut in prodigo uel pupillo, quod
ego ex frequentiori sententia arbitror, etiã
si doli capax, proximusq; pubertati sit. &
Sunt & qui tum abfuisse censeri existimẽt,
quum enormis læsio inde prouenit[b]: Ad-
dit Bart. idem esse, si lex personæ contra-
hentis resisteret[i], tali enim casu non simpli-
citer consulere contrahenti, nec eius parti-
cularem fauorem perpendere censetur, sed
publicam potius utilitatem, & qui aduer-
sus huiusmodi præceptum facit, contemne
re legem uidetur, & rem illicitam illicito
quoque modo facere, unde peccat[k], meri-
to tale iuramentum pactionem non confir
mat[l]: quam sentẽtiam probabilem censeo, l
licet plerique dissentiant[m]. Quinta spe-
cies eodem quo præcedens iure diffinitur,
quum scilicet lex pactionem reprobat, pro
pter uarias ciuium utilitates: quapropter
transactio super alimentis, ex testamẽto in
futurum præstandis, nõ ualet[o]: ne uana fu-
turæ opulentiæ spe qui isq; ad lectus, aduer-
sus testatoris mentem, præsenti precio, uel
leuissimo accepto, magnæ utilitati renun-
tiet. Sic & transactio, non uisis uerbis testa-
menti, non ualet[p], tum in odium testamen-
tarias tabulas supprimentium[q], tum quod
omnium intersit, suprema iudicia ex mente
defunctorũ exitum habere[r]. Sic & fideius-
sio, à marito uxori dotis restituendæ, uel cõ
seruandæ causa data, nullius est momenti[s]:
ne perfidia in matrimonio generetur, uide-
aturq; mulier magis extraneo fideiussori
credere q̃ marito: quid itẽ si maritus in pu-
dicitia uxoris conniueret, dum fideiussori
dormit; doctus scilicet, ut inquit Iuuen. ui-
gilanti stertere naso: quo casu prohibitio
hæc ad primam speciem pertineret. Sic pa-
ctio, ne qs cedere bonis possit, nõ ualet, ne
diutino carceris pædore quisq; afficiatur[t].
Sic donatio inter uirũ & uxorem prohibe-
tur, ne mutuo se spoliẽt, & matrimonia ue-
nalia fiãt: neue inuicẽ se blãditijs captent[u].
Sed nũ saltẽ cõfirmabitur iuramẽto? & Iaf.
hic ex cõmuni sentẽtia ostendit cõfirmari
qui articulus maxime controuersi est iu-
ris, & totidem ferè sunt, qui negent, quot
qui

a l. ij. ad Vell.
b Fely. in d. c. de maior. & obed.
c Doct. l. ij. de uerb. obl.
d l. pupillus. l. ligari. de aut. tut. l. si curatorem. j. de reb. in integ.
e Bar. at si Christus. de iurisd. omn. iud.
f Doct. in auth. Sacramenta.
g Dec. cõs. 58.
h Bar. d. l. si quis pro eo.
i d. c. ij. j. quæsitum. 3. qui resistit.
k c. intellecto de iureiur. gl. c. cet. co. ti. in 6.
l Alex. cõs. 70. col. pen. uol. 1.
m l. cum hi. ff. de transact.
n l. de his. ff. de transact.
o l. j. quem. test. aper.
p l. uel negare. ff. eo. tit.
q l. j. & seq. j. de fide. dot.
r Bar. d. l. alia. §. eleganter.
s l. j. & seq. de don. int. uir.

qui aiant. Ego iuramẽtũ quidem ualere ar-
bitror, sed cõcedendã absolutionem, tanc̃q;
hic casus ad sequentem speciem pertineat:
lex enim odio persequitur accipientẽ, non
autem fauet danti[x], & ideo nec cõtractum
cõfirmari existimo[y]. Illud etiam receptũ
est, confessionem mariti, cuius iuratam, qua
in testamento se aliquid recepisse ab uxore
attestatur, fidei faciendæ nõ sufficere[z]: cen-
setur enim in fraudẽ legis facta, nec iuramẽ
to confirmatur, quod quũ assertiue de re iã
gesta prolatum sit, periurium potius censẽ
tur. Huc spectare & illud uidẽt, quòd do-
natio supra quingẽtos aureos, nisi insinua
ta fuerit, nullius est momẽti[a]: quod fauore
donãtis cõstitutum uidetur, ne facile deci-
pi possit: & ideo si is iuratus ꝑmiserit, eius
insinuationis causa litem nõ mouere, quod
ad eum attinet, confirmabitur donatio, ut
crebriore sententia receptũ est[b]: simplex ue
ro iuramẽtum, ad superueniẽtem insinua-
tionis (quæ ex lege municipij intra certũ
tẽpus requireretur) defectum extendi non
debet[c]: & ideo donator qui id allegaret, nõ
aduersus pactum suum intẽdere, sed partis
negligentiã arguere uideretur, audiẽdusq;
esset, atq; ita non pauci responderũt[d]. Ego
insinuationẽ in monumenta publica necc
sariam arbitror, ne quis temere in tãtã pre-
fusionem prorũpat, & ne facile cõfingi fa-
cæ donatiões possint, & ne quis clam facta
donatione creditores etiã futuros fraudare
possit[e]: & ideo respectu creditorũ, quorum
probabilis est ignorantia, nec iuramentum
quidẽ ullius esse effectus[f]. Sed quid de do-
natione quæ nascẽtibus deinde filijs reuo-
catur[g], an idem si iurata sit? Et receptius est
nõ reuocari[h]: nõ enim fauore filiorũ infir-
matur, ut quidã crediderunt[i], sed ex coniec-
tura, quod mens donãtis nõ fuerit, in talẽ
casum donasse[k]: unde lex dominiũ rerum
alienatarũ patri restituit, qui de eis arbitra-
tu suo disponere deinde potest, quod tamẽ
in donationibus inofficiosis secus est, quæ
non nisi usque ad legitimam reuocantur[l].
Sexta species, quum pactio in odium cre
ditoris à lege reprobatur, ut lex commisso-
ria in pignoribus[m], ut promissio usuras
soluendi[n], ut mutui obligatio à filiofa. ad-
uersus s. c. Macedonianũ cõtracta[o]. Idem
in officiali, cui lex durante magistratu, ne
contrahat prohibuit[p]: adeo enim huiusmo
di pacta sunt irrita, ut nec iuramẽto quidẽ
effectu confirmentur, sed absolutio peti,
deinde res, tanc̃q; sine causa apud creditorẽ
sit, condici possit: quum enim contractus

x l. si sponsus. in fi. co. ti.
y Bal. c. cũ contingat. in fin. Card. clem. j. de iureiurand. Paul. cõsil. 64. sup isto. Curt. consil. 66. Bar. l. cũ quis. decedẽs. §. titia. de leg. 3. Dec. cõs. 202. a l. sancimus. j. de dona.
b l. Modestinus. de don. & in d. l. nemo põt.
c c. cum inter P. ex. de renunt.
d Curt. cõsil. 66. Crotus d. l. nemo.
e l. donatio siue. l. data. j. de don. Bar. d. l. Modestinus.
f d. c. cũ contingat. Aret. cõs. 157.
g l. si unquã. j. de reuo. dona.
h Doct. c. fin. de don. int. uir. Alex. cõsi. 30. in 3.
i Curt. cõsil. j.
k Bart. l. titia. j. §. imperator. de leg. 2.
l l. j. j. de inoff. dona.
m l. fi. j. de pac. pign. c. significate. de pign.
n c. debitores. de iureiur.
o l. j. ad Maced.
p l. nõ licet. ff. de cõtrah. empt.
q l. fi. ff. de condic. ſi. cau.

non cõfirmetur, apparet causam non sub-
esse, merito repetitioni erit locus: quod in-
telligendum aduersus creditorem, qui pec-
cauerit, ne scilicet peccato fomentũ religio
præbere uideatur[r]. Sed quid in contractu,
qui dolo malo celebratus sit? Et uideretur
nullius momenti, tanquàm contra legem,
ut hic dicitur: sed tamen nostra constitutio
de his pactis loquitur, quorum substãtiam
lex reprobat, at dolus quædam qualitas est
consensui accedens[s], quæ cõtractum qui-
dem bonæ fidei, tanquã eius substantiæ re-
pugnãs ipso iure infirmat[t], stipulationem
uero nõ nisi rescissoriæ actionis remedio[u],
Quod & in metu dicendum, est enim qua-
liis, quæ substantiam conuentionis statim
non perimit, sed restitutione demum impe
trata[x]: si tamen dolo inito contractui iura
mentũ accessisset, ipso iure erit semper nul-
lum[y], quod scilicet in religione semper bo
nã ides necessaria sit: quod si metus inter-
ueierit, petẽda regulariter erit absolutio[z],
quid & eo casu in dolo traditũ est, quo nõ
adeo magna est fraus, ut consensum uerisi-
milem omnino excludat[a]. Quid quando a
re ipsa fraus adfuerit, ut quia debitor, qui iu
rauit enorme damnum subiret? Et cõcedẽ-
dam absolutionem plerique tradiderunt[b],
quia scilicet non multum interest, expresso
dolo, an re ipsa quis circumuẽtus sit[c], qua
tamen in re multum arbitrium iudicis ua-
lebit, qui & damni enormitatem recte per-
pendat, non uidetur tamen grauiter læsa,
quæ modico præmio hæreditati patris re-
nuntiauit[d], quum solã spem repudiauerit,
quæ infinitis casibus subijcitur. Septima VII
species, quum contractus à lege reiicitur,
quia in re, uel materia, uel forma peccat: &
si huic prohibitioni adiũcta quoq; sit iuris
publici causa, dubium non est, contractum
nõ ualere, nec iuramento cõfirmari: ut quũ
quis rẽ sacram uel publicam promittit[e], exi
stimatur enim impossibilis promissio, quia
huiusmodi res extra commercia hominum
sunt[f]. Idem in eo qui de purpura, uel feris
co, uel frumento militari pacisc atur[g]: si ue
ropactio cõtra publicam utilitatem nõ sit,
adhuc cõtractus nõ ualet, ut quum aliquis
sciens rem furtiuam emit[h], uel quum con-
tractus in consensu peccat, is enim materiã
respicit[i]: quapropter contractus simulati
iuris, effectũ non habent, sic etiã transactio
post rem iudicatã nulla est[k], quia eius ma-
teria ex ambiguitate, incertitudine q̃ con-
ficitur[l], quæ per rem iudicatam extincta
est: Sic exceptionis non numeratæ pe-

r Abb. & Imo. d. c. cũ contingat.
s Bal. l. non dubium 7. opp. C. de ll.
t l. eleganter. ff. de dolo.
u l. dolo. j. de inut. stip.
x l. j. ff. quod met. cau.
y Bal. d. §. item sacramẽta. col. fi.
z c. j. c. uerũ. de iureiur.
a Abb. & Imo. d. c. cum cõtingat. in not.
b c. causam matrimonij. de ofic. deleg. Soc. cy. consi. 263. Corn. 214. in 3. Barb. 53. in 2.
c l. si quis cũ alter. de uer. obl.
d c. quãuis. de pac. in 6.
e l. inter stip. §. Sacram. de uer. oblig.
f l. apud. §. fin. ff. de leg. j.
g l. j. cum seq. j. quæ res uen.
h l. si in emptione. §. 2. de cõtrah. empt.
i l. 2. & 3. j. plus ual. quod agi.
k l. eleganter. §. si post. de condic. ind.
l l. j. de trãsact.

cuniæ renuntiatio nullius est effectus, quia sub fiducia futuræ numerationis factam lex præsumit[m]. Ad hanc sectionem pertinet etiã donatio, quam filiofa. pater facit[n], iuris enim nostri regulis aduersatur, nec in quo materia cõsistat habet, nõ emin inter patrem & filiũ obligatio ciuilis oriri põt[o], & res filio data, incontinenti rursus patri acquireretr[p], quod etiam accedente iuramento procedere Paul. Castr. Fulg. Corneusq; cẽsuerit[q], licet aliis reclamantibus[r]. Idem dicendum de contractu, cuius forma à lege traditur ne glecta fuerit, non enim ualere potest, ut stipulatio in qua ad rogatum recte respõdetur non sit[s]: ut fideiussio in duriorem causam facta, quàm principalis alligaretur[t]: propter iuramentum tamen sustineretur huiusmodi pactiones, quatenus minime immutatus cõsensus extendi ui uerborũ posset[u]. Sed nunquid ex hisce contractibus, quibus lex occurrit, obligatio saltẽ naturalis oriatur? Et hic apparet nullius esse momenti, cuius rei illa est ratio, quia iure naturali quilibet legi suæ parere debet[x], unde talis obligatio aliam ex consensu orientem perimit, uel saltem effectu extinguit: merito igitur huiusmodi casibus, nec fideiussor quidem accedere potest[y]: non tamẽ id perpetuum est, sed quandoque naturalis obligatio oritur, ut quum non occursu legis, sed ratione aliqua ciuili contractus impeditur, ueluti cum pater filio donat, subest enim naturalis obligatio[z]. Idem quum pupillus citra autoritatem tutoris obligatur, impeditur enim solum ex ui & potestate, quam in caput suum tutor lege XII. tab. habet, uel habere debet[a]. Ego tamen aliter distinguẽdum censeo, & nec naturaliter quidem ex consensu pupillum obligari, propter prohibitionem legis, arbitror[b]: rei uero accẽptione ita demum obligari[c], si nullo damno inde afficiatur, siue propter rem, sibi uice mutua legatam[d]: siue quia iam uetus obligatio subesset, de qua noua agatur[e]: uel nisi locupletior sit factus[f], uidetur autẽ locupletior factus, & qui mutuum persoluit, nec enim alias uerisimile est solutu-rum[g], ideoq; non repetit[h]: eum quoque, qui fideiussorem dederit, quod ad illum attinet, naturaliter teneri lex interpretatur, fideiussori enim imputandum est, si non curauit ut locupletior ex mutuo fieret[i].

m l. fin. j. de non num. pec.
n l. 2. j. de inoff. don.
o l. frater. de condic. ind.
p l. placet. de acquir. hære.
q Paul. cõs. 345. c. bona. Fulg. 199. Corn. 238. in. 1.
r Dec. cõs. 239.
s l. j. §. si qs ita. de uerb. obli.
t l. græce. §. illud. de fideiuss.
u l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2.
x l. ueluti. de iust. & iur.
y l. cum lex. ff. de fideiuss.
z d. l. frater.
a Bar. l. j. ff. de noua.
b l. qd pupillus. de condic. ind. & l. interdum. eo. tit.
c l. pupillus. de act. & obl.
d l. in numeratio nibus. de solu. l. si pupillus. ad l. falc.
e d. l. j. de noua.
f l. 3. cõmo. l. pupillus. de auto. tut.
g l. cũ illud. §. j. qũ di. leg. ce.
h l. si eius. ff. ad Treb. d. l. si pupillus.
i l. fi. ff. de iureiur.

IDEM AVG. Maximo.

DEbitori tuo si heres extitisti, actio quam contra eũ habuisti, adita hæreditoribus &c.) Cui non absimile, & quod de marito dicitur fundum dotalem alienante, obligatur enim naturaliter[m], quia translationem dominij fauore uxoris principaliter lex impedit, non illius[n]. Tum quoque non impeditur obligatio naturalis, quum lex contractum ex postfacto tãtum infirmat, ut quum instrumenta inquit donationum intra semestre insinuentur, alias non ualeant[o]. Sed & si lex solum actioni, aut petitioni aduersetur, ex ui uerborum apparet, obligationem non impediri[p]: ut si dicat, ex tali contractu, nec actio, nec petitio detur[q], tunc enim sola exceptio uidetur concedenda, præterquàm ubi alias, iure communi, nec actio quidem daretur[r], eo casu ipso iure actor reijceretur[s]. Tandem & illud constat, quum lex contractum nõ agnoscit, id est nec adsistit, nec resistit, non impediri naturalem obligationẽ[t], tali enim casu qui contrahit nihil aduersus legem facit, alij uim in uerbis perpendunt[u], quod ron probo.

DEBITORI. Titij, qui centum mihi ex uendito debebat, aditam à me hæreditatem, Sempronio, quem de ea mecum litigantem superaueram, tradidi, ea conditione, ut tam mihi, quàm cæteris creditoribus hæreditarijs satisfaceret: quam conuentionem quum Sempronius minus obseruet, quæritur, quomodo mihi subueniatur? num ex uẽdito, qua mihi actione defunctus tenebatur? Sed id fieri non potest, quum enim hæreditatem illam adiui, statim ea actio confusione extincta est, alioqui idem fuissem & debitor, & creditor[a]: num cõdictione indebiti? tanquàm traditio conditionalis fuerit, propter illa uerba, ea conditione ut mihi[b], &c. Sed & id falsum est, quia conditio qualitas ea dicitur, qua aliquid condi, id est fieri actum est, unde non solum adiunctionem in futurum euentum dispositionis suspensiuam significat[c], sed etiam onus[d], quandoq; modum[e], aliquando tenorẽ, aliquando pactũ & simi

m l. res penes Semproniũ erat. de acceptilatione liberaui. huiusmodi enim remissio instar traditionis est: ideo hoc quoq; casu præscriptis uerbis agi poterit. Si uero stipulatio accessit, ex stipulatu agẽdũ, incertũ enim est promissum, siue respectu alio rũ creditorũ, quibus dari stipulatus sum, siue respectu mei, qui nõ dari mihi certam summam, sed simpliciter satisfieri uolui. Sed cur lex quoq; nõ concedit, ut actione in factũ pro executione sentẽtiæ agam, ex cipientiq; propter traditionẽ Sempronio de dolo malo, quia pactũ nõ obseruet, replicem? Et receptũ est, restitutiõe mihi semel à Sempronio uel traditiõe à me illi facta, ab actione iudicati eum liberatũ, nec suscitari amplius extinctam actionẽ, maxime quum aliter succurri possit, nempe actione præscriptis uerbis, ex pacto oriẽte. Quòd si traditio nulla facta proponat, tũc præscriptis uerbis actio dari nõ potest. Sed ex sentẽtia tantũ agi poterit, & reo excipienti, ex pacto replicabitur, nec refert expressum an tacitũ sit pactũ: ut si hæreditas penes Semproniũ erat, & eo uicto pactus sum hæreditatẽ illam nõ petere, hic cuius nulla sit traditio, tamẽ ex natura rei intelligor etiã pactus, ut omne æs alienũ ad eum pertineat, meq; ille indemnem præstet, siue ex causa donatiõis pactus sim, siue simpliciter uoluerim eã illi derelinquere, citra ullius tituli translationẽ, quod Alex. hic ex cõmuni sentẽtia probat, quæ & sermonis proprietate defenditur: Si enim actũ est, ut tibi derelinquatur hæreditas, ergo onera, quæ in ea sunt ad te pertinẽt, & ea enim hæreditatis sunt, merito creditoribus satisfacere teneris. Sed an mihi? & nõ uideretur, quũ actio mea aditiõe cõfusa sit, mihiq; imputandũ uideatur, qui sponte tibi eã hæreditatẽ dereliquerim, idq; Paul. Castr. aduersus cætero-

g l. rebus. j. de re. permu.
h l. legem. j. eo.
i l. si mulier. ff. de condic. ob eau.
k Inst. de uerb. obl. in prin.
l l. liber homo. 2. §. fi. de uer. oblig.
m l. j. ff. qui sat. cog.
n l. intra. de re iudic.
o l. cum proponas. 2. j. eo.
p l. pen. §. fi. ubi Bar. & Doct. ff. de acquir. poss.
q l. qui rem. §. arcã. de solu.
r l. secundum. de reg. iur. l. 2. 3. eod.
s l. hæreditatẽ. de dona.
t l. sed & si possessori. in prin. de iureiur.
u l. debitor uer. coactus. ad Treb.

a l. Vranius. de fideiuss.
b l. sub conditione. ff. de cõdic. inde. l. j. de cõdic. si. cau.
c Bar. l. j. de cõdi. & dem.
d l. nihil. de conuen. cũ eman. lib.
e l. Meuia. de testa. man.
f l. si societatẽ pro soc.

& similia ex subiecto argumento intelligẽda: hic autem apparet de onere potius seu grauamine agi. Verius est igitur si promissio pacto nudo facta sit, præscriptis uerbis agendũ esse? rei enim traditione fomẽtum accepit[b]. Idem si res penes Semproniũ erat, & eũ acceptilatione liberaui, huiusmodi enim remissio instar traditionis est[i]: ideo hoc quoq; casu præscriptis uerbis agi poterit. Si uero stipulatio accessit, ex stipulatu agẽdũ, incertũ enim est promissum[k], siue respectu alio rũ creditorũ, quibus dari stipulatus sum[l], siue respectu mei, qui nõ dari mihi certam summam, sed simpliciter satisfieri uolui[m]. Sed cur lex quoq; nõ concedit, ut actione in factũ pro executione sentẽtiæ agam[n], ex cipientiq; propter traditionẽ Sempronio de dolo malo, quia pactũ nõ obseruet, replicem? Et receptũ est, restitutiõe mihi semel à Sempronio uel traditiõe à me illi facta, ab actione iudicati eum liberatũ[p], nec suscitari amplius extinctam actionẽ[q], maxime quum aliter succurri possit, nempe actione præscriptis uerbis, ex pacto oriẽte. Quòd si traditio nulla facta proponat, tũc præscriptis uerbis actio dari nõ potest. Sed ex sentẽtia tantũ agi poterit, & reo excipienti, ex pacto replicabitur, nec refert expressum an tacitũ sit pactũ: ut si hæreditas penes Semproniũ erat, & eo uicto pactus sum hæreditatẽ illam nõ petere, hic cuius nulla sit traditio, tamẽ ex natura rei intelligor etiã pactus, ut omne æs alienũ ad eum pertineat, meq; ille indemnem præstet[r], siue ex causa donatiõis pactus sim[s], siue simpliciter uoluerim eã illi derelinquere, citra ullius titu li translationẽ[t], quod Alex. hic ex cõmuni sentẽtia probat, quæ & sermonis proprietate defenditur: Si enim actũ est, ut tibi derelinquatur hæreditas, ergo onera, quæ in ea sunt ad te pertinẽt, & ea enim hæreditatis sunt, merito creditoribus satisfacere teneris. Sed an mihi? & nõ uideretur, quũ actio mea aditiõe cõfusa sit, mihiq; imputandũ uideatur, qui sponte tibi eã hæreditatẽ dereliquerim[u], idq; Paul. Castr. aduersus cætero-

g l. legem. j. eo.
h l. si mulier. ff. de condic. ob eau.
i Inst. de uerb. obl. in prin.
k l. liber homo. 2. §. fi. de uer. oblig.
l l. j. ff. qui sat. cog.
m l. intra. de re iudic.
n l. cum proponas. 2. j. eo.
o l. pen. §. fi. ubi Bar. & Doct. ff. de acquir. poss.
p l. qui rem. §. arcã. de solu.
q l. secundum. de reg. iur. l. 2. 3. eod.
r l. hæreditatẽ. de dona.
s l. sed & si possessori. in prin. de iureiur.
t l. debitor uer. coactus. ad Treb.

x arg. l. cũ filius §. j. de leg. 2.
y l. 2. §. pen. de hære. uel act. uen.
z arg. l. si quis ædes. de ser. urb. præd.
a d. l. 2. §. pen.
b facit l. hæredẽ. de his qui. ut indi.
c l. j. §. si hæres percepto. ad Treb. l. 2. 3. c.
d l. si sic. §. j. ubi Bartol. de leg. j.
e l. licet. j. ad. l. falci. l. stichũ. §. aditio. de solut.
f l. deducta. ad Treb.
g §. j. in auth. de iureiur. à mor.
h l. 2. de stipul. ser. l. pen. de arbi.
i §. j. Inst. de act.
k Bal. l. si uxor. j. de bon. auth. iud. poss.
l §. item seruiana. Inst. de act. l. pignoris. ff. de pign.

um sentẽtiã probat[x]: cuius opinionem & ratio Fulg. adiuuat: si enim hoc actũ esset, & titulus hæreditarius in te transferretur, & iniquæ æquitas suaderet te etiam mihi satisfacere[y]: Sed quum ego derelinquendo remihil in te trãsferam, nudusq;, & absq; ullo titulo sis possessor, non subest ratio, ut uel extincta actio reuiuiscere debeat, uel aduersus exceptionẽ tuam ex præsumpto pacto replicẽ, & ita stricti iuris regulis defendi posse uideretur[z]. Sed tamẽ humanior est cõmunis sententiane plus lucri consequatur is, qui sola pacti non petendi exceptione est tutus, quàm emptor, in quẽ uberiora iura trãsferũtur[a]. Merito igitur ex sentẽtia agetur[b], sicut & quum possessor hic creditoribus satisfacere negat, nam quod Accur. ait hoc casu iure cessio experiũdum, crebriore calculo reiectum est: quum enim creditores in ipsum Sempronium, tanquàm singularem successorem, actionẽ nullam habeãt[c], frustra mihi in eum id iuris cederent quod non habent[d].

b ¶ CONFVSA. Quoties ergo creditor debitori succedit, successione & quatenus est hæres pro rata, actio confunditur[e], idq; etiã si hæreditas apud eum remansura nõ sit, sed ad fideicõmissariũ transferenda[f]: quum enim fictione legis hæres defunctũ repræsentet[g], nõ potest idem censeri & debitor & creditor[h]. Quæ ratio in eo cessat, I qui rei uendicatione, uel seruiana cõuenire defunctũ poterat, non enim is proprie erat obligatus: quia qui sola actione in rem tenetur, proprie debitor nõ est[i], merito nulla obligatio confundi potest, sed dominiũ eodẽ modo remanet[k]. Idemq; in pignore est, II quod ab extraneo possidebatur, cui creditor successit, nam remanet in eadem pignoris causa: seruiana enim actio & ipsa in rem est[l]. Sed quid si pignus non ab extraneo, sed ab ipso debitore possidebatur, cui creditor successit? Et tunc uideretur extingui pignus, suprascripta enim ratio id inducit, ne idem censeatur & debitor & creditor, perẽptaq; personali actione, & hæc accessoria

ria extingui debet[m]. Si tamẽ grauatus creditor erat fideicommisso, & coactus hæreditatem adierit, durat obligatio naturalis. & ideo neq; pignus extinguitur[n]. Quoc latius quoq; accipiẽdum aliqui putarunt generaliterq; tradiderunt, quoties hæreditas penes creditorem nõ remanet, sed absc eius culpa & facto apud alium repritus actionem pro confusa non haberi: & ideo Accur. existimauit, si res hic à creditore hæreditatis eodẽq; hærede, etiã sine pacto expresso possessori dimissa esset, prioreactione, tanq; si aditio eam non extinxisset, agi adhuc posse: quam sententiam, recte amen declaratã, crebrior calculus approbat: nẽpe, si saltem tacito pacto actum est, ut hæreditas apud uictum sit, hæres enim rã illi concedens, cum omnibus oneribus tanstu lisse tacita pactione censetur: & ideo uidetur antiquæ actionis commoditas in eum contractum transfusa, unde uel exnouo contractu, puta uẽdito, seu præscriptis uerbis, agendum erit[o], uel ex sententia, quod supra attigimus. Addit Bal. ob mendaciũ quoq; possessoris actionẽ primam pro extincta non haberi, quid enim si in casu tex. nostri, is qui sententia succubuerat, negaret latam esse sententiam, hæredemq; se cõtenderet: nonne posset uictor dicere, ergo positq; te hæredem affirmas, solue quod defunctus mihi debuit[p]? nec audiretur, si confusam aditione actionẽ diceret, quam ipse oppugnatum iret[q], quod & Alex. probat. Sunt & qui idem tradant, quũ hæredi scripto euicta est ob inofficiosum testamẽtum hæreditas, existimantur enim actiones confusæ non fuisse[r], siue id per restitutionem fit, ut sentit Bar. siue interpretatione legis, quæ nec à principio quidem confusas fingit, ut Rimi. mauult. Illud quoq; constat inuentarij beneficio actionis substantiam confusam non cẽseri[s], si inde damnum hæredi immineret, absque enim periculo seu dãno hoc beneficio illi prouidetur[t]: quod si iacturæ ullius periculum non est, substãtia quidem deficere actionem tradunt, sed effectu durare: quum enim post aliquod tẽpus differatur inuentarij confectio, apparet interim extingui actiones, quæ deinde effectu tenus excitentur[u], & ita Alexan. distinguit, & ipse sequor: licet utilitatis exempla, quæ ab eo adducuntur, nõ probem: ait enim in casu nostræ legis, si confectum ab hærede fuisset inuentarium, saluam ei futuram aduersus hæreditatis possessorem primam actionem, qui pactum non seruaret:

m l. cũ principalis. de reg. iur.
n l. debitor. ad Treb.
o d. l. 2. §. pen. d. l. hæreditatẽ. de don.
p arg. l. fi. ĩ. de petit. hære. l. controuersia. ff. de transac.
q c. ex eo. de reg. iur. ĩ 6.
r l. eũ qui. §. fi. de inoff. test.
s l. fin. §. & si præfatam. ĩ. de iur. deli.
t Bart. d. l. fi. §. in cõputatiõe.
u arg. not. in l. unuersa. 3. de preci. Imper. offe.

nam quum in substantia actio extincta nõ sit, nihil impedit, ut ille arbitratur, quin intendi aduersus eum possit, quod euidenter falsum est, quomodo enim in successorem particularem ea actio competere potest[x]? Atqui Doct. ex contractu, uel si pactio nuda est, ex sententia eum cõueniri solũ posse existimarunt[y], quod supra ostendimus. Aliud quoq; exemplũ subijcit, nam si actionis substantia durat, poterit interim citatis creditoribus & legatarijs separationem bonorum officio iudicis impetrare, ut certa in re sibi satisfiat, id em & Bald. tradidit, quod ego dissentientibus creditoribus fieri non posse arbitror: debet enim similem cum eis habere fortunam[z], nec præcipuum sibi aliquid in re certa obtinere, quod & Dec. ait. Sanè ad hanc speciem pertinet, & quoties hæreditas creditori in pœnam aufertur, licet enim ipso iure actiones sint confusæ, tamen propter eius ignorantiam ei succurritur[a], restituunturq;, quantũ scilicet ad effectum attinet[b], non aliter, q; ei qui inuentarium cõfecerit, ut Bar. hic censuit. Sed quũ uerum sit, non facto inuentario confundi actiones, num ea quoq; fine confundũtur, ut deductio quoq; denegetur? Et nõ denegãdam traditum est, unde hæres qui adiuit in fideicõmissi restitutione, id retinere poterit, quod sibi à defuncto debebatur[c]: idq; Bal. hodie procedere, etiã non confecto inuentario, arbitratur, quæ crebrior est sententia[d]: quoniam lex Iustiniani noua creditoribus quidem & legatarijs non conficiẽtem inuẽtarium hæredem in solidum obligat[e], respectu uero fideicommissarij antiquas leges non corrigit[f], nõ enim fideicõmissum uires hæreditatis excedere debet, ideo semper æs alienum deducendũ aduersus ipsum fideicommissarium est[g]. Hinc à quibusdam responsum est, filium qui hæreditatem restituere testamẽto patris iussus est, tametsi non facto inuentario maternam dotem sibi retinere[h], quod & de legitima portione iure naturæ debita omnes fatentur[i], eius enim censetur creditor[k], omneq; onus de ea reijcitur[l]: quod ideo minus dubium est, quia nec quartam quidem partem ex S. C. Treb. sibi debitam, ob neglectam inuentarij cõfectionem, perdit[m]. Fortius est quod Raph. Com. censuit[n], non solum erga fideicõmissarium deductionem hæredi permissam esse, sed etiam actionẽ si soluerit dari, posse enim tanq; indebitum condicere[o], quæ sententia æquissima est. Et hæc quidem in creditore uera sunt, qui debitori suo succedat:

x l. j. §. si hæres percepto. ff. ad Treb.
y d. l. 2. §. pen. d. l. hæreditatem.
z §. in computatione.
a l. hæredem. ff. de his qui. ut indi.
b l. propter uerum. ff. de pactis. ff. ad Syl.
c l. irritum. l. imponenda. ĩ. ad l. falc.
d in l. ita. §. si ex treb. ff. ad treb. Arct. cõs. 147. col. fi.
e d. l. fi.
f d. l. irritum.
g l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg.
h Paul. de Cast. cõsi. 164.
i in auth. sed & testator. ĩ. ad l. falc.
k l. si patronus. ff. de dona.
l l. quoniam. in prioribus. ĩ. de inoff. test.
m Doct. d. auth. sed cum testator.
n Raph. d. l. debitor.
o l. pen. ff. ad Treb.

cedat: quid si fideiussori debitoris succedat? Quid item si alteri ex duobus reis promittẽdi? Et quo ad eos quibus successit cõfunditur obligatio, ut scilicet agi nõ possit, non quod solutũ uideatur, & ideo aduersus principalem durat actio, itemq; aduersus alterum reum[p]. Quũ uero creditor principali ipsi debitori succedit, non est dubium fideiussorẽ liberari[q]: perẽpta em principali obligatione, etiam fideiussoria tollitur: idemq; uice uersa, si fideiussor debitori principali successerit, incipiet em sola principali teneri[r], nisi creditoris interesset, ut duret adhuc accessoria[s], quod tribus casibus Alex. hic prosequitur, apud eum legẽdis[t], materia enim hæc à præsenti lege alienior est, q; ut ulterius insistendum putem.

p l. Vranius. de fideiuß.
q l. generaliter. de fideiuß.
r l. hæres. §. qd si id. de fideiuss.
s l. debitor. ff. de separ.
t l. seruus. de infa. l. cũ qs. §. fi. de solu. Bar. d. l. gñaliter.

IDEM AVGVST. *Mucracaulio.*

SI pascẽda pecora partiaria, ideſt, ut fœtus eorũ portionibus, quibus pascuit, inter dñm & pastorẽ diuidãtur, Apollinarem suscepisse probabit[u], fidẽ pacto præstare piudicem cõpelletur.

SI PASCENDA. Susceperat Pastor Apollinaris pascenda pecora, nascturorumq; fœtuum partẽ pro opera præstari sibi cõuenerat. Rescriptum est, per iudicẽ cõpelli debere, ut fides cõtractui seruetur: probabiliter enim dubitari potuit, cogi eũ non posse, ut pacto staret: si enim conuẽtionem nudam hãc interpretemur, clarum est nulla actione potuisse cogi[a]: cõtractum uero nominatũ non esse, ex eo apparet, quòd nec cõductor, nec emptor Apollinaris dici potest, cui precium ob mercedem nullũ debetur[b]: Socius quoq; proprie non uidetur, quum ipse nihil in cõmune ponat[c]. Sed tamen recte rescriptũ est, ad iudicis officium pertinere, ut eum cogat, quæ coactio per mixtum imperiũ fit, quo ille sentẽtiã super cõtractu huiusmodi latam, officio suo exequetur[d]: fuit enim cõtractus hic, quũ parti ario pro mercede partẽ fœtuũ dominus præstat, apud ueteres frequẽs, ut ex M. Catone constat. Is autem cõtractus quandoq; innominatus est, quãdoq; societatis iudicio censetur. Si dominiũ pecorũ omnino trãslatum est, quum in eo cõmunionem nullã is qui transtulit habeat, cõtractus innominatus est, quũ scilicet do ut facias[e], & licet fœtus cõmunicandi sint, tamẽ in dubio nõ uidetur partes ex hac accessione principalis cõtractus naturam uoluisse inuertere[f]. Si dominium nõ translatum, sed cõmunicatum est, societas censebitur[g]. Idem quoq; credendũ cum actum est, ut post certũ tempus uenditis pecoribus preciũ communicetur, precij enim cõiecturã ad rẽ ipsam trãsferimus[h]. Alioqui retento dominio, nulla potest esse in pecoribus societas: & si dictũ sit societatẽ iniri, respectu fœtuũ intelligetur[i]: potest enim cõtrahi societas respectu accessionum tantũ, puta fructuum, uel lucri percipiendi[k]: nec ex lucri aut fructuum cõmunione necessario infertur, rẽ ipsam principalem cõmunicatam censeri[l], sicut & hic in fœtibus dicendũ uidetur: nec obstat, quod pastor ipse nihil conferat, quia satis est qualiscunq; operæ uel artis precium ab eo cõmunicari: sicut in eo dicimus, qui operam aliquam ponit, quũ alius solam pecuniã: uidetur enim in lucro contracta societas, saluaq; est alteri sua sors[m], unde & merito eius periculo erit. Si uero non translato nec cõmunicato dominio nihil de societate nominatim dictũ sit, uerius est hũc contractum innominatũ cẽseri[n], idq; cõstitutiõis huius argumẽto, quæ aliàs non hic collocanda, sed sub rubr. de locato fuit[o]: quæ & receptior est sentẽtia, cui s dissentiente Alexan. merito igitur præscriptis uerbis actione ex hoc pacto intẽdendũ erit[p]. Sed an in dubio cẽseatur hoc in cõtractu translatum dominium? Et Alex. recte cõcludit, non cẽseri, nec enim partiarius contractus translationem dominij arguit, qui uel ex eo tantũ fieri solet, ut pecori alẽdo custodia adhibeatur, fœtuumq; utilitas sola cõmunicetur[q]. Sed quid si pecora æstimata pastori tradita sunt? Et quidã sentiunt censeri dominium omnino translatũ, quia æstimatio uenditionẽ facit[r]: quæ sententia euidenter falsa est, quum ex natura societatis nõ transferatur dominium, sed cõmunicetur: merito ergo si pecora pereant, etiã commune erit periculum[t]. Quid si expressim actũ est trãsferri dominium, cuius adhuc erit periculum? Et uideretur esse pastoris, quũ res periculo domini pereat[u], cõtra l. si. quum enim hæc domini translatio non eo facta sit, ut proueniens utilitas sola pastoris sit, nec damnum quidẽ soli pastori imputãdum est[x]. Ego à regula facile recedendum non arbitror, ut periculũ sit domini[y], qui pacisci potuit, ut sola fœtuum pars ad se spectaret, nõ enim hæc pactio substãtiæ contractus aduersat[z]

u l. eũ principalis. de reg. iur.
a d. l. ĩuriſgẽ. §. sed cũ nulla.
b §. preciũ. Inst. de empt. glos. Inst. de loca. in princ.
c l. si merces. §. uis maior. ff. loca.
d glo. l. si soror. j. de colla. l. ubere. ff. de uis. om. iud.
e l. si tibi areæ. ff. de præscrip. uer.
f Bal. hic.
g l. si id qd. uers. cæterum. pro soc.
h d. l. si tibi areæ. uersic. sed si pucrum.
i gl. l. j. ĩ. pro soc.
k Alex. cõsi. 48. in 2.
l d. §. si in coeũdã. Bald. d. l. j. 2. quæst. j. pro soc.
m d. l. si id quod. in princ.
n l. imperator. ff. de in diem adiect.
o l. j. §. dño. de præscr. uerb.
p arg. l. cum pater. §. pater pluribus. de leg. 2.
q l. quoties. ĩ. de iur. dot.
r d. l. cũ duobus. §. damna.
s Bartol. l. sicut certo. §. nũc uidẽdũ. ff. cõmo.
t l. pignus. ĩ. de pign. act. l. dãnum. ĩ. loc.
x l. Titius. §. sed nec. de præscrip. uer.
y l. lucius. de euict.
z Ale. l. ubi ita. de dona. cau. mor. in apost.

nec iniusta aut reproba censetur, nisi quatenus in fœnebris contractus suspicionem incideret[a]. Quod si nulla aut minima pars fœtuum ad eum ex pacto pertineret, tunc sententiã Iasonis probarem, ne translatũ censeatur dominiũ, quòd nullam domino utilitatem afferret[b].

a 14. quæst. 3. c. plerique.

b uersi. sed nec.

IMP. ALEXAN. Dionysio.

QVVM post eaq; a ¶Litigabat aliqs cũ muliere, & uictus est, ea mulier pacto promisit nullã cõtro uersiam mouere, quo casu executio pacti exceptione impeditur, obiurgata nimiæ facilitatis à filio mulier, se circũuentam affirmabat, quapropter filius (qui etiã sine mãdato pro matre agere potest[a]) principi supplicè libellũ hac de re dedit, à quo rescriptum est, dolo factam renuntiationẽ irritã esse: quum autẽ dolus ex coniecturis probetur[b], ideoq; in eo leuiores probationes satis sint, putarim hoc casu iũgi plures cõiecturas debere, unde instrui sufficienter religio iudicãtis possit. Prima est, qa mulier, cuius sexus fragilitati libentissime succurritur[c], unde & facile decipi posse præsumitur[d]. Secũda est, quia credibile nõ est eã spõte, & ex certo animi iudicio donasse, quũ mulierũ genus auarissimũ sit[e]. Tertia qa eã, quæ sententiã obtinuerit, nõ est uerisimile renũtiationẽ certo animi iudicio fecisse[f], illi præsertim, cũ quo tam diu, id est usq; ad uictoriã litigauerat[g]. Quarta, quia circũuenta ab aduersario fuerit, hoc est aduersariũ adhibitis amicis, & fortè potentioribus, eam adiuisse, & improuidã circũsistẽdo blãdis subdolisq; uerbis credulitati eius illusisse, uidetur em̃ hac lege significari huiusmodi cõiecturas sufficere, quod tamẽ pluri mũ in arbitrio iudicis, & personarũ & rei qualitate residebit[h] & quũ hic ex cõiectura circũuentionis succuratur mulieri deceptæ, apparet illud, quod uulgò solet dici, ex dolo neminẽ excusari, nisi eiusmodi sit, qui & prudentissimos fallat[i], tunc procedere, quum uir aliquis prudens deceptum se allegat, alioqui secũdum qualitatem personæ sufficiet præsumptionem moderari, ne cuiq; dolus suus impune stet[k].

a l. sed hæ. de procu.

b l. dolum. j. de dolo.

c l. 2. ad uelle.

d §. is cõsequẽs. ĩ aut. de æquã. dot.

e l. si stipulata. de don. int. uir.

f c. super hoc. de renun.

g l. 3. j. de repu. hæred.

h l. diuus. de in int. rest.

i c. cum dilectus extra qd' met. eau.

k c. culpa. de regu. iur. in 6.

b ¶CONTROVERSIAM. Qui promittit cõtrouersiã nõ mouere, intelligitur nec de iure[l], nec de facto[m], nec iudicialẽ[n], nec extra iudicium[o], nec agẽdo, nec excipiẽdo[p]: idemq; hæc uerba significant, quod inquietare[q], seu habere licere[r].

l Lucius. §. tres hæredes. ad Treb.

m Alex. cõsi. 43. col. 2. in. j.

c ¶IRRITVM. Sed nunquid ipso iure? quod uidere-

n l. sed & si. §. si ante. de pe. hæred.

o l. causas. ubi Bal. j. tit. j.

p l. nõ solum. §. sed si statuẽs procu.

q Bar. l. amplius nõ pcti. ff. rem rat. Alex. cõsi. 52. in 2.

r l. stip. ista. §. j. de uerb. obli.

s glo. l. in criminali. j. de iurisom. iud.

tur propter naturã participij, qd' præterito quoq; tempore nullum fuisse arguit[s]: nã & à Bart. traditũ est, pacta quę etiã fomẽto legis corroborata sunt, propter metum, uel dolum, ipso iure nullius esse momenti: ut quum per metum quis dotẽ promittit[t]: quum tamẽ in stipulationibus uel alijs contractibus aliter soleat distingui[u]. Nec obstat uerbũ subsequẽs, liberabit: quia referri potest ad molestiã facti[x], uel ad sententiam declaratoriã, quæ necessaria est, etiã si actus nullus fuerit[y]. Sed tamen in cõtrariam partem frequẽtius itum est, quoniam nõ solent stricti iuris cõtractus ex dolo statim infirmari, sed exceptiõe opus est[z]. Dubium autẽ nõ est, pacta nuda stricti iuris cõtractus esse[a], idq; maxime in casu nostro dicendũ, ubi pactum liberationem à sententia, quæ stricti iuris est[b], inducebat, & eiusdem est naturæ liberatio, cuius obligatio[c]. Nec dictio irritum quicq; aduersatur, quæ quãdoque ad futurum tempus refertur, & pro eo accipitur quod infirmandum est[d], unde ex subiecto argumento interpretationem sumit[e]. Ego à grammaticis accepi, ratum à uerbo reor dici, idq; significare, quod præcedenti meditatione firmatum est, & ideo ad effectum ipsum referri: unde & irritum recte dicitur, quod effectu firmum non est[f].

s glo. l. in criminali. j. de iurisom. iud.

t l. si mulier. §. si dos. ff. quæ met. eau.

u d. l. eleganter. ff. de dol.

x glo. l. qd' si uer. liberabitur. ff. de hered. uel act. vẽ. c. si qs presbyter. de reb. eccl. non alien.

y l. eius. de iurisfisc.

z l. dolo. j. de inut. stip.

a glo. l. j. de aq. & obliga.

b l. j. c. si plures una sent.

c l. ab emptiõe. ubi Bar. ff. eo.

d auth. ex causa. j. de lib. præter. Bal. col. 3. Rimi.

e xj. quæst. 4. c. irritam.

f l. j. de exceptio. g ¶AGI COEPERIT, Id est exeipiẽ. Quid si pactionem non nudam fuisse existimemus, sed rei interuentu corroboratam? Vt quia aliquam pecuniam aduersarius dederat[b]? Quid si pactum nudum quidem credamus, sed pœnali stipulatione illi adiecta agi[i], quid uero proprius uidetur propter uerbum caueret, quod ad huiusmodi stipulationem proprie refertur[k]: rarum enim est ut cauisse dicatur, qui nudo pacto cauit, conuentionis itaque nomine hic de utraque pacto scilicet, pœnaq; accipiendum.

g l. j. de excepti. legem. j. eo.

h l. legem. j. eo.

i l. si pacto quo. j. eo. Ponendo ff. de

k l. sancimus. j. de uerb. sign.

Legem

LEGEM. a ¶Traditũ extat, supraq; nos admonuimus, licet ex pacto nudo actio non detur, si tamen pactionis uerbis partium factum, ὐπογραφὴ accesserit, oriri actionẽ[a], quo fit, ut à traditiõe rei corroboretur ipse cõtractus[b]. Quod intelligendũ, si id pactũ rem ipsam, quæ traditur, respiciat, ut quia de ea restituẽda agatur, uel traditionis causam declaret, uel eã restringat, & si qua similia[c]: Si uero rem ipsam seu traditionem non respiciat, nullam actionem parit[d], nisi de causa constet: ut quia habita relatiõe pacti ad cõtractum, aliqua innominatorũ cõtractuum species exurgat, tũc enim nõ tam traditione, q̃ rei, ut uocant, interuẽ tu cõfirmatur pactum[e]: & ideo tunc nihil secuta sit, quũ aliàs traditiõe rei nõ foueat, nisi id pactum quod in ipso actu conceptũ sit[f]. Quæ regula recte tamẽ percipiẽda est: nẽpe ut pactum corroboretur, si iustũ sit: Quid enim, si ex turpi, uel reproba causa processerit, uel aduersus legũ præscripta[g]? non est credẽdũ traditiõe cõfirmari[h]. Sicut nec ideo supra uires cõtractuum, q uerbis ineuntur, poterit ualescere: unde sicut solo pacto nõ quæritur alicuius rei dominium absq; traditiõe[i], ita nec retro transferri potest[k]. Qua ratiõe nec translatio dominij in adiecto pacto, ne fundum tuũ Sempronio uendas[l], nõ adiuuabitur id pactũ, ut idcirco uenditio nõ teneat: si tamen mea refert, fundum Sempronio nõ uẽdi, quatenus interest agere potero[m], alioqui nullius erit momẽti ea cõuentio. Non absimili quoq; ratione inductum uidetur, ut pactio pœnalis etiam certe pecuniæ traditiõi serui adiecta nullo uigore foueatur, nisi quatenus pacisscentis interierit[n]. Nam & usuras constat ex pacto deberi non posse, q̃buis in ipsa pecuniæ traditiõe factum sit, soli enim retentioni sufficiet[o], quod odio usurarum inuentum plerique arbitrantur. Cæterũ & cõtractus, qui re cõtrahuntur, pacto in traditiõe adiecto, extendi nequeunt, ut supra q̃ peruenerit oriatur obligatio[p], quod scilicet huiusmodi pactũ

a l. iurisgen. §. j. ff. eo.

b l. j. j. de pac. cõuen. l. legẽ. I j. de dona. l. 2. j. de dona. quæ sub mo.

c l. si dominus. in fi. de præscrip. uerb.

d l. 2. j. de euict.

e d. l. si dominus Bar. d. l. in traditionibus.

f l. cũ res. II j. don. l. pfecta. de dona. quæ sub mo. III g l. ex morte. cir. cam. med. IIII j. de pact. con. et. j. e. ti. l. seq. b l. contra. l. ius publicũ. ff. eo. V i l. traditionibus. j. eo. k l. 2. & 3. j. de pac. int. emp. l. j. in fin. ff. de don. l l. pen. ff. eo. l. si creditor. §. fi. de distr. VI pign. m l. j. §. si quis. de aq. quo. Bar. tol. d. l. VII pen. n l. seruus ea l. ff. de ser. expor. o l. quãuis. j. j. de usur. VIII p l. si tibi decem. ff. eod.

IDEM AVG. Nicæ.

LEgem quam dixisti, quum dotem pro alumna dares, seruari oportet: nec obesse tibi potuit quod dici solet, ex pacto actionem non nasci: tunc em̃ hoc iure utimur, quũ pactum nudũ est: alioq; quũ pecunia dat̃, & aliqd de reddẽda ea cõuenit utilis est cõdictio.

q l. rogasti. §. si IX tibi. ff. si cer. pet.

r l. elegãter. §. seruus pactiõis. ubi Bar. d' dol.

s l. si tibi. j. loca.

Ipsa solutiõe Titius se ei restituturum promittit, non confirmatur id pactũ[s]: cui cõsequẽs est, quod traditum extat, si locus monumẽti hac lege uenierit, ne in eum hi inferantur, quos ibi ius est inferri, ex hoc pacto agi nõ posse[t], nõ fauore religionis (ut quidam crediderẽ) sed quoniam ius alterius respicit, quod impediri pacto nõ potest[u]: nam & receptum est, si contractus fauorem alicuius respiciat, pactio illi incontinenti adiecta fauorem alterius, non tamen actionem informari[x]: ut sicut cohærentia contractus talis pactio non conualescit, ita nec rei traditione cõualescat, in plerisq; enim assimilantur, ut hic Socy. ostendit. Sed & illud admissum est, traditione quæ non spõte, sed præcedentis obligatiõis dissoluendæ causa facta fuerit, pactum non roborari[y]: ut si stipulatiõe tecum conuenero de centum tibi ex certa causa dandis, deinde in ipsa numeratiõe paciscar, ut pro me eas Romam, nulla ex pacto actio erit, quia huius traditionis causa nõ pactum ipsum censetur, sed præcedens obligatio, quæ omnino dissoluenda fuit. Quapropter patris pactum in dotis præfectitiæ traditione factum, actionem non innouat[z]: tenetur enim filiæfa. dotem tradere[a], atq; ita officio iudicis cogi potest[b], quũ aliàs iure ciuili inter patrem & filiũfa. actio nulla esset[c]. Quod si subsequens traditio ultra necessitatem aliquid uoluntariæ utilitatis adderet, propter eam utilitatem pactum fulciri, ceu ea causa subnixum posset, quod tribus exemplis ostendam: Primum est in contractibus innominatis, in quibus præcessit pactio, puta promissio dandi ut faceres, ea solã obligationem naturalem producit, & ideo inefficax est. Si igitur traditio illi pacto accesserit confirmabitur, quia habet id utilitatis traditio, ut rem transferat, quæ aliàs nulla actione à possessore extorqueri potuisset[d]. Alterum in patre emancipatæ filiæ dotem dante, qui traditioi pote-

t l. quod si locus ff. de relig. u d. l. pen.

x gl. l. petẽs. j. e.

y l. si intra. ff. eo. d. l. ex morte. in fi.

z l. auia. j. de iur. dot. a l. qui liberos. de rit. nup. b Bart. l. obligamur. de act. & oblig. c l. fi. §. ti. j.

d glo. d. l. in tra ditionibus.

test quam uult legem adiícere[e], & tamen tenetur pater etiam emãcipatam filiam dotare[f]: quod iure nouo cõstitutum est, lege enim XII. tab. penitus extranea huiusmodi filia erat[g]: unde constitutio quæ id onus patri addidit, eo moderamine addidit, ut etiam solo pacto sibi cauere posset, ut integra dos eò reuerteretur, unde uenerat, & ideo tanta necessitate nõ subest, quin pacto tolli potuerit, atq; ita ego cõmunem Iac. Pet. Alb. Bart. Ang. aliorumq; sententiam declaro[h], Alexandriq́ue dissentientis rationes submouendas censeo[i]. Tertium est quum præcedens obligatio ex contractu descendit, & subsequente traditione actum est, ut adiecto pacto fiat nouatio, tunc enim propter uolũtatem partium uideretur pactum traditione ipsa effectum sumere, quia scilicet præcedens obligatio sola nullam necessitatem habet, quum quasi nouata sit[k].

IDEM AVG. Capitoni.

EX conuentione quidem, qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, quum fundũ in dotem daret, ut creditoribus, quibus fuerant prædia obligata, usuras solueret, actio tibi aduersus eã cõpetere non potest, etsi pactum in stipulationẽ deductũ, pbet. Sed si fundus[b] æstimatus, ita ut pars instrumenti significat, ĩ dotẽ datus est, ex uendito actio, ut placitis steť, cõpetit. Hincq; adnotãt Doctores, eũ cuius amplius interesse desinit à iudicio repelli[l], hæc enim exceptio, tua non interest, ante litẽ cõtestatã, ut de eius natura est opposita, agentem à limine iudicij submouet[m]: nam sicut à principio agere is non potest, cuius nõ interest[n], ita si ex postfacto res ad eum casum deueniat, à quo nequit incipere[o]. Idemq; de exceptione dicendum, ut is solus, cuius interest, excipere possit[p]: debetq; prima fronte de hoc constare[q], alioqui litis ingressum non impediret: quod si lite contestata obijciatur, receptius est peremptoriæ exceptioni æquiperari, & ideo tanq; ex ea ostendatur actori nullam actionem competere, etiam tali tempore excidens audiretur[r]. Non tamen hæc perpetua sunt, sed quibusdã casibus auditur etiã is, cuius interesse desinit: ut si id facto rei conuenti contigerit[s], uel alterius qui eius personam repræsentet, qualis est hæres, uel etiam singularis successor[t]. Idem in pœnis legalibus, nec enim quid interest in eis consideratur[u], sicut nec quum ex delicto seu dolo agitur[x]. Sed & si in præsentia interesse quidem desinit, damnum tamen iam datum sit, quo illud restituatur, non censebitur desinere[y], ut quum quis iniuriarum acturus, stipulatus est aduersarium suum iudicio sisti, illeq́ue post longam frustrationem perierit, desinit quidem stipulatoris interesse, quia actio iniuriarum morte rei extincta est: Sed tamen durat damnum, quod is passus est, quia per frustrationem litem contestari non potuit[z]. Et ex his decidi illa quæstio potest: si Architectus mihi stipulanti insulam ædificare in fundo meo promiserit, egoq́ue eum fundum alienem, an liberatus censeatur. Respõsum enim est liberari, quia mea amplius nõ interest[a], ut hac lege dicitur, unde si interest, ut quia, præmiserim emptori dictam insulam fabricatũ iri, secus esset[b]. Idem si eam actionẽ emptori cessissem, ĩterest enim mea, eũ qui à me causam habuit, plenissimum ius conse-

IDEM AVG. Phaculæ.

quí[c]. Sed & si promissor iam in mora fuisset, receptum est nihil stipulatori posse imputari[d], cui rem suam libere uendere permittitur[e], nec ex mora sua lucrum posse ab Architecto fieri[f]. Illud quoq; ueteres tradiderunt[g], si huic stipulationi adiecta esset pœna, Architectum alienatione fundi facta nõ liberari, propter pœnam enim quid stipulatoris interest non attendimus[h]: si tamen emptor uetaret, iusta esset Architecti excusatio.

b ¶ SED SI FVNDVS. Quum æstimatio dotis cõtractum ipsum in uenditionis naturã trãsformet, remaneatq; idcirco fundus ipsi hæredi[i], manifesto apparet eius interesse, ut creditoribus satisfiat, & ideo pactum cohærentia contractus cõfirmabitur, & actio ex uendito competet[m]: quod si tale pactum legibus reprobaretur, secus esset[n]: ut quum quis paciscitur ut uenditor ipse tributa soluat, lex enim prohibet, ne quis fundum comparare possit, quominus ipse publicas pensitationes agnoscat[o], idq; publicæ seu fiscalis utilitatis contẽplatione[p]: unde legi prohibitoriæ pacto cõtrahentũ renuntiari nequit[q], onus eñ tributorũ est patrimoniale, qd lex semper uoluit præstari ab eo qui tanq; dominus possidet[r]: unde pactum ut dominus ipse & possessor soluat semper ualet: quod uero dominus nõ possidens soluat, non ualet, quantum sit fisci respectu[s]: quo ad paciscẽtes tamẽ ualet, quia nulla est prohibitio legis[t], quũ translatio hęc possessionis temporaria, & perfecta nõ sit[u]: & ita ego ueterum sententiã declaro[x], quibus Fulg. Aret. Socy. Rim. accedunt. Alij tamen ualere pactum partium ipsarũ respectu indistincte existimant, pacta enim debitorum inter se obseruanda sunt[y]: & ideo si mulier fundum emphyteuticum marito in dotem det, pacto quod ipsa canonẽ soluat, ualebit pactio[z], licet domino non præiudicet, quin maritus cadat, si solutum non sit[a]. Sed huic sententiæ uerba legis repugnãt[b], quæ de actione ex uendito loquuntur, cuius nulla cum fisco consideratio est. Et hac ex ultima legis parte illud adnotant interpretes, rei existimatæ dationem uenditionis contractum inducere[c], quod intelligendum si æstimatio in contractu interueniat, cuius naturæ dominij translatio non aduersetur. Quid enim si in cõmodato, locato, depposito, huiusmodi æstimatio interuenerit? uidetur certe causa facilioris probationis solum facta aduersus eum, qui ex culpa uel periculo cõuenitur[d]. Quod si ex natura cõtractus dominij translatio requiritur, tunc regulæ legis nostræ standum est, ut æstimatio emptionem faciat[e], Idemq; in dubio respondendum est, ut in contractu dotis, in quo non magis translatio dominij quã possessionis necessaria est, quum possit mulier, si hoc actum sit, nudam possessionẽ in dotem dare[f], in dubio enim potius de iure transferẽdo actum censebitur, & ideo si æstimatio accesserit, factam uẽditionem interpreabimur[g]: quæ sententia cõtrarijs cõiecturis quãdoq; impugnatur, ut quia æstimatio condigna non sit, nec uerum rei ualorem æquet[h]: uel quia appareat ideo æstimationem accessisse, ut rei detrimentum resarciri possit, faciliusq; culpa præstari[i], uel si ex postfacto adijciatur: non enim uerisimile est uoluisse partes perfectum antea cõtractum nouari uel corrigi[k]: humanitatis quoq; intuitu, in dotis contractu non uidetur æstimatione alienatum fuisse fundum, quum maritus aliter soluẽdo nõ sit[l]. Idem si actum sit rem ipsam, non autem æstimationem reddi[m]. Idemq; ex alijs coniecturis. Quid enim si in diuisione, à cohæredibus facta, hi serui æstimati sunt, quos sub condi tione per fideicommissum testator alijs reliquerat? Non erit ueriſimile id actũ, ut uẽditionis titulo transferantur[n]. Sed quid in contractu de cuius natura dominiũ nõ trãsferatur, sed cõmunicetur, ut in societate? Et pro parte communi sapiet æstimatio aliquam naturam uenditionis[o], ut scilicet cõmune sit periculum, quod supra in pecorũ partiarijs tradidimus[p].

PACTA NOVISSIMA. Debebãtibi centum ex causa mutui, deinde pactus mecũ es, eã summam à me nõ petere, rursus post aliquod tempus cõuentum inter nos est, ut eius pacti commoditate non uterer: hic traditur posse te ex mutui causa rursus agere, & mihi excipienti obstituram ex nouissimo placito replicationẽ[a]. Dixerit

e l.j.§.accedit. & §. exneũ. ĩ.de re.ux.act.
f l.fi.j.de dot. prom.
g §.emancipati. Inst.de hæred. quæ ab intest.
h in d.l. auia. & d.l.in traditionibus. Socy. & Rim.hic.
i Alex.l.si cum dotem. col. 2. sol.mat.
k arg.l.tenetur. §.j.uersic. sed si areã.de act. emp.& glo.in d.l.auia.in ulti.sol.
a Bart. l. pupillus.de his quæ in frau.cre.
b l. in ratione. §.incerte.ad l. fale.
c l.fin.§.j.ff. ad l.rhod.
d l.si ita stip.§. Chrysogonus. ubi Aretin.& Iaſ.de uer.obl.
e l.per retentionem.in fin.ĵ.de uſur.
f l.i.demq;.§.ſi. ff.q pot.ĩ pig.
g l.ſi is qui.ff.de iur.fiſ.
h l. diuortio. §. nõ ſolum.in ſi. ſol.mat.
i l.3. ubi not.j. in qb.cau.pig.
k l.j.ff. de diſt. pig.Bar.d.l. pupillus.
l l.loci. §.cõpe tit.ſi ſer.uend.
m l. poſthumus. §. ſi quis ex his. de inoff. teſt.ubi Bar.
n l.ſi patroni.§. qui fideicõ. ad Treb.
o l.ſi ſub una.§. j.de uerb. obl.
p l.ille à quo.§. ſi de teſta. ad Treb.
q l.non ignorat. j.q.ac.nõ poſ.
r Fely. c. ſuper his. col. pen. de accuſ.
s l.ſi poſt accep tum.ff.de rei uend.
t l.& ideo.de cõdic.fur.
u l.inter omnes. ff.de fur.l.in riarum.ff.de iniur.
x l.j.§. rectiſſime.ff.de ut & ui arm.l.j.§.ſi rem.ff.dep.
y l. qui autẽ.§. ſi quis cau.
z l.ſi eum.§. qui iniuriarũ.in fi. ſi quis cau.
a d.l.ſi ſub una gl.l.ſtipu. non diuidũtur. ubi Rom.eo.tit.
b arg.l.in uenditiõc. uerſ. ſi qs in tradendo.ff. com.præd.
c l.ſi tibi.§.ſi pactus. ult. vñ.ff. eo. Pau.de caſt. d.l.ſi ſub una.
d l.j.§.ſi fundũ. ff. de aq.quot. el.in re.j.mãda. f Bar.l.ſi inſulã. in prin. de uer. oblig.
g Dy.Alb.Iaſ.l. nõ ſolum. §.fi. de op.no.nun.
h l.ſtipul.iſta.§. alteri.de uerb. oblig.
l l.quoties.ĵ.de iur.dot.
m d.l.iuriſgẽ.§. quinimo.
n l.j.j.ſine cen. uel reli.
o l.ſi.eo.tit.
p l.ij.eo.tit.
q glo.l.j.j.ne fideiuſ.dot.
r l.imperatores. de publ.l.j. de an.pub.lib.x.
s l.inter.ff.eo.
t l.epiſtola.§.j. ff.eo.
u l.j.§.p ſeruũ. 2.de acq.poſ.
x glo.in d.l.j.in j.ſol.& Nico. Matt.
y l.ij.§.ſi. de uerb.oblig.
z Spe.ti. de loc. §.nũc uidẽdũ. quæſt.cxj.
a l.lex uectigali. de pig.
b d.l.j.
c c.l.quoties.
d l.ſi ut certo. §.ij.commo.
e l.litis.ff.pro emp.
f l.uſufructu.ff. ſol.mat.
g l.cum fundus. locati.
h d.l.quoties. gl.l.j.§.j.de ſuperfi.
i Saly.& Mod. hic argu.d.l.ſi ut certo.
k l.ſi.j.de noua. Doct.hic.
l l.pen.ubi gl.ij. j.de iur.dot.
m l.ſi inter.e.ti.
n l.ſeruus.ff. fam.herc.
o l.cũ duobus.§. dãna.ff.p ſoc.
p l.l. ſi paſcẽda.
a l.ſi unus.§. pactus ne.de pac.

rit aliquis, quum in lege non exprmatur quæ conuentio præcesserit, non uidetur restringenda hæc species ad pactum non petendi, sed generaliter potius intelligẽdum, etiam si iustum, id est uestitum, (ut uocant) pactum interuenerit, quod priorem actionẽ ipso iure extinguat[b]. Sed huic positioni reclamant omnes, quoniam actio semel extincta suscitari amplius nõ potest[c]; nisi responderis, priorem quidem non suscitari, sed nuam eiusdem conditionis & naturæ ex pacto dari, & id esse quod lex ait, ideo proficere ad nouum contractum, uidetur enim iuris interpretatione repetita prima illa conuentio[d], quod in obligatione ex contractu facilius inducitur[e]: in actione uero iniuriarũ pacto sopita secus est, quoniam huiusmodi actio ex sequenti pacto nõ nascitur, sed ex cõtumelia[f]: nec nouum est, faciliusaliquid ad instar eius quod semel placuit induci, cẽ omnino innouari[g], nã & ei cui actio semel competijt de facto, deinde agere lex permittit, dum partis uoluntas non aduersetur, ut quia nõ excipiat[h], & sic utcunq; sustineri hæc sententia aduersus cõmunem posset[h].

re, tam iuris, quàm ipsius rei ægas postulat: quapropter si cõuentionẽq; prę cessit diuersa pars usurã se nõ ese consensit, & maxime[b] si ut ꝓponis, id etiã apud acta præsidis asseuerauit, actionem, quæ super prima cõuentione fuerat, exercere non prohibeberis[c].

b ¶ MAXIME. Quæ enim in iudicio fiũt, ualidiora sunt, unde facilius in his præsumuntur solennia[g], diluiturq; omnis præsumptio uel doli uel metus[h]: & ideo tutor cum pupillo coram iudice cõtrahens, censebitur bona fide & palàm cõtraxisse[i]: & qui in iudicio confitetur, ex iusta causa cõfessus censebitur[k]; & si expressa mutui causa cõfiteatur, exceptione nõ numeratæ pecuniæ uti amplius non poterit[l]: Sunt q; iudiciarij feruoris plurimi effectus: ex eo enim stipulatio fingitur[m]: renuntiatio quoq; iuris in posterum cõpetituri inde robur assumit[n]: testamẽtum, uel causa mortis donatio, corã duobus testibus ibidem facta, sustinetur[o]: pactum nudũ, quod ad iudicij ipsius expeditionẽ respiciat, corroboratur, & actionẽ parit[p]. Sunt & qui generaliter qualemcũq; pactionem calore iudiciario foueri tradiderunt: sed eorum sententia cõmuniter recepta nõ est[q]. Sed an hæc procedãt corã quocunq; iudice? Et Bal. pro maioribus quidẽ magistratibus præsumi fatetur[r], pro minoribus uero negat[s]: unde & Aret. respõdit[t], non præsumi iustam causam in decreto iudicis idiotæ & imperiti, quales solent esse pagorum seu uillarum duumuiri & potestates, & qui uili sportula autoritatis suæ copiã in instrumẽtis faciũt[u]: sed uerius est, ex qualitate psonarum uel augeri præsumptionẽ uel minui[x], qd et Dec. sentit. Articulus tamen hic diffusior est, cẽ ut in præsentia attingi, & huc de locis ordinarijs trahi debeat[y].

c ¶ NON PROHIBERIS. Attẽditur ergo ultimum pactũ, derogatq; priori: quod generaliter fatendum, & in mãdato[b], ut ultima procuratoris constitutio obseruetur, & in iuramentis[c], & in cæteris cõtractibus, & scripturis: sic & ultima mora diluit præcedentem[e]. In rescriptis quoq; idẽ tradi tum est, ut posteriora efficaciora sint. Idẽ in legibus, in decretalibus, in statutis municipiorũ, in consuetudine, in præceptis, interloquutionibusq; iudicum[i], in testamentis uel codicillis: sic ultima sepulcri electio attenditur[l], & mulier in ultimi uiri conditorio reponitur[m]: sic ultimus sacerdotij status inspicitur[n]: sic postrema ab ædiculæ patronis facta præsentatio[o]: sic nouissima qualitas perpendenda, extremaq; uitæ conditio q: si quidẽ, ut prouerbiali uersu dicitur, Alius de alio iudicat dies, supremus de omnibus: unde & ultima fama cõsideratur[r]: I sic ultima uerba sententiæ, uel cuiusuis alterius scripturæ[s]: quæ latius tractata à recentioribus hic accipienda sunt. Non tamen hæc perpetua sunt, attenditurq; quandoq; & primus actus: quid enim si supremus priori non ita aduersetur, quin ambo iungi aliquo modo possint? Certe semper pro concordia adlaborandum est[t], uerbaq; instrumẽtorum interpretatione adiuuãda sunt, ne simul pugnent[u], nec credendum à sequẽte cõuentione priori derogatũ, nisi id expressim actũ cõstet[x]. Qua ratione si in eadẽ scriptura reperiatur aliquid posterius adscriptũ, quod prius adnotari debuit, non tamen actus uitiatur[y]. Sed præposteri reprænsione sublata, uoluntas suo ordine accipitur[z], unde & figura ὕστερον πρότερον, non Grammaticis solum, & Rhetoribus, sed etiam Iureconsultis communis[a]. Sed & si ultima dispositio non ualeat, ut quia dolo facta

facta, uel cõtra leges, dubium nõ est primã non obliterari[b]. Idem si ab eo inita sit, cui id ius non cõpetat[c]. In unoquoq; eñ actu id necessariũ est, ut potestas uoluntati iungatur, alioqui nihil agitur[d]. Quapropter in pignoribus is potior est, qui tempore est prior, quoniã ius illi acq̃ritur[d], quod sequẽti contractu auferri ab eo nõ potest[e]. Idẽ in sacerdotiorum collationibus[f]: Idem in uẽditiõibus, ut is præferatur, cui res prius est tradita[g]: sic statur primæ testis asseuerationi, ex ea enim ius parti quæritur, & sequẽs contraria ex subornatione descendisse præsumitur[h]. Ex his & aliud inducitur, ut quando actio per posterius pactum ipso iure sublata est, nõ possit deinde nouissima cõuentione suscitari, quòd scilicet actio semel extincta, suscitari à cõtrahẽtibus nequeat[i], ut supra diximus, nisi beneficio legis id accidat, quæ iusta ex causa utiliter eis prouideat[k]. Eadem ratione quãdo res integra non est simplici pacto posterius concepto, præcedens contractus nõ rescinditur[l], nec contractus qui re perficiũtur, nudis uerbis dissolui possunt[m]: unde necessarium est simili actu priora omnia rescindi, alioqui ultimum illud pactum, quantum ad rescissio nem pertinet, inefficax erit. Ex natura quoq; uel fauore rei prævalet quandoque prior actus, ut in libertate sub uarijs conditionibus relicta, obseruabitur eñ leuissima ri adscribẽdum est. Huc pertinet & quũ pristinus actus plenior est, is enim attẽditur posteriore neglecto, ut quũ qui pure uẽderat, iterũ sub conditione uendit[o], uel qui pure aliquẽ instituerat eum deinde sub cõditione instituit, prior enim tanq; plenior institutio attẽdetur[p], nec nouũ est ex quodam fauore & humanitate hæc induci: nam & quod uulgo traditum est, quoties plures opiniones ab aliquo referuntur, cẽseri ultimam approbatiorem[q], nõ procedit si prior maiore æquitate niteretur, cum sequens ad rigorem deflecteret[r]. Sed & casibus quibus actu primũ nõ inuerti[s], ut quum quis stipulatus est actũ, uel usumfructũ: deinde iter, uel usum: nihil enim agit[t], cum priore stipulatione uberius sibi prouisum appareat.

Prius quoq; præstitam iurisiurandi religionem obseruari par est[u], quæ scilicet iuri cõmuni concordet[x], ut eo exemplo traditũ est, quãdo mulier se fundũ dotalẽ nõ aliena turã iurauit, deinde nihilominus alienauit, & se obseruaturã cũ iureiurãdo affirmauit, non enim sequens hic cõtractus sustinebitur[y], sed ꝓpter l. Iuliã fundi dotalis alienatio erit nulla[z], quæ cẽ iuris lege pontificũ iureiurãdo cõfirmetur[a], hoc tamẽ casu secus est, quoniã sequẽs iuramẽtũ à priore infirmatur, unde mutuis ictibus collisa, religiõe legis Iuliæ, phibitio nõ impeditur. Nec refert si alteri præstitũ nõ sit prius id iuramẽtum, sed sibi soli mulier iurauerit[b]: qa quũ illud licitũ sit, uidetur Deo ipsi factũ[c], unde reuocari amplius nõ potuit. Nec etiã refert qd emptor ignorauerit prius eã iurasse, quia nõ ideo cõfirmabitur cõtractus, q nõ fauore emptoris à Põtificibus sustineẽ. Sed quia iuramẽtũ sine peccato obseruari põt[d], quæ ratio hoc casu cessat, quũ iã periura sit mulier, unde ignorantiæ emptoris hoc tribui non põt, ut cõtractus ualeat[e]. Solũ igit in id qd sua interest, cælatũ se de priore iuramẽto fuisse ob dolũ mulieris experieẽ, & sic dissentientiũ sentẽtias cõciliãdo ego existimo[f]. Sed qd si prius iuramẽtũ iuri cõi non cõcordet, an sequẽs actus seruabit? Et seruari cõstat, licet periurus ille efficiatur[g]. In his tamẽ quæ ex facto nostro solũ pendent (nisi specialis reuocatio intercesserit) attendẽdus pristinus esset actus, ꝓpter uim iuramenti qd clausulæ derogatoriæ effectũ habet[h]: unde solet dici, actũ gñalibus uerbis subsequẽter factum, ad res prius iuratas nõ trahi[i]. Ex mẽte quoq; agẽtiũ sequẽs actus qñq; retro trahit, & priori adscribit[k]: unde traditũ est, ea quæ posteriore codicillorum scriptura referuntur, perinde haberi, ac si in testamẽto ad scripta essent[k], qd ex testatoris mente descẽdit, & germanitate, quæ codicillis cũ testamẽto est[l]. Et qd ex mente inducitur, fortius admittẽdũ est, si de ea quoq; expressis uerbis cõstet, ut qa in priore actu sit clausula sequẽtiũ derogatoria[m], nihil enim ꝓhibet, à priore scriptura posteriorẽ corrigi, cõmutari, rescindi[n]: atqui uulgò dicitur, præcedentẽ clausulã, ad sequentiũ declarationẽ magis facere, cẽ sequẽtẽ ad præcedentium[o]: merito igit ꝓtestatio præcedens, ꝓpter clausulã sequẽtiũ derogatoriã præualet: quod tamẽ quibusdã casibus nõ, ꝓcedit.

Primus est, quũ apparet specialiter eum pœnituisse[p]. Idẽ si cessẽt ratio ꝓtestationis, ut quum quis in testamẽto scripsit, nolle se ullos codicillos ualere, nisi manu sua signatos, & subscriptos, apparet enim eũ timuisse, ne falsi supponerentur. Quamobrẽ si deinde proferantur uere ab eo facti codicilli, adhuc ualebunt, quia posteriora priori protestationi, cuius ratio cessat, derogant[q].

Secun

b l. stichũ. §. naturalis. de solu.
c d. §. pactus, uersi. sed si.
d l. iurisgen. §. adeo. ff. eo.
e l. ubi pactum. j. tit. j.
f d. uers. sed si
g arg. l. iij. §. re ficere. de iti. actuq; pri.
h l. Iulia. §. quã tũ. ff. ad exhib.
h arg. l. pupilli. §. j. de solut. et not. l. si diuersa. j. tit. j.
g l. j. j. de præd. cur.
h Alex. l. transactione. j. ti. j. l. nõ existimo. de admin. tut.
k gl. pen. in l. j. de interro. act.
l l. ea. j. de cõfes. ubi Saly. col. j.
m l. cum ostendimus. de fid. tut.
n glo. l. j. de cur. bon. dan.
o l. omnium. j. de testa.
p gl. auth. generaliter. de epis. & cler.
q l. siue. j. tit. j.
r l. ij. 3. de off. ciuil. iud.
s l. tutores. de cõfir. tut. ubi Bal.
t Aret. cõsi. 96. & l. sciendum. de uerb. obl.

b d. l. iurisgẽ. §. sed si fraudãdi.
c l. pactũ curatoris. j. eo.
d l. nolle. de acquir. hære.
d l. j. quan. prou. non est nec.
e l. j. qui pot. in pign.
f c. si tibi. de præb. in 6.
g l. quoties. j. de rei uẽd.
h c. sicut. j. de testi.
i l. qui res. §. ream. de sol.
k l. quamuis. §. quoties. ad Velle.
l l. ab emptione. ff. eo.
m §. j. inst. quib. mod. tol. obli.
n l. quod traditũ. de cõd. & dem.
o l. si id quod. de rese. uend.
p l. si te solũ. §. j. de hære. inst.
q l. bona fides. de po. l. qui filiũ. §. Sabinus. ad Treb.
r l. si cum excẽptione. §. fi. qd nouatio non fit, met. cau. iuncta glo. Aret. consil. 163.
s l. fi. j. de noua.
t l. qui uẽsumfr. de uerb. oblig.
u c. intellecto. de iureiur.
x c. dilecto. ubi Imo. de præb.

a d. l. iurisgẽ. §. utrũ.
b l. si quis cũ pe. in fi. de proc.
c l. duobus. §. fi. de iureiur.
e l. illud. de pic. & com.
l. qd iussit. de re iud. l. si opus. de op. no. nunt.
Fede. cons. 10.
m c. is qui. §. mulier. de sep. i. 6.
n l. si mater. j. de stat. def. Bald.
o Dec. cõs. 124.
q l. si filia. in fi. de inoff. testa.
r Fely. c. cũ contingat. col. 2. de rescrip.
s l. stichus. de man. testa. gl. c. prædicatur. 16. quæst. j.
t l. fi. 3. ti. ij. Bar. to. l. fi. §. idem quæsijt. de dic. indeb.
c. inter dilectos §. cæterum. de fi. instr.
x l. præcipimus. in fi. j. de app. Bar. consil. 72. col. fi.
y l. ij. §. prius. de uulg.
z l. præposteri. j. de testa.

y glo. c. licet. de iureiur. in 6.
z l. j. de fun. dot.
a c. cũ cõtingat. de iureiur.
b Alex. l. duobus. §. fi. de iureiu.
c c. debitores. de iureiur.
d d. c. cum contingat.
e l. quẽadmodũ. j fi. C. de agri. & cens. lib. xj.
f Imo. d. c. colũ. 87. Io. Fab. §. j. inst. quib. ali.
non licet. Alex. consi. 16. in 3.
g c. j. de spon. duo. c. sicut ex literis. de spõs.
h Bar. l. si quis. in prin. de leg. 3. col. fi.
glo. c. cum non deceat. de elec. in 6.
k l. ij. §. j. de iur. cod.
l l. talis. in fi. de leg. j.
m l. si mihi. §. fi. de leg. j.
n l. nihil. de adim. leg.
n Bar. l. quisqs. de leg. iij.
p d. l. si quis. in prin.
q l. diuus. §. j. de iur. cod.

Secundus casus est, quando actus, de quo facta est protestatio, cũ alio geritur, nec ille admonitus protestationis est, siue quia absens, ut Bart. tradit[r], siue quia propositum mente retentum est, ut Petr. mauult[s]: quæ sententia summa ratione nititur, licet Iaboleni responso, quod illi interpretãtur, nõ cõueniat[t]: ait ille, locator horrei propositum habuit, se aurũ, argentum, margarita nõ recipere periculo suo, deinde quum sciret has res inferri, passus est, perinde eum futurũ tibi obligatum dixi, ac si propositũ fuerit remissum. Ex hac enim interpretatione nullam probabilẽ dubitationem habet id respõsum, inepteq; loqueretur Iurecons. quorsum ẽm opus fuit tibi remissam protestationem censeri, quæ uel in mente retenta sit, uel tibi non fuerit patefacta: quum nihil præiudicij facere hu iusmodi ꝓtestatio possit[u]. Adde quod nec Latine loqueretur, nec enim si propositum nomen esset, intẽtionemq; significaret, debuit Iabol. infinitiuo uerbo uti, propositũ nõ recipere, sed, nõ recipiendi[x]: unde apparet nomen nõ esse, sed participium, quod in uim nominis nõ trãsit, ut Laur. Valla eleg. C. XXVII. docet. Tertius casus est, quando clausula derogatoria simpliciter præcessit, & actus contrarius ex interuallo subsequutus est, quod ex eodem responso Iac. Butr. censuit: Sed quomodo is casus intelligi debeat, à me alibi disputatũ est[y]: hic in præsentia solum dixero, nec uerbis laborabo. hunc intellectum cõuenire, siue quia eodẽ uitio laborat, ut propositũ pro nomine accipiatur, siue quòd dictionem deinde ad actũ ex interuallo restringit, quæ generalis est, & id quoq; cõplectitur, quod incontinenti posti gestum sit[z], siue quòd regulariter, ꝓtestatio etiã ad ea trahatur, quæ ex interuallo sequũtur[a], nec coarctãdum fuit responsum ad casus particulares. Ego igitur hisce opinionibus omissis, quibuscunq; recẽtiorum nihilo melioribus cõmentis, respõsum illud aliter accipiendum existimaui. Sciendum enim habere propositũ, idem esse quod, ꝓposuisse, seu proscripsisse, pro ualuis fortè tabernæ, uel horrei[b]. Sueto. in C. Caligula uectigalibus neq; propositis, quũ per ignorantiã scripturæ multa cõmissa fierent, tandem flagitante pop. Rom. proposuit quidẽ legem, sed minutissimis literis &c. Rursus sciendum, horreum pro quocũq; loco ad reponendas merces accipi[c]. Apul. lib. IIII. Asini, Tũc horreum quoddam gazis Mitonis refertum, securibus diffindunt. Nos uulgo magazinũ uocamus. Erant autẽ qui artem hanc exercebant, ut locum ipsum seu apothecam, non perpetuæ sedis causa, sed ad res interim reponendas locarẽt, mercesq; piculo suo reciperẽt, quòd scilicet custodia ad eos pertineret[d], uocantur aũt Latine etiã horrearij[e]. Igitur decidit Iurecõs. si horrearius res illas receperit, ad periculũ præstandũ teneri, priore protestatiõe, pro ualuis fortè fixa, non obstãte: cuius rei est ratio, quia alioqui facile posset horrearius cũ furibus cõuenire, & conductorem decipere, qui apud eum reposuit tantisper dum aliò aduehit, uel locum reperit, ubi uenales ꝓponat, ut quod de personis caupones, de equis stabularij exercẽt, de ipsis mercibus horrearij faciãt: nam & de his traditũ est, si uectoribus prædixerint, ut res suas custodiant, non enim se damnum præstituros, nihilominus teneri, nisi expresse uectores protestationi cõsenserint[f], quia tacendo sibi non præiudicant, quũ lex tacuisse præsumat, quòd sciant ius suum durare[g]: alioqui materia eis quoq; daretur cum furibus aduersus eos, quos receperunt, coëundi[h]. Et ex his colligitur quartus casus, ut protestatio sequenti actui derogatoria non attẽdatur, quãdo pars quæ lædi poterat, expresse non cõsensisset, & ex ea cum furibus coëundi occasio nautæ, caupoui, stabulario, horrearioq; subministaretur.

IMP. MAXIMIANUS AUGUSTUS MARIO. *

IN BONAE FIDEI. Pactorum quæ contractibus adijciuntur, alia substantiã respiciunt, ut in emptionibus rem & precium[k], & hæc contractum ipsum reformare dicuntur, siue ex cõtinenti, siue ex interuallo cõuenta sint[l]: alia circa naturalia contractus uel accidẽtia uersantur, & hæc si ex continenti facta sint, non solum censentur cõtractui inesse, sed etiã actionẽ informãt[m]: quũ enim actiones ex cõtractibus certis formulis cõtincrentur (quas à M. Manilio cõpositas Varro est author) ut id quoq; quod pacto cõuentum erat cõprenderent, informabantur, id est in formam extensim deducebantur, idq; in bonæ fidei iudicijs locum habuisse cõstat. Sed an & in cõtractibus stricti iuris? Et receptum est idem esse[a], paucis reclamantibus[b], qui & in lege nostra, & in Vlp. responso perpendunt bonæ fidei mẽtionem

x l. nõ solum. §. mortem. col. 6. de op. no. nun.
s Pet. et Cy. hic
t in l. cũ in plures. §. locator. ff. loca.
u l. si repetendi. de cõd. ob cau.
x l. si qs nec causam. si cer. pet.
y l. detestatio. de uerb. sign.
z d. l. ij. §. prius. ubi Aret. de uulg.
a d. l. talis. & l. seq.
b l. sed & si. §. proscribere. de instito. l. si quis id quod. d' iur. om. iud. l. apud. §. hæc sunt ferè. de iniur.
c l. iij. de off. præf. uig.
d l. j. §. loca.
e l. si uero. de his qui deie.
f l. si. §. item si. ff. nau. caup. stab.
g l. sicut. §. non uidetur. ff. quimo. pig.
h l. j. in prin. ff. nau. caup. stab.
k l. pacta. ubi gl. de cõtrah. em.
l l. iurisgen. §. adeo. ff. eo.
m d. l. §. quimo.

tionẽ otiose fieri non debere, alioqui casum indubitabilem decidi, quũ plusq; manifestũ sit, pacta incontinenti adiecta eis inesse, ex interuallo facta nõ inesse: nec Pauli respon sum[c] huic sentẽtiæ aduersatur, quod nõ de actiõe informãda loquitur, sed de reformatione, quando scilicet pactio substãtiam cõtractus respicit, id est pecuniã, seu diẽ, quæ pars summæ est[d]: tunc ẽm distinguitur, aut ex cõtinẽti, & indistincte, siue cõtractus sit bonæ fidei, siue stricti iuris, inest & reformat: aut ex iteruallo, & solũ reformat, quũ res adhuc integra est, alioqui nõ reformat[e]: quã sententiã & Dec. sequitur[f]. Ego à creditore sententia discedendũ nõ arbitror, dũ tamen recte intelligamus, in cõtractibus qdem stricti iuris pacta incontinenti adiecta inesse[g], sed actionẽ ueterẽ nõ informari, ex pacto tamen noua actione ex stipulatu agi: & hoc est quod Bar. nouo loquẽdi more inquit, cõtractũ informari nõ actionẽ[h]: aliud ẽm est inesse contractui, aliud actionẽ informari[i], etenim stricti iuris actiões hãc informationẽ nõ recipiunt, quũ tot sint stipulationes quot res[k]: proinde una nõ possit esse actio extensa ad id quod pacto continetur, quo exemplo si stipulatio ad dationẽ referretur, pactio factũ respiceret, indubitatum est, certi cõdictionẽ nõ informari, ut ad incerta cõpetat[l]. Sed quid si stipulatio contractui subiecta sit, nũqd informet actionẽ ex cõtractu, sicut pactio nuda? Et Bar. ibi formare credidit[m]: cõtra Rim. & Dec. quũ ipsa actionem ordinario pariat remedio, nõ fuit operæpretiũ actionem ex cõtractu ad eam protẽdi[n]: quam sententiã & nos sequimur, quia cõstat stipulationẽ ad accidentia præcedentis bonæfidei cõtractus pertinentem propria natura censeri, strictiq; iuris actionem parere[o], quũ tamen actio informata bonæ fidei sit[p]. Sed quid rursus in pacto tacito, an cohærentia cõtractus confirmetur? Et parem esse taciti expressiq; naturã constat[q]: unde qui emit hæreditatem, & tacite agit, ut ipse hæreditarijs creditoribus satisfaciat, recte ex empto actiõe tenebitur[r]. Et qui incõtinenti post contractũ renuntiauit hæreditati, tacite pactus censebitur, & actiõe ex cõtractu cõuenietur, qd' Aret. censuit[s]. Sed & in contractu præsumpto, qualis est uenditio, quæ propter æstimationem præsumitur inesse posse pactiones cõstat, informariq; actionem[t]. Idem & si pactũ quasi contractui addatur, ut quũ in tutelæ susceptione cõcipitur, quod Ang. adnotauit[u]. Adde quòd huiusmodi informatio non solũ paciscẽtibus ipsis prodest, sed etiã eis, quibus acquirere illi possunt: quo fit ut pactio inter creditorem & emptorẽ pignoris, ipsi debitori ꝓsit[x], licet alteri non ꝓsit[y].

Nec refert unicũ sit pactũ, an plura contractui adiecta, omnia enim dũ incontinenti conuenta sint stabiliũtur, actionemq; informant, ut hic tradũt recentiores, nec qsq; unq; dubitauit. Sunt & qui huic informationi non obesse existiment, quòd pactum causa exceptionis solũ adiectũ sit, nihil eñ impedit quo minus actionem quoq; possit ꝓducere[z]: sicut uice uersa uidemus, pactũ ex interuallo actionis causa à contrahentibus frustra conuentũ, exceptioni saltem sufficere[a], quod hic ab omnibus ferè receptũ est, & optima ratione nititur: si quidem cõtractus qui ex materiæ defectu peccãt, saltẽ eatenus sustinentur, quatenus ualere possunt[b]. Illud quoq; nõ obesse informationi Accur. tradidit, qd' post finẽ contractus concepta sit pactio[c], contra alij, positq; contractus perfectus sit, negãt pactionẽ corroborari[d]: quibus Alex. alijq; frequentius accedunt: quos & ego sequor, si manifeste cõstet contractũ ꝓ absoluto iam habitũ à partibus fuisse, alioqui humanius est, ex eo qd' subsequutũ est coniectari perfectã rẽ prius nõ fuisse, cq; pactio inita est[e]. Sed an indistincte qualiacũq; sint pacta actionem informabunt? Et supra diximus ea informare quæ naturã contractus, uel accidẽtia respiciũt[f], elegãtius Iurecõs. qui informari actionẽ abhis pactis ait, quæ legẽ cõtractui dant[g], seu in ingressu cõtractus fiũt, id est (ut ego interpretor) quæ connexã cõtractui causam habẽt, illumq; respiciũt: sicut eñ Digressus à Quintil. dicitur, quũ quis à ꝓposito argumento discedit, quiq; Græcis Rhetoribus παρέκβασις, Marcello Iurecõs. Excessus est[h]. ita Ingressus est, qui Græcis ἔμβασις, Ciceroni in oratore, Ingressio, qd' propositã causam argumẽtumq; respicit. Si igitur fundũ tibi centũ uẽdidi, adiecta cõditione, ut pro me Romã eas, munietur pactũ[i], quoniã uerisimile est uiliore me pretio uenũdedisse, ut id tibi iter remunerarẽ, quapropter solet dici pactũ ipsum pretij partẽ cẽseri[k]. Quod I si in cõtractu depositi id pactũ apponeret, secus esse plericq; tradiderũt[l], egrederet eñ hæc res notissimos eius terminos[m]. Idẽ in l comodato proditũ est, quod & Bar. in mutuo quoq; cẽsuit[n], nec enim certi cõdictio, quæ ex mutuo datur, huc extẽdi debet, ut ex ea quis cq; cõpellatur Romam ire: cui & nos hoc casu propter stricti iuris naturam

x l. epistola. §. j. VIII ff. eo.
y l. si tibi. j. de loca.
IX
z l. quod mihi. de lib. leg. glo. l. sed & si posseß. in prin. de iur.
a d. l. pacta. uer: quo quidem casu.
X
b l. hactenus. de cõst. pec. Doc. l. j. §. si qs ita. de uerb. obl. arg. l. iij. j. de edil. act.
c arg. l. perfecta. j. de don. quæ sub. mod.
d arg. l. sed 1ul. §. proinde. ad Macedo.
e arg. l. sed 1ul. §. non dubitauit. ff. de her. inst.
f gl. d. l. pacta.
g d. §. quinimo.
h l. iam dubitari.
i Bar. d. l. petẽs.
k l. fundi par tẽ. de cõtrahẽ. empt.
l Alex. hic.
m l. lucius. j. ff. depo.
n d. §. quinimo.

l Inst. de uerb. obl. in pri. II Bar. d. l. lecta. in fi.
m l. prædia. de act. emp. Mod. d. l. petens.
n arg. l. fi. j. de pac. conuen.
o l. in bonæ fidei. de eo quod cer. loc. Bart. l. singularia. col. ij. si cer. pe. III
p Doct. l. pacta quæ cõtra. ff. e.
q l. cum quid. si cer. pet.
r l. hæreditatem. ff. de don. no. l. ij. ff. eo. IIII
s l. is qui hæres. col. ij. de acqu. hæred. V Bal. l. j. col. pe. j. qui bon. ced.
t l. ex cõuẽtione. in fi. ff. e. VI
u d. §. quinimo. VII

c d. l. lecta.
d l. j. §. diem. de æden.
e d. §. adeo. d. l. pacta.
f d. l. petens. ubi & Bulg. et Ia. de S. Georg.
g d. l. lecta.
h Bar. d. l. lecta. in fi.
i d. l. lecta.
k l. scire. de uer. obli.
```
```

II assentimur: sicut & in illa specie. Si tibi cē tum donauero, deinde ex cōtinēti paciscar de aliqua hæreditate tecū diuidenda, nā pactū nō roborari, quia ex diuersa causa separato in negotio ꝓcesserit, Alex. hic opinatus est: recētiores contra, quū ex re incōtinēti gesta, alterum alterius causa conuenisse præsumēdū sit[o].

o l.si cū fundū. ubi Bart. ff.eo.

Nobis uidetur id cōsiderādum, an uerisimile sit mutuo donationis pactiq; respectu cōtractum fuisse, an id minus, ut priore casu saltē cōtractus informetur: nec uero his adsentimur, qui actionē nō informari tradūt, quum pactū cōtractus naturā excedit: falsum id est, quū traditum sit, ad usuras pacto ex cōtractu depositi debitas agi posse[p], sic & ex uēdito agitur ad rescissionē cōtractus pacto cōuentam[q], itē ut aliquid fiat, quum tamē ad pretiū tātum ea actio ex ꝓpria natura cōpetat[r], sic & mādatum aduersus suā naturam pactiones recipit[s]. Et ideo, si rem aliquā tibi cōmodauerim, pacto ut eas Romam, quū appareat cōtemplatiōe pacti me cōmodauisse, putarim informari actionem, licet Ange.[t] agi præscriptis uerbis putet, tanq; habita pacti ad cōmodatū relatione, inde cōtractus facio ut facias, id est cōmodo ut eas, resultet[u]. Alij nullā oīno actionem dari[x], quæ sententia tunc obtineret, quū pacti cōtemplatione cōtractū non esse cōstaret[y]. Cæterū & nō absimili modo distinguēdum est, quū actio unius fauorē respicit, pactū alterius gratia celebratum est, pleriq; enim hoc casu cohærētia cōtractus illud amiciri nō existimāt[z]. Quòd si de fauore utriusq; actū sit, ut quia cōtractus & pactū se respiciant, uerisimileq; sit alterum absq; altero pactum nō iri, secus esset, regulæq; adhærebimus[a]. Sed quid si de maiore summa in pacto agatur q̄ in ipso cōtractu: ut quia in emptiōe factū quod præstari cōuenerat pretio præualeret. Et nō putarim informari actionem[b], sed cōtractū innominatū censeri, & ideo præscriptis uerbis agēdum[c]. Quapropter & illud traditū est, pactionem rei principalis à cōtractu pœnæ ei subiectæ nunq; uires assumere[d], quoniam absurdū est ab accessorio principalē dispositionē cōfirmari[e]. Sane q̄bus casibus supra docuimus[f], rei traditione non fulciri pactū ijsdē, nec cohærētia cōtractus adiuuari traditū est, quòd scilicet par est utriusq; cōfirmationis causa, qd' & Alex. hic admonuit.

p d.l.lucius.ī fi. d.l.publia.§.j. depo.
q l.ij.j.de pact. int.emp.
r l.tenetur. §.j. de act.emp.
s l.naturalis.§. pen.de præscr. uer.
t d.§. quinimo.
u d.l.naturalis. §.pen.
x Bal.Alex.hic. Iaſ.d.§.quinimo
y arg.l.ij. j.de cuict.
z glo.& Doct. in d.l.petens.
a d.l.fundi partem.
b arg.l. Aristo. de don.
c l.cū te. de pac.īt.emp. Iaſ.d.§. quinimo.
d j.l.seq.
e glo.d. l.petens.
f l.legem.ī.eo.

b ¶ ACTIO, Informata: quū enim pactū pars sit cōtractus[g], sicut actio ex cōtractu, ex qualibet eius parte ꝓprie & cōtinenter oritur, ita & ex pacto oritur, unde & Vlp. pactū nō ex interuallo factū actionē informare, & ex eo agi sensit[h], totoq; in eo loco, non nisi de actione informata loquit', qd' & recte à Fulgo. disputatū est, senserunt q̄ ueteres ante Bar. at ille (quū nihil esset, quod eum urgeret, ut interpretatione Vlp. responsum uiolaret) maluit de præscriptis uerbis actione intelligere[i], cuius sententiam notabilius auxit Iac. But. & Alex. qui una nō contenti, alteram quoq; addiderūt, quoties ex pacti ad cōtractum priorē relatiōe innominatus alius ꝓduceretur. Sed ego adhuc adolescens, Paradox. lib. v. cap. 1. pluribus ratiōibus ostēdi ex pacto cohærētia cōtractus firmato, solam actionē ex cōtractu dari: qd' tamē non procedit, quū pacto cōuentū est, ut res retrouēdatur[k], id em̄ magis perimit, q̄ infor mat actionē, mediumq; qddā respicit: unde in eo distinguitur, ut si propter id pactū res minoris uēdita est, quoniā pars pretij censetur, ex uēdito agatur[l]. Si id pactū gratuitū, & cōtemplatione amicitiæ alicuius accedit, quia pars pretij non est, actione præscriptis uerbis agatur[m], quod & in dubio dicēdum ꝓpter actiōis in factū naturam[n]. Idemq; in ea specie respōsum est, quū cōuētū esset ut res uēdita si displicuisset, intra certū tēpus redderet[o], diuersis em̄ respectibus diuersas hasce actiōes cōcedi hoc casu receptū est[p].

g d.l.fundi.
h d.§. quinimo.
i Bart.l.ex placito.j.de re.pm.
k d.l.ij.
l d.l.ij.
m l.si uir.de præscrip.uer.
n l.j.de præscr. uer.
o l.si cōuenerit. ff.de rescin.uē.
p l.labio scribit si bibliotheca. de cōtrah.em.

c ¶ PETITIONEM. Regula ergo hic accipitur, ex pacto nudo actionē nō nasci, quæ tamē quibusdā casibus non ꝓcedit, quos supra in rub. adnotauimus. Interne I gotiatores quoq; ex pacto nudo agi posse, Bar. sensisse uidet, quoniā cū eis humanitas æquitasq; maior attēditur[q], quod pleriq; intelligūt, quū statuto municipali cautū est, ut in eorū foro sola æquitas obseruetur[r], alioqui frustra prætor de cōstituta pecunia edixisset, si nuda pactio sufficeret, quū constet, edicto illi maxime inter mercatores locum esse[s]. Sed nec hāc sētētiā ego ꝓbo, quū Prætor, qui æquitatē semper præ oculis habet[t], pollicēdo se pacta seruaturū, nō tamē actionē cōcedere censeatur[u]: nā & administratores iurāt se scd'm omnē æquitatē iudicaturos[x], & tamē ex simplici pacto agentē non audiunt. Adde qd' quum lex à pacto certā animi

q l.quintus. ff. manda.
r Saly. & Alex. l.placuit.j.de iud.
s l.j.j.de const. pec.ubi Bal.
t l.qd' si ephest. de eo qd' cer. loc.
u d.l.iurisgen. §.prætor.
x auth.iusiur.qd' præst.circa med.

animi deliberationē abesse ferè præsumat, nulla æquitas[c] suadet ex eo agi posse[y]. Sūt & qui ex pacto manū regiā impetrari posse existimēt, & ideo principes dānent, q̄ pacta nuda obseruari nō iubeāt[z]. Sed nec id ego ꝓbo, quū em̄ iure ciuili nouata sit ea manus regia[a], & solis actiōibus nobis cōsulatur, salubriusq; reip. uisum sit sub legibus esse, q̄ sub nutu cuiusq; regi, nō uidetur antiquata iurisgētium remedia in usum reduci debere, alioqui & Prætor edicēdo se pacta seruaturum, debuit exemplo manus regiæ de exequutione intelligi, qd' tamē falsum est, unde Aretinū ego, itemq; Alex. ab hac sētētia recedētes sequor[b]. Addit Bal. tum quoq; ex pacto agi, quū in instrumēto descriptū est, quod ex lege municipali in prōptu exequutionē habeat[c]. Sed nec id probādū est, ex huiusmodi enim lege pactio efficacior re iudicata esse non debet[d]. At finge iudicatū esse, me pacto nudo tibi cētū ꝓmisisse, compellár ne ad soluēdū? Certe nō, quia pacta soli retētioni sufficiūt[e]: erit igitur huic decisioni tantū locus, quū ultra pactū accessit etiam cōfessio, quia corā chartulario iudice cōfessus fuerim me soluturū, & ille præcepti ꝓpter feruorē iudicij augebitur pacti effi cacia[f], & exequutioni sufficiet, qd' alibi idē Bal. sensit[g]. Sunt & qui tradāt, si pactum nudū iteretur, actionē ex cōstituto nasci[h]: quæ sententia receptissima est, cōstituere em̄ est, cū parte ipsa statuere, idest deliberate ꝓmittere, quæ animi deliberatio, ex actus geminatione colligitur[i]. Quod si hæc deliberatio nō adsit, secus est, nec dicitur cōstitutū quicq̄ esse, nec actio oritur: ut quū uno tēpore utrūq; pactū accessit[k], nulla enim hic mētis maior est deliberatio, quod alibi recte senserunt[l]. Idē quū quis ꝓmittit soluere qd' alius pro uillicis suis prærogauit, nullū hic est cōstitutum[m], quia duplex naturalis obligatio nō adest: uillici em̄ nec naturaliter q̄dem obligati adhuc erant, qd' uerbo prærogandi ostēditur, qd' ideò gratis præstare significat, quia anteq; qs obligaretur solutū fit, unde nulla est pecuniæ constitutio[n].

y l.ij.j.de tab.lib.x.
z Iaſ.d.l.iuris§. sed cū nulla.
a d.l.ij.de orig. iur.
b Alex.d. §.sed cū nulla. Aret.in rub.ex de accu.in fi.
c Bal.l.ij.ī fi.de exec.rei iud.
d Bart.l. possessio.§.ij.de acquir.poß.
e d.§.sed cum nulla.
f glo.auth.gñaliter.ī.de epiſ. & cler.
g Bal.l.si nō sortem.§.j.de cōdi.indeb. Iaſ.l. legitima.ff.eo.
h l.j. §.fi. de cōsti.pec. Dec.l. legē.ī.eo.
i l.si mulier.j.ad Velle.l.cū sciamus. ubi Bart. de agri.& cēs. lib.xj.
k gl.l.si cōuenerit.de pig.act. facit l.si trienio.de statul.
l Bal.nouel.rub. de uer.ob. Ale. & Aret.l.j. in prin.eo.tt.
m l.si tibi j.loc.
n l.ij.§.fi.de consti.pec.
o c.cū cōtingat. de iureiur.

IMP. GORDIANUS Aug. Cæcilio militi.

SI pacto[a] quo pœnam aduersariū tuū promisisse proponis, si placito nō stetisset, stipulatio subiecta est, ex stipulatu idq; hodie ita obseruādum esse, propter ius pontificum certissimū est: iure em̄ ciuili nō uidetur regulariter ea religione pactum cōfirmari[p]: & quia specialiter id admissum est in liberto, qui libertatis causa paciscatur, & iuret[q], tāetsi sciā non deesse qui in diuersam sententiam eant, & iure quoq; nostro cōfirmari pactū putent, quoniā constitutū est, eos q aduersus pacta iurata faciant, actione priuari, & ad pœnā cogi[r]. Sed leuis hæc est ratio, quum lex nō de actione oriēte ex pacto loquatur, sed de priore actione, super qua trās actū erat, nā nec sup pœna ibi iuratū fuit, qua in re imprudēter fallūtur recētiores[s].

p l.si qs pro eo. de fideuſ.
q l.ut iurisiurandi.ff.de op.lib.
r l.si quis maior. j.tit.j.
s Parpal.ibi.21. not.

SI PACTO QVO POENAM. Promiseras pacto nudo te aliqd factu rū, puta Romā ꝓ me ire, uel insulā ædificare, & si nō faceres quāti ea res esset, te daturum, hāc q̄ pœnalē ꝓmissionē stipulatione uallauerā: hic traditur actionē ex stipulatu dari, qua pœnā petā, reo tamē purgare moram licere. Ab executione uero nec fauore quidē militū incipi posse, sed uia ordinaria agēdū. Nec refert huius in rescripti casu, an conuētio de faciēdo sit, an de dādo, dū tamē donationē nō inducat: quapropter si cōueniſſes qd' mihi donabis domū, idē iuris eēt: aliud em̄ est donatio, aliud ꝓmissio qd' donabis[a]. Vnde uerius receptiusq; est: cōstitutionē, eū qui dixerit se donare, ad pacti simplicis obseruationē cogētē[b], in eo nō ꝓcede re, qui sē donaturū promisit[c]: sicut nec in eo locū habet, qui merum factū futuro tēpore adimplendū ꝓmittit, nec em̄ huic casui uerba cōstitutiōis correctoriæ cōueniūt[d]. Idē quoq; arbitror si cōuētio permutationē, ut Accur. existimauit, respiceret: dū tn̄ eū qui agere uelit, præsupponamus ex parte sua obtulisse, & reū acceptare noluisse, alioqui si acceptasset rei interuētu, actio præscriptis uerbis daretur[e]: si actor nō obtulisset, tanq; ex parte sua nō obseruās, aliū ad pœnā conuenire nō posset[f]: & q̄uis ex sola oblatiōe nō cōualescat cōtractus innominatus, quia scilicet licitū est alteri pœnitere[g], tamē hoc causa secus est, quia per adiectionem pœnæ, apparet id actū, ne pœnitudo obsit, quin ea ex euētu cōditionis cōmittatur, quod Ful. Paul. Alex. recte sentiunt, licet Dec. nō sat firmis ratiōibus dissentiat. Nō refert rursus, an pactū pœnale stipulationē præcesserit, an

a l.in bonæfidei. ff.de eo quod cer.loc.
b l.si quis argentum. §. fi.j. de don.
c Alex.l. iurisg. in prin.ff.eo. II Dec.hic.
d Bar.d.l.iurisgen.§.j.
e l.ex placito.ī. de re.permut.
f l.cum proponas.ij.j.eo.
g glo.d.l.iurisg. in prin.

rit,an unico contractu intelligamus pœnã ꝓmissam (nã & in omni stipulatione est pactum[b],) quũ eñ stipulatio idẽ quod pactũ cõtineat,firmiorq; sit,unica inde oriẽ obligatio[i],solaq; ipsa tanq; firmior attẽditur[k], nec sui cohærentia pactũ ipsum pœnale munit: quorsum enim hoc,quũ idẽ cõtineat[l]? multo minus ipsam dandi faciendi'ue cõuentionem munit,quũ pœna tanq; accessoria principale ipsum fulcire nõ debeat[m], ut cõmunis se habet sentẽtia,quæ hoc ex rescripto satis ꝓbatur,dũ ea quæ in cõuẽtione deducta sunt præsupponit,sola pœnali actione per indirectum extundi posse: probatur & ratione, quum enim stipulatio pœnalis conditionẽ habeat,si prius cõuenta non seruentur,nõ potest ea conuenta confirmare,ex quorum defectu ipsa nasci incipit[n].

b ¶ EX STIPVLATV AGENS.

Sed quum pœnalis stipulatio non nisi ex præcedẽte mora cõmittatur[o], mora aũt ibi nulla esse possit, ubi nec petitio quidẽ ulla est[p], ex cõuẽtiõe uero præcedẽte tãq; nuda agi non posset,uideret nec ex stipulatu qdẽ ad pœnã agi posse. Sed tñ hic aliud decidit, quia uidẽtur partes egisse,ut ex simplici interpellatiõe cõuẽtionis obseruãdæ causa facta eatenus cõmittaẽ mora, ut pœnæ locus sit q, quę partiũ uolũtas nõ minus ex pacto nudo dignoscitur,q; ex quocũq; cõtractu[r]: unde & pactũ nudũ cõpromissi,sequuta arbitri snia ex interpellatione inducit morã, & stipulationi pœnali locũ facit[s], ut merito & hoc casu idẽ dicẽdũ sit[t], cõmitteẽ ergo mora ex interpellatione,& usq; ad litis cõtestationẽ purgari poterit: post motã eñ litẽ, lex ait cõditionẽ existere[u], id est impurgabiliter euenire[x], nã & uerbũ sistẽdi ad firmitatẽ refertur, qd' & alibi latius docuimus[y].

c ¶ VT FIAT CONSEQVERIS.

Apparet ergo hic morã corrigi diluiq; posse: Sed usq; ad qd' tẽpus: Et si nõ nisi in litis cõtestatione cõmittereẽ (quæ quorũdã fuit snia[z],) cõsequẽs esset,ut usq; ad snìam purgari posset[a]: ne scilicet eodẽ tẽpore & mora cõmittatur,& purgatio impediatur[b],cuius purgationis exceptio quũ sit peremptoria, usq; ad sentẽtiã opponi posse debuit[c]. Nec nouum est purgari morã usq; ad diffinitiuã posse,nã & aliꝭ in casibus idẽ est, ut quum res,quæ petita est, & in cõtestationẽ deducta offerit[d],unde & fideiussor iudicatũ solui

pulatu agẽs [b] uel id quod in conuentione deuenerat,ut fi-

uerbo persoluentem: est enim persoluere, integrum soluere[z]. Idem quum creditor protestatus est, se saluo solidi iure eam pecuniam recipere[a], nec hæc protestatio tanquam contraria facto, id est solutioni pro persona debitoris factæ inefficax est[b]: quod (ut demus protestationem creditoris ei quam pro persona sua debitor fecit aduersari, & sic mutuo ipsas se collidere) remanet numeratio simpliciter facta, quo casu præsumptio taciti pacti non oritur[c], nec enim absque creditoris cõsensu potest esse pactum[d], aut obligatio ei in solidum quæsita diminui tollive[e]. Quapropter cum Pico idem esse sentio, etiam si creditor generaliter dixisset, se saluis iuribus suis recepere[f]: nam & idem generalis hæc protestatio operari debet, quod specialis[g]. Rursus non uidetur facta sortis diuisio ex usurarum receptione, ne scilicet ex accessorio præiudicium principali fiat[h], quod supra à nobis declaratum est. Proinde si plures in solidum annuum reditum super certis bonis Titio debeant, & eorum unus pro sua parte soluens admissus sit, non tamen diuisam principalem obligationem dicendum est, imo nec respectu sequentium annorum erit ulla diuisio, nisi toties iterata sit, ut præscriptioni sufficiat[k]: ea enim adiectio, quod quis pro persona sua soluat, pro eo actu intelligitur, non pro futuris[l]: & licet una sit omnium annorum obligatio[m], plures tamen sunt præstationes, & præsumptio quæ ex una præstatione oritur, ad aliam sequentem non trahi debet[n]. IIII Sed quid in hac quæstione dicendum est? Aliquis à pluribus uendit oribus, in solidum se obligantibus, super certis bonis annuum reditum emit[o], cum pacto luendi, is aliquem sponte admiserat (cogi enim non potuit) [p] qui pro sua parte redemit, nunquid omnino liberasse eum censebitur? Et prima facie non uideretur: hic enim duæ sunt obligationes, altera qua uenditores teneantur ad pensionem, altera quæ emptori incumbit, ut omnibus ipsis uolentibus redimere, uendat: & ut eam extinctam fateamur, quæ emptorem principalem respicit: non est credendum eam extingui, quæ pensionis causa uenditores obligat: nec clausula, pro parte sua, quæ in emptione adiecta est, uidetur ad liberationem inde subsequentem trahenda: quum in lege nostra appareat liberatiõi additam, eius fauore diuisionem inducere, at hic non liberationi, sed obligationi, qua emptor tenebatur, adposita est, licet in consequentiam quandam ipsi luenti liberatio contingat. Alij tamen contrarium crediderunt, & legis nostræ dispositionem ad hunc casum trahendam censuere: quæ sententia, quantum sit ad hypothecam, absque dubio uera est, quoniam uendendo uidetur creditor illi renuntiasse, eamq; partem liberam retro uendidisse[q]. Sed quid rursus in alia specie dicemus? dominus alterum ex emphiteutis admisit pro parte sua canonem præstantem, alter per triennium cessauit, an uterque cadat? Et Pyl. disputando[r] utrumque cadere censuit, si in solidum obligati erant. Accur. idem, etiã si ambo in emphiteusim successissent[s], quia quamuis lege XII. tab. obligatio dandi diuidatur, propter pœnam tamẽ adiectam ex facto unius, alter plectitur[t]: quam sententiam ego probo, non solum quum dominus alterum soluentem simpliciter admisit, sed etiam quum dictum est, eum pro sua parte soluere, quia possunt illa uerba citra ipsius domini damnum intelligi, sua enim ea pars dici potest, quum à lege XII. tab. sit diuisa[u], ex qua canonis diuisione non debet uideri dominus iuri caduci renũtiasse[x], quod ex post facto illi acquiritur[y]: quia aliud est: à canone debito liberare, aliud subsequens caduci ius remittere: qua tamen in re amplius deliberandum censeo. Sed rursus dubitatur, quid in pluribus fideiussoribus, pone unum ex eis suo nomine soluisse, an censebitur his uerbis facta diuisio? Et traditum est non censeri, & ideo pro eo teneri, qui lite contestata soluendo non sit[z]. Sed unde hoc? an quia aliud sit suo nomine soluere, aliud pro sua persona, seu sua rata? ut Paul. Castr. Alexanderq; censuit: uidetur enim ita expressum, ut appareat non nomine principali se soluere[a]. An quod Bar. tradidit, non fieri diuisionem censebimus, etiam si pro parte sua se soluere fideiussor dixerit[b]? idq; ea ratione inductum esse, quia fideiussores ex epistola diui Adriani beneficium diuisionis habẽt[c]. Vnde creditor pro parte accipiens, non potest uideri quicquã tacite cum eis pactus, quum necessario eã partem accipere debuerit, in necessitate aũt nulla est donationis coniectura[d]: merito ea uerba, pro parte sua soluere se protestantis, secundum epistolare beneficium intelligentur[e], nec donationis accipietur interpretatio. Erit igitur facta diuisio

z l. urbana. §. pernoctare. II de uerb. signif.

a arg. l. si debitor. §. j. ff. qb. mod. pig.

b c. cum in. de constitu.

c d. §. j.

d l. j. ff. eo.

e l. perfecta. j. de dona. quæ sub modo.

f glo. l. cõmuni diuidũdo. ff. cõmuni diuid.

g Bar. l. si sub cõditione. III de testa. tute. Socy. consi. 13. 3. in 4.

h d. l. tale. §. pe.

i l. 2. 3. eo.

k l. qui semisses. ff. de usur.

l arg. d. l. si j. ne uxor p marit.

m l. si stichũ. §. j. de uerb. obli.

n l. cũ de in rem uerso. IIII ubi Saly. ñ 2. et 4. quæst. ff. de usur.

o exuag. Regimini. de empt. & uend.

p Bar. l. cui usus fructus. de usuf. leg.

q l. pen. §. fin. de pig. Rom. sing. 605.

r quæst. 47.

s glo. d. l. cõmuni diuidendo.

t l. ij. §. fin. de uerb. obli.

u l. 5. §. fi. de uerb. obli.

x l. fi. j. de iur. emph.

y arg. c. cũ P. de renũt. c. ad nostrã. ubi in glo. VI de iureiu.

z d. l. inter. §. j.

a l. papinianus. ff. mand.

b Old. Bar. Imo. d. l. inter. Bal. Ang. Mod. d. l. si ex toto.

c §. si plures. Insti. de fideiußo.

d l. rem legatã. de adim. leg.

e c. cũ dilectus. de consue.

beneficio epistolæ tantum[f], & ideo si alij tempore litis cõtestatæ soluendo non sint, poterit qui pro parte sua soluit, adhuc conueniri: quum secus esset, si hæc diuisio tacito contrahentium pacto inducta proponeretur. Lex em̃ beneficia sua absque alterius iniuria concedit[g]: at in contractibus, quilibet potest sibi, si hoc egerit, præiudicare, nec huic sententiæ lex nostra aduersatur, quæ in debitoribus loquitur, qui in solidum sint obligati, nec à lege diuisionem aliquam habeant: alioqui quorsum opus esset, probare admissionem ex parte debiti à creditore factam, si à lege ipsa fieret? Sed nec Iuliani responsum[h] urget, quo fideiussorem, qui partem suam soluerit, liberari traditur: non enim his uerbis necessario probatur in solutione clausulam, pro parte sua, additam esse. Vnde ego secundum aliarum legum distinctionem acceperim, liberari scilicet, quum alij soluendo sunt[i], nec enim principaliter hæc quæstio ibi tractatur. Sed nunquid ex eo quod nomine rei solutum esset, solutio totius sortis cumulo imputaretur? an quod magis est, soluentis parti tantum, & ex his consequens est (quum hodie legis nouellæ beneficio, rei debendi pro parte conueniantur)[k] legi nostræ locum non esse, nisi quum ei beneficio renuntiatum est, tunc enim in solidum tenentur: idemq; in fideiussoribus, qui beneficio epistolæ renuntiauerint. Sed quid si debitor soluens, pro rata soluere se dicat, creditor autem simpliciter receperit, an consensisse, quod ad ratam pertinet, censebitur? Et Riminaldus negat, nec hoc casu nostræ legi locum esse: non enim potest creditor qui tacuit, uideri diuisisse, sed potius tacuisse, quia sciret ius suum durare[l]: quam sententiam & nos probamus, quoniam communiter traditum est, protestationem ab altero contrahentium factam, ut ius quæsitum tollatur, ex sola taciturnitate non confirmari, sed expressum consensum requiri[m]. Intelligemus igitur in lege nostra pro persona sua persoluentem esse admissum, expresso scilicet consensu, qui ex sola pecuniæ receptione non sat deprehenditur[n], quam ille iure suo potuit accipere, utpote sibi debitam[o], satisq; fuit uel hac in re soluenti morem geri, ut particularem solutionem creditor acciperet[p]: quæ tamen opinio me, propter legis nostræ generalia uerba, ambiguum habet. Cæterum quum huiusmodi diuisio donationem quãdam contineat, sequitur ut in eo creditore, lex nostra non procedat, cui donandi facultas interdicitur. Quod in pupillis, tutoribus, curatoribus, huiusmodiq; alienæ rei administratoribus admissum[q] est, de quibus nos alibi disseremus[r]. Et hæc quidem in solutione procedunt. Sed quid in eo dicendum, qui in iudicio pro parte sua conuentus est? Et Bald. Angel. Imol. Pau. idem esse existimarunt, ut diuisio facta censeatur[s]: nec enim sat firma ratio differentiæ adduci potest, inter solutionem & hunc casum, uideturq; Pompo. responso, petitioni solutionẽ æquiparari[t]. Contra Bartol. Alexand. & alij idq; receptiore sententia[u]: non enim uerisimile est, eum qui petit, uelle diuidere, sibiq; præiudicare[x]. Vnde generaliter ego crediderim, nunquam ex petitione iudiciali censeri factam diuisionem, etiam si deinde in exequutionem iudicati pro parte solutum sit, sed semper saluum esse creditori ius solidi[y]: loquitur enim Pomponius[z] de hac solutione, quæ post rem in iudicio petitam facta sit, quod ex primoribus uerbis suis satis apparet, dum de eo loquitur, cum quo actum sit, & solutũ: prosequitur enim deinde separatim eiusdem actionis solutionisq; pro parte casum. Hanc tamen conclusionem non procedere arbitror, quum à fideiussoribus petitur, ab ijs enim ex epistola Adriani singulis petere actor debet, qui tempore litis contestatæ soluendo sint[a]: Vnde necessario per litis contestationem fit diuisio[b], & si deinde quisq; facultatibus labatur, soli creditori imputatur, propter uerba epistolæ[c]. Et hæc, quod ad priorem quæstionem pertinet sufficiant: nunc de altera uidendum est.

b ¶ ALTER PRO ALTERO. His uerbis uidetur sequens quæstio decidi: nempe id, diuisionis pactum cum soluente initum, etiam alijs absentibus prodesse, ut inter eos quoque facta diuisio censeatur

f l. quoties. ff. de solutio.

g l. 3. §. merito. ne quid in loco publ. Bart. in proœm. C.

aditus rector puin ciæ, p sua grauitate

ne alter pro altero exigat prouidebit.

VII

VIII

IX

h in d. l. quoties.

i d. l. inter. §. j.

k auth. hoc ita. j. de duob. reis.

l l. sicut. §. non uidetur. ff. qui. mod. pig. Abb. c. cumand. de elect. 3. col. ml. perfecta. j. d' don. quæ sub modo. Bar. §. morte. col. 5. ff. de op. no. nũ. n Bart. l. si cum dos. in fi. rer ũ mot.

m l. ead. de duo. rei. d. l. si unus. in princ. Bart. d. l. ex duobus. uersi. 6.

o d. l. quidam. si cer. pet.

p l. lucius. §. tutor. de usuris.

q l. possessionem pupillũ. de acquir. pos. l. nec omni. j. de admi. tuto.

r l. præses. j. ti. j.

s Socy. d. l. si ex toto. §. j.

t d. §. j.

u arg. d. l. recos.

x l. si ex duobus uersi. ut magis de pecu.

y d. l. reos.

z d. §. j.

a d. §. si plures. Inst. de fideiuss.

b l. liberum. j. de fideiusso.

c d. l. inter. §. pen.

d l. si unus. §. ante. ff. eo.

e §. alteri. Inst. de inut. stip.

f Bar. l. nõ solũ. §. liberatiõis. de lib. leg.

g l. ij. ff. eo.

h l. absenti. de donatio.

i l. si cũ aurum. de solut.

k l. si pupillus. §. sed si ego. de neg. gest.

l l. ij. j. eo.

seatur: nam hæc uerba de eo qui iam soluerit intelligi non possunt, pro eo enim, quum iam satisfecerit, non potest alter exigi, merito de alijs intelligentur qui nõdum soluerunt, & absentes fuere: & ita se habet interpretum cõsensus. Sed tamẽ Picus hic diffuse disputat in contrarium, adhæretq; regulis cõmunibus, ne pactum inter alios celebratum, ad alios trahatur[d], quum alteri paciscí quis non possit[e], etiã liberationis causa[f]: nam & (inquit) nullus contractus inter absentes fieri potest, nisi nuntio uel epistola interueniente[g]: lgitur nec hæc remissio, quæ uim donationis habet: at donatio quoque absenti facta non ualet[h], nec quod ad alios attinet, ulla probabilis est mentis coniectura, ut uoluerit creditor diuisionis beneficium illis acquiri[i]: nihil enim hoc casu cõtemplatione absentium gestum uideri potest, igitur nec ab eis ratum habebitur[k]. Finge (ait ille) creditoribus hæreditarijs ab emptore hæreditatis partem æris debiti adnumeratam fuisse, an exceptio taciti pacti quo ad reliquam summam acquiretur hæredi? Certe negant id Doctores[l]: ergo idem hoc quoq; casu dicendum. Cur enim debet creditoris bonitas esse ei captiosa? ut quod illi permisit, nempe particularem solutionem facere[m], alijs quoq; permisisse uideri debeat? præsertim quum hoc soluenti indulgeri potius soleat, quàm ijs qui adhuc non soluerunt, ut multum interesse inter te soluentem, & cæteros absentes appareat: nam & id actum esse, nunquam ex uerbis deprædi potest: quin potius fideiussoris exemplo hic quoque procedendum esset, qui pro sua parte soluẽs, se quidem liberat, sed non tamen beneficium diuisionis alijs acquirit[n]: quod si solũ diuisisse creditor existimatur, quũ omnes fideiussores quẽlibet pro rata in iudicium uocat, quum uero alios tãtũ uocat, secus est[o]. Ergo apparet ab his, qui uocati sunt, nullum taciti pacti ius alijs acquiri. Adde quod pactum rei debẽdi, alteri reo nunquam prodest, nisi quatenus paciscentis interest[p]? At id tacitum pactum inter absentes contractum uideri, nihil præsentis interest, nec lex nostra quicquam obstat, quam ille pluribus argumentis ostendit solum procedere, quum

IIDEM AVGG. Victoriano militi.

LIcet inter priuatos huiusmodi duo tantum erant debitores, & consequenter alij absentes nulli erant, quibus cum uideri possit facta diuisio. Probatur id in primis ex rescripti inscriptione, qua apparet Iulium & Aemilium solos fuisse debitores. Rursus ex dictione parte, quæ in dubio ad dimidiam refertur[q]. Item ex dictione, quenquam uestrum, quæ duorum numero contenta est[r]. Sed fortius (ut Lancelotus Decius ait) ex illis uerbis alterum pro altero non exigi, quæ proprie de duobus intelliguntur[s]. Vnde à quibusdam traditum est, si in inquisitionis libello aduersus quatuor homicidij reos facto contineatur, quod alter alteri dedit auxilium, libellum esse incertum, quum ex uerbis indicetur duos fuisse auxiliatores, nec expressum sit, quinam ij fuerint[t]. Merito igitur lex nostra de duobus tantummodo intelligenda erit. Pone igitur Iulium pro parte sua soluisse, & consequenter pro ea parte extinctam solutione obligationem, si aliam partem creditor ab ipso Iulio petat, obstabit ei pacti exceptio: si ab Aemilio, non obstabit: nec quicquam Paul. Castr. urget ratio, qui si ita lex nostra intelligeretur, nullam hic diuisionis exceptionem dari potuisse asserit, quia facillima est dissolutio, nulla enim in rescripto diuisionis est mentio, sed solum pro Aemilio Iulium exigi non debere constituitur: hoc est, alterum pro altero. Et hæc quidem subtiliter Picus, cuius sententiæ autor quoque nuper hic fuit STELLA, quem ego uirum honoris causa nomino: hisq; & ego accedo, quoties paciscentis nihil interest, diuisionem inter absentes factam esse[u].

LICET INTER PRIVATOS. La ¶ Pactum, ut superstes alterius rebus potiatur, nec in uim quidem donationis causa mortis inter priuatos sustinetur, inter milites uero ualet, & uim supremi iudicij obtinet. Sed cur inter priuatos, tanq; donatio causa mortis, non sustinetur? quũ hodie nudo pacto ualeat huiusmodi donatio[x]? An quia coram quinq; testibus celebrari ea debeat[y]? quos hoc in casu non adfuisse, Pet. & Cynus cõminiscũtur, quæ sententia nostræ legi nõ quadrat, sicut nec alia

Baldi

n l. quoties. Bar. l. ex duobus. de duob.

o d. l. liberum. j. de fideius.

p l. ead. de duo. rei. d. l. si unus. in princ. Bart. d. l. ex duobus. uersi. 6.

q l. nomẽ. §. portionis. de uerb. sign.

r l. ubi. de testib.

s l. ancillæ. j. j. de furt.

t Ang. in tract. mal. & uers. de eo maleficio. super nu. 5.

u Bar. d. l. ex duobus. 6. quæst.

x gl. l. cũ pater. §. Meuio. de leg. ij.

y l. fi. de don. causa mor.

Baldi Fulgosijq; interpretatio, iure ueteri non ualuisse huiusmodi donationem existimantium, nisi stipulatione, uel rei traditione uallata[z] sit: eodē enim argumēto utraq; sententia cōfutatur, quoniā lex, etiam si solennia interuenerint, nō ualere[a] ostēdit, q; scilicet uerba nō conueniant, speciemq; illam contractus præ se non ferant, ut merito huiusmodi diuinationes admittendæ non sint. An ergo uerior Accursij est, si recte declaretur sententia: siquidem donatio hæc quū cæterorum cōtractuum forma inducatur, præsentem inter cōtrahentes obligationem inducit[b], quæ post mortem deinde executionē habeat[c]; pactum autem de quo agitur, non præsentem obligationem, sed obuentionē bonorum post mortem respiciebat[d], unde nullo modo donationi conuenire poterat, merito non ualet, nec hæreditas ex eo dari potest[e], quod à nobis supra declaratum diffusius est[f]: qua ratione nodus ille dissoluitur, in quo ueteres interpretes multum se torserunt[g]: Cur filiusfamilias, patre cōsentiēte, causa mortis donare possit: testari, uel codicillos facere non possit[h]? quum enim donatio forma contractus inducatur, præsentemq; obligationem respiciat, potest ei patris cōsensus accedere: & institutioni uel legato frustra accederet, quæ in præsenti nullam obligationem, sed solam post mortem bonorū obuentionem inducūt. Vnde quū obuentionis dispositio nō ualeat, quia id ius filijsfamilias concessum non est[i], nec cōsensus quidem, tanq; eius accessio, ullius est effectus[k]: at donatio, propter præsentē obligationis speciem, nō omnino nulla est, merito consensus eam reddit efficacem[l].

b ¶ HVIVSMODI SCRIPTVM. Adnotat hinc Bal. & cæteri, licere duobus eadem charta testamentum condere, in quo alter alterum mutua affectione instituat[n]: qualia testamenta inter cōiuges, etiamnum in usu sunt, extatq; i Codice Theodosiano nouella Valentiniani constitutio[o], qua declaratur, captatoriam hanc uoluntatem nō censeri, quum duorum similis sit affectus[p]. Sed quid si alterum pœniteat, isq; reuocet institutionem, an altera censebitur reuocata? Et nō uidetur: quum uerisimile sit, propter affectionem eam institutionem factā esse, non propter præmium mutuæ nuncupationis[q]: nec probabiliter quisquam alle-

scriptum[b], quo cōprehenditur, ut is qui superuixit, alterius rebus potiatur, nec donatiōis[c] quidem mortis causa garet, non existimasse alterum, fore ut alter pœnitentia duceretur[r]: quum huiusmodi uoluntates ambulatoriæ sint[s], debeatq; unusquisq; id præuidere. Non procedit tamen id quū nō de institutione quæritur[t], sed de pacto: ut si duo conuenerunt, quod alter alterum instituere, & ideo iā ex unius parte fuerit adimpletum, nam si alter non instituerit, uidetur altera institutio extinguī: hæc enim est manifesta captio, & nec à principio quidē mutua affectio adfuit[u], deficitq; instituentis uoluntas, quæ sola attenditur, licet aliud in contractibus sit[x]. Nec obstat, quòd ad illam pactionem attendendū non uideatur, quæ nulla est[y]: quia quū sequuta sit ex unius parte exequutio, constat eam, tametsi nullam, neglectam non fuisse, sed ex testatoris mente pro efficace habitam[a]. Non procedit rursus in casu nostro, quando duo milites pacti sunt ut alteruter superstes alteri succederet, nam si ex unius parte reuocetur pactio, ex alterius quoq; reuocata censebitur[b], ut Petrucius & Dec. senior existimarunt. Cuius sententiæ sunt qui hanc adducant rationem: mixtus enim hic est casus, ex institutione & pacto, solūq; speciali fauore militū sustinetur: Cuius fauoris non æqualis subest causa, quum alter sententiam mutauit, quippe alter dolo deciperetur[c].

c ¶ DONATIONIS. Si ergo constaret de uoluntate, & uerba hanc contractus speciem ostenderent, posset hæreditas per donationem causa mortis dari: nec enim tali pacto captatur mors, quum donantis cōsensus adsit[m]: nec libera testamenti factio impeditur, quum reuocari ad libitum possit[n]: nec quicquam obstat, quòd in hæreditate sint etiam onera, nedum commoda, ut Accurs. sensit[o]: quia id non repugnat donationi huic, quæ efficaciter cōtrahitur, etiam si ex uicissitudine aliquid oneris contineat[p]. Sed tamen à communi sententia discedendum non est, quoniam hæreditas obuentione bonorum datur, non obligatione, ut supra declarauī: & ideo huiusmodi hæreditatis donatione non fieri hæredem donatarium credendum est, sed alium scriptum uel legitimum: donatarium uero loco fideicommissarij esse[q], & sicut uniuersitas bonorum dari codicillis potest[r], sicut & legari[s], ita etiam donari causa mortis

poterit

z l.inter.j.de donat.caus. mor.

a arg.l.qui testamēto.de testa. c.j.de etate & qual.in 6.

b glo.l.2.in prī. d' dot.præleg.

c Inst.de donat. in prin.

d Bar. cōsi.312.

e l. hæreditas.j. de pact. cōuen.

f l.pactum.quod dotali.j.eo.

g Doct.l.seniū. j.qui test.fac.

h l.tam is.§.j. de do.cā mor.

i l.3.l.lege.ff.de testa.

k glo.l.si patronus.§.patronum.uer.sl.auia na.de his qui in fraud.pat.l.2. j.si aduer.don.

l gl.l.j.de donat. caus.mor.

n sicit l.eo qd'. j.si cer.pet.

o l.j.de testa.in nouel.

p l. captatorias. ubi Raph. Comen. de hæred. inst.

q l.ille aūt.ff. de hæred.inst.

r arg.l. cū donationis.j.tit.j.

s l.4.de adimē. leg.

t Oldr.cōs.164.

u Ang.& Doct. d.l.ille autem. x d.l.cum donationis.

y l.ex eo.j.de inutil.stipul.

z l.hæred.in fi. ff.ad Treb.

a l.fi.de rebus eo.

b arg.l.alteri. de adimē.lega.

c arg.l.eius militis.§.si miles. de testa.mil.

m l.fin.j.eo.

n Inst.de donat. §.j.

o arg.l.si hæreditatē.ff.mādati. p l.ab eo.j.de deiuis.l.cum lex. §.fi. fi. bo.de don.inter uir.uersi.mam & circa.

q l.mules ad sororem.in prin. de leg.ij.

r l.sceuola.ad Treb. l.mulier.§.fi. eo.tit.

t Bar.l.fi.j.eo. u l.si mortis.j. ad l.falci.

x glo.l.filiæ.j. fam.hercis.

y Iaſ.l.eam quā. uer.octauus casus.j.de fidei.

z auth.sed cū testator.j.ad l. falcid.

a §.si uero expressim. iuncto §.fin. in auth. de hæred. & falcid.

b cōsi.12.

c Bal.474.cōs. in 2.

d l.quod per manus.ff. de iure codicil.

f l. Marcellus. ff.ad Treb.

g d.§.si uero expressim.

b Iac. de belui. ibi. Iaſ.d.l.eā quā.uersi.4.casus.in fi.

i l.quia poterat. ff.ad Treb.

k Iaſ.d.l. Marcellus.

poterit[t]: deducet igitur hæres sibi quadrantem, ex senatusconsulto Treb. debitū, perinde ac ex fideicommisso deduceret[u]: & si donatarius res ipsas possideat (potest enim, etiam aditione hæreditatis non expectata, quia donatio huiusmodi, aditione ex testamento ut confirmetur, nō indiget)[x] poterit hæres eatenus interdicto experiri, quatenus quadrantem suum saluum habeat[y]. Sed nunquid hodie testator possit in Codicillis uel in donatiōe causa mortis hanc deductionem ex S.C. Trebelliano prohibere[z]? Et crederet aliquis posse, quoniam nouella lex id fieri in quacūq; ultima uoluntate permittit[a], quod & fere sensisse Aretinus uidetur[b]: sed tamen pro diuersa sententia apud Baldum responsum extat, quoniam hoc modo omnis testamenti utilitas eneruaretur[c], & principale per accessorium inutile redderetur. Nec me mouent uerba constitutionis, quia de falcidia, nō de S.C. Trebelliano loquuntur: & quāuis hi casus regulariter in iure æquiparentur[f], tamen hoc non procedit, quum diuersa ratio aliud suadet, quod in casu nostro est. Concessit lex prohiberi deductionē ex falcidia à testatore posse, quia si hæres adire nollet non tamen legata deperirent, quū ius adeūdi substitutis & cohæredibus & cæteris suo ordine deferatur[g]. At aliud est in deductione, quæ ex Trebelliano fit, qa de ea lex non loquitur, & hærede detrectante aditionem, fideicōmissum uniuersale nō sustinetur: qd' ueteres tradiderunt[b], quum aliter fideicōmissario possit esse cōsultum, nempe ut hæredem ad adeūdum cogat[i]. Nec rursus me mouet, q; crebrior sit sententia existimātiū, sicut Falcidiæ detractionē à testatore prohiberi, ita & Trebellianicæ partis posse[k]: quia ut uerum id fatear, hoc non ex uerbis nouellæ cōstitutionis est, quæ in falcidia loquitur, sed ex regula iuris antiqui, utranq; deductionē æquiparātis, inductum est. At quantū sit codicillaris prohibitionis respectu, magna inter utrāq; ratio differētiæ est, ne testamentorum uires subuertantur, omnisq; hæreditas aduersus antiqui iuris regulas, codicillis uel donatiōe causa mortis dari possit[l]: merito igitur hoc casu æquiparationi ex antiqua regula locus nō erit[m].

d ¶ PROPONASq;. Narratio hæc facti est, ex qua rescripti nostri ratio non fundatur[d], sed ex rōne: quia uolūtas militū quoquo modo declarata, uim testamēti habet. Vnde inferē, etiā si ad ipsum prælij discrimē tunc nō pergerent, ualuisse nihilominus pactum, ut Alex. Iasonq; existimarūt: quia ut militi huiusmodi priuilegia cōpetant, satis est in expeditione, id est exercitu degere[e], siue in limitibus, siue in hybernis sint[g]: alioqui in ipso procinctu, etiā priuatis in hostico testātibus, cōpeteret id priuilegiū, ex eorumq; tabulis bonorū possessionem se daturū Prætor pollicetur[f]. Eadē ratione etiā infertur, si ambo milites nō fuissent, sed alter tātum qui perierit, adhuc legi nostræ locū esse, ut priuatus ex pacto succedere possit, qd' Lancelotus Dec. hic cēsuit: priuilegiū enim eo modo testādi militibus cōcessum est, siue cōmilitonē, siue paganū instituāt, attēditurq; ipsius testatoris fauor, nō eius q hæres institutus est. Quapropter eorū sententiā nō pbo, qui id pactionis uicissitudini tribuūt[h], nā hāc rationē hic nō attēdi, uerba rescripti ostendūt. Cæterū & hinc apparet, ualere hāc uoluntatē in uim testamenti, quia pro testamēto militis sufficit, si quoquo modo cōstet, ad quē supremū iudicū direxerit: & hoc receptius uidetur, licet aliqui supremā esse uolūtatē in genere existiment, quæ speciali militis fauore p testamento sit, quæ snīa specie uerborū à priore dissidet, re ipsa cum ea consentit.

e ¶ PACTOS ESSE. Quid si cōmilito erga aliū in ipso p; cinctu ita dixisset, in germani modū uiui & mortui, & alter cōsensisset: Et quū hæc species ex facto incidisset, plerisq; uidebat, his uerbis contractā quæstus militaris manubiarumq; societatē, & altero moriēte, alterum uideri eo ordine ad successionē uocatū, quo frater fratri succedit[i]. Alij uniuersorū bonorū societatē, hæreditatisq;, nisi aliā nō turpē personā instituisset, ius collatū censebāt[k]: idq; Angeli auto

P ritate

l d.l.si mortis. ubi Bal. & §. j.Inst. de codi.

m gl.cle.2.uerb. eisdē.de ætate & quali.

d glo.in l.j.j.qñ nō pet. partes.

e l.milites.j. de testa.mili.

g §.j.Inst. de testamē.milit.

f l.j.ff.de bon. posses.ex testa. milit.

h arg.l.qd' aūt. §.si uir.de donat.int.uir.

i argu. not. per Socy.l.q duos. 2.not.de reb. dub. et Lancil. in Repet.l. centurio.in fi.de uulgar.

k l.fratres.de in off. test.l. qdā cū filiū.de uer. oblig.

ritate[l]. Sed nobis diuersa sentẽtia placuit, ga Ang. in alia specie loquitur, & quia hoc in casu ex tẽporis reiçq; qualitate nõ nisi de imminente quæstu actũ uideꝛ, qui siue utroq; superstite, siue altero, cõmunicãdus esset[m], f ¶ FAVORE, Sed nunqd fauore piæ causæ, quę simili pacto instituta sit, sustinebitur testamẽtum? Et non putarim iure nostro sustineri, nõ em̃ fauore eius causæ remittuntur solennia[n], nec priuilegiũ militis hic ad rem facit, quum nec militi quidẽ à pagano hoc modo relinqui hæreditas posset: id em̃ cõceditur ipsius testatoris causa, ꝓpter armatæ militiæ simplicitatẽ[o], & in republica tuenda occupationes[p]: unde ad eius fauorẽ cui relinquitur trahẽdũ nõ est[q]. Nec rursus me mouet, ꝙ inter filios, patre aliter nõ disponente, tale pactũ seruaretur[r]: quia rñdet Alex. sequũturq; cæteri, fauorabiliorẽ esse filiorũ, saltẽ quod ad legitimã partẽ attinet, causam. Ego etiã supra legitimã, cũ Decio, hoc casu idẽ arbitror[s]: qa scilicet filij oĩno intestato patri succedere erant[t], unde causa pactiõis facilius sustinetur, quũ ecclesia nõ nisi instituta admittatur, & quidẽ solẽniter, ut est cõmunis iuris ciuilis interpretũ sententia[u]. Quid uero in Pontificũ canonibus sit alibi attingitur[x], illis em̃ maior est animæ cura, at leges nostræ magis ad politicẽ, & ne cuiq; fraus fiat, spectãt[y]: quæ facile, si solẽnia omittãtur, præsumitur interceſſisse.

nem uitæ attulisset pertinerent: existente conditione, intelligitur ex fratris tui iudicio, quod principalium cõstitutionum prompto fauore[f] firmatur, etiã rerum eius compẽdium ad te delatum esse.

IIDEM AVGG. Maximo.

TRaditionibus, & usucapionibus dominia rerũ, non nudis pactis transferuntur.

TRADITIONIBVS. Quũ dominia iure gẽtiũ inuẽta fuerint[a], secundũ formã ea in re traditã, regulariter accipi debere æquũ fuit: ea erat, ut rei ipsius appræhensione quæreretur[b]: hic em̃ uetustissimus naturalisq; adipiscẽdi, sedesq; cõstituendi est modus. Vnde & res mãcipi dictæ, quæ manu caperẽtur: & mãcipio dare, est dñiũ trãsferre, euictiõisue nomie obligari. Ea aũt traditio per apprẽnsionẽ naturaliter fit, sed ex lege ciuili aliqui modi reperti sunt ex ꝙbus traditionẽ factã interpretamur, ut quũ qui possidet, se alieno noĩe possidere cõstituit[d], uel quũ possessionem domus apprændit, id uolẽte possessore, agens ut etiã singulas res in ea cõtẽtas possidere ĩcipiat[e]: incipiet em̃ nõ quidem singulariter[f], sed σωμμιτως & in cõcreto possidere[g], quod & ex rei solo aspectu cõtingit, ut quia te in rẽ præsentẽ ducã ꝙ idq; agã, ut rerũ oculis subiectarũ possessionem in te trãsferam, uideor em̃ tradidisse[h], quũ in rebus uacãtibus secus sit, in his em̃ uisus nõ sufficit, sed apprẽnsio necessaria est[i], quia scilicet tunc aliqs non adest possessor, qui id agat ut res transferatur: uolẽte em̃ possessore, facilius lex, etiã citra apprẽsionẽ, rem traditã interpretatur: ut si claues sint emptori datæ[k], nã ꝙuis res in cõspectu nõ sit, dum tamẽ in ꝓximo cẽsetur facta traditio[l]. Quapropter & tẽplorũ clauibus sacerdotalis, sacerdotij quasi possessionẽ trãslatam uideri receptũ est[m]. Sed & si qui mãcipio dedit nãq; instrumẽta autoritatis, id est tituli unde ipse acqsiuit, donatario tradat, dominiũ trãstituisse cẽsebitur[n]: unde & nominis instrumẽto animo donãdi tibi tradito, nomẽ ipm transtulisse uideor[o]: Sed & custodis appositione, etiã si res in conspectu nõ sit, uolente possessore facta traditio uidetur[p]. Idemq; ꝙ signationẽ, ut quũ trabes cõsentiẽte uẽdito re emptor signasset[q]: qd' si res uẽdita facile sumitti possit, uideri potius signatã credit, ne ex suppositione emptor falli possit, ꝙ ut traditio fieret[r]. In eo quoq;, qui ꝓpriã rem alienat, reseruato sibi usufructu, cõstitutum est, huiusmodi ex reseruatione tradidisse uideri[s], licet secus sit in eo, qui ꝓprietatẽ retinet, usumfructũ alienat, nõ cẽsetur is tradidisse, nisi accedente patiẽtia uel cautione[t].

Fingit & qnq; lex traditionẽ possessiõis ex aliqua causa, ueluti in odiũ eius, qui diaconissam rapuerit[u], uel quũ res ꝓpter inundationẽ, aut latronũ potentiã de facto possideri nõ potest, ab eo cui ius possidendi decreto prætoris concessum erat[x]: quod & in Municipij lege respõsum est, qua supplices sessitare in rebus defunctoꝝ fingũtur, id est cõtinuari possessio in hæredem[y]. Sed quid in cõtractu principis, an ex eo transferatur possessio absq; traditione? Et uideret, quia uim legis habet[z]. Contra tamen plurimorum autoritate receptum est, quia non est ueriſimile, à iurisgentium cõmunisq; regulis uoluisse principem recedere, & fictionẽ hanc inducere[a]: si tamen de mente eius apparet

a Ang. hic. Imol. d. l. ille autem.
m l. plenũ. §. equi. de usu & habit.
n l. gñali. uersi. quod tũ. 3. de sacrosan. eccle.
o l. fin. in princ. j. de iure delib.
p l. j. ff. de testa. milit.
q Rom. auth. si mulier. 7. speciali. j. ad l. falcid.
r l. fi. j. fam. her. Alex. l. pactum qd' dotali. 3. e. 17. quæst. 4. c. fi. gl. in l. si qs ad declinãdã. 3. de episc. et cle.
s l. hac cõsultißi ma. §. ex impse cto. j. de testa.
t l. j. 3. de sacro sanct. eccles.
u l. j. ff. de legib.
x c. cũ essẽs. c. relatũ. de testa.
y l. iubemus. j. de testamen.
a l. ex hoc iure. de iust. & iur.
b l. j. in princ. de acquir. possess.
d l. quod meo. de acquir. poss.
e l. si ego. uersic. quod enim. ff. de iure dot.
f l. qui uniuersas. in prin. de acquir. possess.
g l. rerum. ff. de rei ra. ff. de rei
h l. j. §. si in rim. de acq. possess.
i l. j. in pri tit. ubi gl. uerb. pri.
k l. j. d. §. si serim.
l l. cl. subiun. trab. empt.
m But. c. §. poss. col. ber. de R. d. §. si in l. j. j. de Bar. l. Labeff. eo. p l. quar. de acqui. q l. qd' si res pericu. et rei uend.
r l. j. §. si eo. tit.
s l. quisq; dona.
t l. 3. §. dare usuf. l. quæ de seruitu. l. 2. j. de acq. possess.
u l. rapt. §. sin autem. l. episc. & cler.
x l. quãuis. nis auto. ut. pos. c. cont. git. de dol. Iaſ. l. si so j. de iur. l. pen. j. de int. ut. & l. 3. ubi Bar. fin. cũ te §. fi. de rer. for. fide.

b Bald. c. ad audiẽtiã. de præscript.
c c. si tibi. de præb. 6.
d c. 2. de cõsuet.
e c. ex ore. de his quæ fiũt à maior. part. c. per tuas. de donat.
f Alex. l. 3. in pri ci. de acq. poss. Bal. expreß. in Rubr. j. de cõ emp. 17. quæst.
g arg. l. si ex stipulatiõe. eo. ti. uersi. sine uoluntate.
h Inst. de usuca. in princ. gl. l. l. j. ff. de acqui. rerum dom.
i Bart. l. si qs ui. §. differẽtia. de acquir. poss.
k l. si finita. §. Iulianus. de dã no infe. auth. ni si. j. d' bo. mat.
l l. j. §. j. ff. si ager uect.
m l. cũ qui. ff. de usucap.
n 4. 3. de usucap.
o c. clerici. in fi. 16. quæst.
p l. si ꝓcurator. de acq. rer. do.
q l. fi. j. de edict. di. Adr. tollen. c. ad aures. de præscript.
r l. j. ff. de usuca. Din. Saly. Docto. hic.
s l. sequitur. de usucap. §. furti ue. Inst. eod.
t l. alienationis. de uerb. sig.
u l. si rem mobilẽ. de acq. poss.

pareret, secus esset[b]. Nã in priuilegijs quæ princeps concedit, traditũ est titulũ statim transferri[c]. Sed nũquid ex signo, quo quis in nouæ acquisitionis monumẽtũ ornatur (inuestituram uocãt) censeatur facta traditio, ut per annuli in digito immissionem, uel ensis traditionem, uel petasi impositionem? Et receptũ est iure nostro nõ uideri[d], quia id symbolũ personalis potius iuris sit, ꝙ traditionis[e]: existimabitẽ tamen eo actu facultas cõcessa rẽ ꝓpria autoritate apprændẽdi, ut Alex. cẽsuit[f], satis em̃ ex eo de uolũtate cõcedentis apparet[g]. b ¶ VSVCAPIONIBVS. Quũ ergo dominiũ usucapione acquiri hic dicatur, generaliter & ꝓprie accipiẽdo uidetur dirẽtũ acquiri, qualibet in usucapionis specie, siue triẽnalis, siue decẽnij, siue longioris tẽporis sit, nam his modis lex simpliciter dicit acquiri dominium[h]: Vnde alter modus altero distinguẽdus nõ uideꝛ. Sed & diffinitio dominij æqualiter eis speciebus conuenit, ut appareat idẽ semper esse: Est em̃ dominiũ, ius de re corporali perfecte (qd' salua legũ, phibitione fiat) disponẽdi[i]. Adde qd' in iure nostro is, qui quoquo tẽpore usucepit, simpliciter dñs appellatur[k], ergo proprie & directò est dñs[l]. Vnde & lex ex usucapione triẽnij ad decẽnalẽ nõ mutari dominium inquit[m]: quã sentẽtiã & diffinitio cõprobat. Nil em̃ aliud est usucapio, ꝙ dominij acqsitio per cõtinuationẽ &c. Amplius in iure pontificũ dicitur, usucapione, ꝓprietatẽ ipsam acquiri[o]. Quę uerba ad ius utile referri nequeũt, quod pluribus laſ. hic ostenditᵖ: merito igiť non semel iure traditũ est, eum qui præscriptiõe tutus est, plenissimã habere securitatẽ & cuiuslibet intẽtionem excludere[q]: & hæc quidẽ omniũ cõsensu in rerum mobiliũ usucapione, quæ triennio absoluitur, uera sunt: qd' aliq inductũ existimãt, ga cæteris usucapiõibus fauorabilior sit[r]. Ego etiã alia ratiõe idẽ sentirem, si em̃ res mobiles aduersus dñi uoluntatẽ cõtractatæ sint, uitio afficiunť, & ex lege Atinia usucapio nõ ꝓcedit[s]: si ex uoluntate dñi, iustissime is dñio priuatur, q sciens rẽ usucapi ꝓmittit, & ideo alienare uideť[t]. Quæ fictio facilius in rebus mobilibus assumenda est, quarũ nõ ita grauẽ iacturã facilioremq; neglectũ lex interpretať. In usucapione uero rerũ immobiliũ, quæ ex bona fide, ꝓcedit, & longo tẽpore absoluiť, dissẽtiũt pleriq;, utilecq; dñium acquiri solũ tradũ, qm̃ hoc casu utilem in rem actionẽ, ei qui usuceperit, cõpetere pleriscq; rñsis scriptũ est[x]: & qa quoties lex citra dñi uolũtatem dominiũ transfert, nõ directũ, sed utile transferri existimatur[x]. Sed certe hac in quæstiõe uidẽtur nobis Doct. uerbis dissentire, re ipsa conuenire[z]. Clarũ enim est id dñium ex dñi uero & naturali cõsensu nõ acquiri, sed ex facto legis, & ideo in diffinitione usucapionis non simpliciter acqsitio dñij, sed adiectio appelatur, quæ uox eã acqsitionẽ significat, quæ sola legis autoritate defenditur[a], ut in libello de quinq; pedũ præscript. latius ostendi. Cõcludẽdũ igiť, apud eũ qui usucepit, uerũ dominiũ esse, quia in his quæ iuris sunt, autoritas legis ꝓ ueritate est[b], & ideo diffinuit Bar. possessionẽ ciuilem, ciuiles effectus parere, respectu ueri dominij[c], usucapionẽ uidelicet indicãs. Sed ga dominiũ ex cõsensu, actuq; naturali trãslatũ nõ est, nec oĩno à priore dño respectu extranei possessoris absceſſit, lex utilẽ actionẽ ex eo dari dixit[d]: Vnde cõsequens est, ut si apud extraneum absq; facto meo is fundus sit, quẽ ego usucæperim, & prior dñs eũ uendicauerit, non sit audiẽdus is possessor, de iure meo necq; excipiẽs[e]: nec em̃ prior dñs actiõe prorsus caret, nec qsq; auditur, qui de alterius iure sic excipiat[f]: nec uidetur absurdũ, ciusdẽ rei dñium, naturali ratione in uno esse, autoritate uero legis in alio[g]: sicut etiã uidemus, huiusmodi legis autoritate inductũ dñium, cũ hypothecæ iure in eiusdem persona adueꝛsus cõmunes regulas qñq; iungi[h], & ualere eius rei emptionẽ, quã tali dño qs iam acquisiuit[i]. Quod tñ diximus, posse priorẽ dñm aduersus extraneũ audiri, locũ nõ habet, qñ ipse non per simplicem usucapionẽ rem adeptus esset, sed quia ꝓ derelicto habita à domino existimaretur, ut qa factis, ꝓclamationibus, uel, ꝓpositis edictis, nemo se dñm allegasset[k], uel fundi censualis possessor eum desertũ reliquisset, & biẽnio nouũ cultorẽ nõ inquietasset. Idẽ si aduersus sciẽtem qs usucepisset: tũc em̃ nõ minus directum dominiũ is omnino amittit, ꝙ in rebus mobilibus: eadem̃q; prorsus est ratio[m]. Idẽ si quis supra omniũ hominũ memoriã uetustate possessionis adiuuaretur[n]. Idem si lege municipij cautũ sit, ut usucapione dominia acquirantur, intelligetur de directo, ut alicuius effectus ultra ius comune sit[o]. Sed quid in XXX. uel XL. annorũ præscriptione, quũ quis mala fide possedit? Et apud omnes constat nullum dominium tali casu transferri, sed solam exceptionẽ com-

x l. j. in fi. de aq. plu. arcen. l. si duo. §. Iulianus. ff. de iurisdic. iur. 16. quæst. 3. c. placuit. §. præscriptionũ.
y gl. auth. donationẽ. j. de iure dot. & l. fi. uersi. in re. 3. de sacrosanct. eccle. Moder. l. j. §. sublata. ad tre.
a l. fi. de distract. pign. rubr. j. ne pro dot. mul. & j. de fid. ist. li. x. & Inst. de eo cui lib. cau.
b Bar. l. si maritus. §. legis Iuliæ. de adult.
c Bar. l. j. de acquir. poss.
d Bart. l. fi. ff. rẽrat. habe. & in l. j. §. cũ prædiũ. ff. de pign.
e Dyn. Regula possessor. Are. l. cum seruũ. j. de ser. fug.
f Bar. l. 2. de except. rei iud.
g l. j. j. cõmu. de leg.
h l. idemq; ubi Bar. qui pot. in pig. l. in bello. §. si quis seruũ ff. de cap. Dec.
i l. neq; pignus de reg. iur.
k l. cum res. ubi Bar. 2. lec. j. de probat.
l l. q agros. l. Ioco rũ. j. de om. agro des. li. xj.
m d. l. alienationis. Bal. d. authen. nisi.
n l. hoc iure. §. ductus. d' aq. q.
o Bar. l. 2. d' usuc.

petere[p], iure autem pontificum nec exceptio quidem conceditur, idq; propter eius delictum, qui malæ est fidei[q].

c ¶ NVDIS PACTIS. Scilicet à traditione, uel usucapione: nec tamẽ satis est quãlibet traditionẽ factã eẽ, sed oportet ex causa, quæ translatiõi dominij sufficiat interuenisse[r]: siue uera sit, siue contrahentium credulitate pro uera existimetur[s]. Nec dicat quisq; superflue id requ, quũ si nulla causa adsit, præsumatur donatio[t]: quia id solum eo casu procedit quo res cõsultò data est[u], in dubio aũt receptius est, ut tali casu error præsumatur[x]: nam etsi ex una causa ego rẽ tibi tradã, tu ex alia recipias, dominiũ nõ transfertur[y]. Idem si nũmos meos ego tibi tradã quasi tuos[z]: Idem si liquidò constet me hoc animo tradere, ne ullum tibi dominiũ quæratur[a]: Idem si tu, cui pecunia à me numerat, malæ sis fidei[b]. Cæterũ in cõtractu uenditiõis illud quoq; traditum est, non transferri dominium, nisi precium solutũ sit, uel eius nomine habita fides[c]: quod plerisq; generaliter in omnibus cõtractibus accipiũt[d]. Vnde si rem pignoratam tibi restituam, nõ recepto precio, nec eius fide tibi habita, durat adhuc pignus[e]. Idemq; in contractibus innominatis receptius est, quũ uerisimile sit, eũ qui fidẽ alterius sequi negat, rei dominiũ nolle interim à se abdicare[f]. In dubio tamen qui simpliciter tradit, credere, fidẽq; habere uidetur[g], & ideo condictione ob causam res data reuocatur, non rei uendicatione[h].

d ¶ TRANSFERVNTVR. Dominium ergo nõ nisi per traditionẽ transfertur: quod intelligendũ, etiã si contrahentes agant statim trãsferri, frustra em id agerẽt[i], quia nõ nisi per actũ naturalẽ transferri potest, uel qui eius uice à lege inductus sit[k], ut recentiores hic tradiderũt. Vnde & si in instrumento dicatur, Titius uendidit & tradidit talem fundum, nisi in præsentia is fundus esset, nulla traditio facta censebitur, sed solum emptori cõcessa uenia possessionem apprændendi[l]. Valeret tamẽ eius cõfessio, qui rem suam confiteretur alterius esse[m], nõ quia dominium transtulisse uideretur, sed quia confessio probationis est species, cui interim standum est, donec contrarium probetur[n]. Si ergo quis hæreditatẽ uendat, licet id ius uniuersale sit, ante traditionem non censebitur dominiũ transtulisse[o]. Idem in eo qui dotem filiæ assignet[p]: quod tamẽ non procedit in fundo dotali, cuius dominium soluto matrimonio ipso iure in mulierem reuertitur, nec alia rescriptione indiget[q]. Sed & quoties titulus uniuersalis personæ accedit, absq; alia traditione dominium rerũ transfertur[r], quia quũ res personæ accedant, qui ius in personam acquisiuit, in rebus quoq; acquisiuisse censendus est[s]. Sed quid in sententia iudicis, an ex ea tantum transferatur dominium? Et non putant, adhuc enim regulæ standum est: quod tamen aliqui nõ procedere existimant, quũ sententia in iudicijs duplicibus lata est. Quoniam lex ait, quod in his alicui adiudicatũ est, statim eius fieri[t]: quæ uerba absq; manifesta cauillatione aliter accipi non possunt, sicut & illa Vlpiani[u] in iudicijs hisce, quibus de re communi inter socios contenditur, re alteri adiudicata, dominium amplius non esse commune: quo in loco, qui traditionem factam aiunt, uel de uniuersali societate intelligunt euidenter, uel diuinant, uel legem coarctant: nam & dubium non est, si quis simpliciter rem detineat, in eum ex sola cõuẽtione dominium transferri posse, nec regulæ nostrę locum esse[x]: summouetur enim hoc casu ratio legis, quia detentio illa, propter accedẽtem possidendi animum, absq; alia appræn-sione uim possessionis nãciscitur[y]: quod & in his duplicibus iudicijs dicẽdum est, nãq; plures in uno fundo non diuisione corporum, sed iuris intellectu dominiũ habent[z], omnesq; æqualiter detinẽt: sententia autẽ iudicis uel etiã cõtractus partis ab hoc iuris figmẽto absq; alio naturali actu aliquẽ excludere possunt, & in detinẽtẽ omẽ ius trãsferre[a]: & ideo aduersus Angeli sententiam existimarim[b], si socius à socio fundũ emat, quẽ indiuisim ambo possidebãt, si hoc actũ est ut trãsferatur possessio, alia appræn-sione opus non esse, animumq; solũ sufficere[c]: arguiturq; ex subsequuta patiẽtia animus præcessisse[d]: & hoc est quod lex ait, possessionẽ cõsensu sequi[e]. Sed tamẽ aliud Alex. uisum est[f], cuius sententiam obseruandam existimarim, quum actum nõ est ut ex solo cõtractu possessio transferatur, quod in dubio existimandum: differt enim cõtractus à traditione possessiõis, nisi uerbis instrumẽti aliud appareat. Cæterũ & tunc regulæ standum est, quum de contractus resolutione agitur: sicut em dominiũ in aliquẽ non nisi traditiõe trãsferẽ, ita resoluto cõtractu, nõ nisi retro facta traditiõe restituitur[g]: quod tñ perpetuũ nõ est, & in primis nõ procedere in pacto legis cõmissoriæ, uel adiectionis in diem Doct. censuerunt: si tñ in ipso contractu & re integra uerbisq; directe resoluatis conceptum fuerit[h]. Cuius rei rationẽ satis friuolã cõminiscũtur, nẽpe specialiter id inductũ, propter eorũ contractuũ frequẽtiam[i]. Ego nec rationem hanc probo, quæ nulla lege defenditur, quum & frequentius sit luendi pactũ, nec solam hanc uerborũ formulã obseruãdam arbitror[k], an dictũ sit, ut res esset inempta, uel potius ut res redderet. Quoniã mens cõtrahentiũ magis est spectanda[l], Iurisc. sultiq; ueteres, hac in re nõ uidẽtur magnã rationẽ cõstituisse[m]. Igitur in pacto legis cõmissoriæ distinguẽdum arbitror, an preciũ aliquod datum fuerit, & standũ erit regulæ, ut ipso iure nõ reuertat dominiũ, sed actiõe ex cõtractu exeruendũ sit[n]: aut nullũ adhuc precium interuenit, & putarim statim reuerti, & rei uendicationẽ uenditori cõpetere[o], etiam si arra data fuerit, quæ amittiõis periculo sub iaceat[p]: distinctionisq; nostræ rationẽ hanc esse, quòd ubi precium interuenit, cõtractus omnino perfectus est, unde & interim emptor fructus utcũq; lucrat[q]: ubi uero nullũ adhuc numeratũ est precium, propter huiusmodi pactũ, ostẽditur nõ omnino fidẽ emptoribus habitã, remq; absolutã fuisse, quod & Guilie. & Bal. Salicetus q; senserũt[r]. Idẽq; in pacto adiectiõis in diem dicẽdũ, ut ideo transferatur retro ipso iure dominium[s], quia nõ omnino, nec perfecte in primũ emptorem trãslatũ fuit[t]. Idq; siue quia cõtractus cõditionalis, siue quia purus, sub cõditione tñ resoluendus[u]: apparet em absolute non tradi, & ideo uerã proprietatẽ omni modo nõ abdicari, sed adiectionẽ potius dominij fieri[x], quę facilius ad originẽ, primitiuamq; causam reuertitur. Vnde & Rubrica ipsa de adiectiõe in diem recte inscribitur, qua ratione factum quoq; est, ut si creditor pignus uendat, pacisc atur q; cũ emptore, ut si debitor pecuniã offerret, ad eum res sua reuerteretur, sequuta oblatione, dominiũ statim in debitorẽ transferatur[y]. Quum enim id dominium nõ uoluntate domini, sed facto creditoris autoritate legis translatũ sit, adiectionẽ potius esse apparet[z], & ideo priore domino adhuc aliquam radicẽ esse, quæ reuiuiscere sub moto legis impedimẽto possit[a]. Quod si consensu domini ius ipsum trãslatum esset, tunc nõ nisi retro facta traditione restitueretur. Hinc est, quod si tibi fundum uẽdidero cum pacto luendi, tuq; alteri alienaueris, sola mihi aduersus te actio in id quod interest cõpetet, ut sæpius responsum est[b], emptorq; ipse nullis actionibus à me cõueniretur[c], nisi fortè in subsidiũ[d], aut nisi sciẽs & doli cõscius emisset[e], quod ex cõiecturis facile discernetur[f]: quum uerisimile nõ sit quemq; emptum fundũ, nisi perspecta autoritate & instrumẽto tituli[g], ex quo potuit pactionis quoque meæ admoneri: quæ sententia æquissima est, ut reuocatoria saltẽ actio cõcedat[h]: ne hu-iusmodi fraudibus sub colore iuris patrocinemur. Idẽ arbitrarer, si pro obseruatione cõuentiõis hypotheca specialiter accessisset: pignoris enim cõuentione etiã singularis successor alligaretur[k]. Idem quoq; dicẽdum existimarẽ, si manus iniectionẽ mihi retinuissem, adhæret enim hæc pactio rei, quisq; sit eius possessor: quod Bart. intelligit, rescissa prius iudicio ordinario ipsa alienatione[m]: qua de re alibi trademus. Et hæc quidẽ quod ad hæc pacta attinet satis. Nũc reliquos quoq; casus prosequamur, in qbus ius statim absq; traditiõe quæritẽ. Et de iure personali dubiũ nõ est, ex ipso em cõtractu oritur, & alia traditione non indiget[n]. Huc pertinet ius quoq; pignoris, quod personali quidẽ pactioni accedit, sed tamen in rem est[o], quæritẽ enim ex solo contractu, qa haud quaq; graue præiudiciũ facit[p]. Idem procedit etiã in principum cõcessionibus, unde ius ad rem statui acquritur, quod à iure in re nõ parum distat[q], quod maxime in his quæ ad sacerdotia pertinẽt receptũ est, ius scilicet ex titulo (ut uocant) seu institutiõe acqri, etiã si res adhuc apprẽnsa nõ sit[r]: ex inuestitura uero extra cõspectum facta, ius rei corporaliter apprendendæ concedi, quod si in ipsa re interuenerit, pro appræsione esse[s]: nam & sacerdotium uacare dicitur, quoties sacerdos titulũ amisit, tametsi rerum possessioni adhuc incumbat[t]. Quin & generaliter aliqui cẽsuerunt, in his quæ spiritualia dicuntur ut ius quæratur, traditionem non esse necessariam[u]: quod & in cõtractibus principum obseruari supra dixi: quum scilicet manifeste de ipsorum mente apparet, idq; in his intelligendum, qui legis condendæ autoritatẽ habent[x]. In ecclesia quoq; speciali eius fauore introductum est, ut absq; traditione transferatur dominium, eademq; ratione mẽdicorum fauore ob eleemosynam idẽ receptum uidetur[z]. Addit Ias. eodẽ iure etiã fiscum uti[a], quod ego non arbitror regulariter uerũ esse, quũ

constet fiscũ in cõtractibus hypothecæ ius habere, quod cũ dominio iũgi nequit[b]: auctoritate tñ legis qñq; absq; traditione dominiũ transferri in eũ apparet, ut quũ circa rẽ contra ꝓhibitionẽ legis delinquit[c]: uel etiã quũ in personam delinqtur qbusdã atrocioribus casibus, ut quum noxiorũ impietatis bona ipso iure pro publicatis, fiscoq; adæratis haberi lex iubet[d].

u l. conuenire. ff. de pact. do.
x l. alia. §. elegãter. sol. mat.
y l. seruos. j. de quæst.
z l. si unus. §. pacta. ff. eod.
a l. fi. j. de pact. pign.
b l. abdicatio. de pat. pot. Bar. l. si quis à lib. §. parens. de lib. agn.
c j. l. seq.
d Dy. c. sciẽti. de reg. iur. in 6.

e Bart. l. pen. j. de arb. Bal. cõsil. 252. in 2.
f l. fi. j. de reuo. donat. Roma. sing. 222.
g Bar. l. seq.
h Alex. cõs. 40. ult. in 4.
i l. ius pub. ff. e.
k l. ius agnationis. ff. eod.
l d. l. abdicatio.
m l. nemo. de le. j.
n l. nec si uolẽs. j. de lib. cau.
o l. quos phibet. ff. de postul.
p l. 2. §. sed qa. j. de iur. cal.
q glo. l. inuitus. §. j. de reg. iu.
r l. pen. de off. præsi.
s glo. l. pactum inter. ff. eo.
t l. liber. j. ff. ad l. aqui.
u l. non tantũ. de app.
x c. fi. §. his aũt. de off. deleg.
y l. filio. de iniusto rupt. Bart. l. nõ dubiũ. C. de testa.
z c. tuis. de test.
a l. j. §. j. ff. de fer.
b gl. c. de causis. exẽ de off. dele.
c c. nonnulli. ubi Bal. de resc.
d gl. l. j. j. ne fid. dot.
e gl. d. l. iuris gẽ. §. si pacisc ar.
f l. de die. de pact. dot.
g l. filiusfa. §. ueterani. de pe.
h l. nequis. j. de adu. diu. iud.

hic enim ualere dicitur. An quòd nullũ dedecus militiæ inferatur? quum alioqui iure cõmuni ei iudici subijciatur[i]? quod hodie in sacerdotibus nõ est, in quos nec ex regula cõmuni seculari iudici ius est[k]. Sed unde factum putabimus, ut pacto quis se in seruitutem dedere non possit[l], & tamen uẽditione ad pretium participandum facta, possit[m]? An quòd utilitatis causa id receptum sit uisumq; legislatori in uenditionis contractu magis tolerabile, in quo ius transire & sic libertatem omni modo amitti necessarium nõ sit, quum sufficiat usucapionis cõditionem transferri[n], & ideo tali uenditione non excluderetur proximorũ affectio[o], solúq; usucapioni locus adhuc esset[p]. Tertia causa à superiore pendet, quũ lex propter uarias subditorũ utilitates aliquid constituit, ei facta renũtiatio nõ ualet si ad ius publicum aliquo modo pertineat, ut quũ quis super alimẽtis in futurum ex testamẽto debendis absq; Prætore transigit, & beneficio legis renuntiat[q], uel quum nõ uisis nec inspectis tabulis testamenti transigit[r]. Idem quum quis conuenit, ne rei cõmunis omnino diuisio fiat, id enim cõuenire non potest[s]. Sed qua nã ratione id prohibitum dicemus? & Accursius ut infinitas euitet: Nam & uidemus prohibitionem alienãdi etiã generalibus uerbis factã ultra quartũ gradum non porrigi[t], licet alij ratione eam adducant, q cõmunio discordiã pariat, unde tali pactioni occurrendũ fuit[u]. Quòd si conuenerit ne durãte uita fiat diuisio, ratio infinitatis cessat[x], ualebitq; pactũ sicut & societas in id tẽpus cõtracta[y]. Ad hãc speciem pertinet, si actũ cũ creditore est, ne pignus uẽdi possit, Adhuc eñ postq; ter denuntiatũ fuerit uẽdi poterit[z], quod ppter publicam utilitatẽ introductũ quidã existimant, quia aliàs debitor nunq; solueret, & nõ reperirẽtur qui mutuare pecuniã uellẽt. Cui sentẽtiæ uix accedo, sed potius propter debitoris culpã nõ luentis satisfacientisq; id traditũ arbitror, tanq; pactũ illud tacitã conditionẽ cõtineat, nisi post tertiã interpellationẽ nõ soluerit[a]. Quarta causa, quando lex pactũ prohibet fauore priuato renuntiantis, cuius fragilitati uult esse succursum ut in minore, alicui iuri suo uel beneficio restitutiõis in integrũ renũtiante[b]: quod & in fœmina Barto. sensit, quæ exceptioni S.C. Velleiani renũtiauerit[c], nõ eñ ualet renũtiatio, quũ qua facilitate fideiubeat, eadẽ & beneficio S.C. renũtiatura[d] sit, quã sentẽtiam & ipse sequor, q̃uis plerisq; reclamãtibus[e], nisi hæc renũtiatio ex interuallo facta sit, tunc[f] enim propter maiorẽ deliberationẽ satis faterer cõmuni opinioni locũ esse[g], dũ tamen admonitam eius beneficij mulierem appareat, stabiturq; instrumẽto in quo tabellio eã se admonuisse affirmet[h]. Sed quid si interrogatus notarius qd illud S.C. statuerit impertinentia respondeat? Et Alb. itemq; Fulgo. & Alex.[i] non ualere renuntiationem censuerunt, Contrà ego, ne in potestate notarij sit ex post facto ius parti quæsitũ perimere[k], quod nec testibus quidem cõceditur[l], solum ergo aliquatenus de fide instrumenti minuetur[m].

Quinta causa est, quum propter odiũ certæ personæ lex exceptionẽ introduxit, non ualebit renũtiatio, nõ enim illud beneficiũ in eius fauorẽ institutum est[n], ut in filiofamq; S.C. Macedoniani auxilio renuntiat[o], quod tamen nõ procedit, cum pater cõsentit[p], causa enim odij tũc cessat, quod & Bar. hic tradit. Potest hæc species generalius intelligi, ut quod alterius cõtemplatione inductum est, ab altero renuntiatione perimi nõ possit[q], quatenus scilicet res ad alterum spectat[r]. Vnde è contrario cõstat, quod fauore alterius cõstitutum est, nõ posse ab altero auferri[s], ut cum parentes de suo uel filiorum statu trãsigunt, nihil enim eis præiudicant[t], & ideo nõ potest quis priuilegio renuntiare in alterius dãnum, cui ius quæsitum sit[u]. Vnde in casibus q̃bus dotis nõ numeratæ exceptio maritum qui ei renuntiasset nõ adiuuaret, creditoribus tamẽ mariti ante lapsa tempora prodesse posset[x]. Quod & in muliere dicẽdum, quæ legi Iuliæ de fundo dotali iurata renuntiasset, nõ nocebit id iuramẽtũ filijs & creditoribus[y]. Sed & si immunitas patri cum filijs sit concessa, cuius ei pater renuntiauerit, ius filiorum nõ uitiabit[z]. Sexta causa cum renũtiatio ex re, materia, uel præsumpta uoluntate deficit, ut quum q̃s rem depositam nõ petere, nisi post aliquod tempus promisit, potest mutare uoluntatem, & q̃primum repetere[a], q̃m id cõtra naturam depositi est, quod ad libitũ deponentis, cuius fauore celebratur, reuocari debet. Idem in eo q precario rem tradidit, & cõuenit, ut in Calendas Iulias precario ille possideat[b]. Aduersatur enim subtãtiæ cõtractus, ut ante petere nõ liceat. Idemq; ego arbitror, etiã si uerba[c] hoc modo concepta sint, renuntio iuri reuocãdi ante Cal. Iulias, Nec eñ ad uerborũ formã attẽdendũ uidetur, sed ad id quod partes agere possunt: quad tñ in re dissentit Accur.

i l. magisteriæ. j. d'iu. om. iud.
k d.c. si diligẽti,
l d.l. nec si uolens.
m §. fin. de iur. pers.
n l. si ita distrahatur. de contrahẽ. empt.
o l. j. cum seq. ff. de lib. cau.
p l. nõ ideo. j. de lib. cau. l. 2. ff. si libert. ingen.
q l. cum hi. ff. de transi.
r d.l. de his. cod. titul.
s l. i hoc iud. §. si cõuenerit. ff. com. diui. Alc. l. si nõ sortem. §. si cẽtũ. ff. de cõdic. inde.
t §. j. i auth. de resũ. fideicom.
u l. cũ pater. §. dulcissimis. de leg. 2.
x Flor. d. §. si cõueniat. Dec. cõsil. 256.
y l. j. ff. pro Soc. Alex. cõsi. 59. in 5.
z l. 4. de pign. act.
a arg. l. quæro. §. iter. ff. loc.
b l. si intra. j. de restit. in int. ubi glo.
c l. generaliter. j. ad Vell.
d l. doli. §. aduersum. de nouat.
e Doct. l. sciẽdũ. de uerb. obl.
f l. fi. §. pen. ff. ad Vell.
g l. si mulier. j. ad Vell. l. si mulier circũuẽto. ff. de mun.
h Moder. d. l. sciendum.
i l. si mulier. §. si mulier. ff. ad Vell.
k Bar. l. si libras rus. de reg. c. præterea. de testi. cogi. Alex. d. l. scitum.
l c. sicut. j. de testib.
m l. tametsi. ff. ad Maced.
n l. qui exceptione. de cõd. inst.
o l. fin. j. ad Maced.
p l. post mortem. §. fi. de contab.
q l. fi. ff. co. l. j. cũ seq. ff. de lib. cau.
r l. transactionis. matris. j. tit. l. j. 2. & 3. de lib. cau.
s c. ex cõquestione. de rest. spol. ubi Abb. in 2. quæst.
t l. si cui. j. de minor. num. pec. Adr. l. j. sol. mat.
u c. cum cõmunitas. de iurisd. omn. iud. Saly. & Arct. l. 4. 3. de iust. eccl.
x l. j. §. pen. ff. depo.
y l. cũ precario. ff. de prec.
z Bart. l. ubi ita. de donat. cau. mor.
a l. insulam. de præscr. uerb.

Accur.[c] & ideo amplius cogitandum est. Idem quũ conuenit, ut ex pacto citra traditionem transferatur dominiũ[f], uel ut ex pacto nudo oriatur actio, non enim id potest, quia res ipsa, id est natura actus repugnat. Vnde nec simplici pacto caueri potest, ut in contractibus innominatis pœnitentiæ locus nõ sit[g], quod Dec. recte censuit. Hinc etiam inductum ego arbitror, ut proprietarius, nec quidem cõsentiente fructuario, seruitutẽ imponere possit[h]. Non enim seruitutẽ prædio imponere potest, nisi qui perfecte dominus est[i], nõ ergo simplex fructuarij cõsensus sufficit, ut seruitutis cõstitutio ualeat, sed ipsius ususfructus renũtiatio necessaria esset, quia tunc proprietarius perfecte dominus fieret[k]. Huc pertinet, & quum quis ius futurũ repudiat, nihil agit, res enim ipsa deficit, quũ anteq; ius natum sit, repudiari nõ possit[l], quod alibi tractauimus[m]. Ad hæc spectat etiam, quoties renuntiatio uerbis generalibus hisce in casibus, quibus lex specialem recusationẽ desiderat, facta est, ne sub uerborum tectorio quisq; decipiatur[n], uel quia generali illa renuntiatione actum fuisse de his non interpretatur, quæ ob specialem aliquã æquitatem sub genere uerisimiliter non cõprædũtur[o], de quibus à nobis multa copiose tradita sunt, libro de uerb. sig. primo. Nam & nouum non est, maioris efficaciæ specialem esse renuntiationẽ, q̃ quæ sub generali sermone cõtineatur[p]. Hinc q̃ resposum est, cum quidã maximam partem donasset, promisisset q̃ donationem nullo tempore per se reuocatũ iri, & generaliter omni legũ auxilio renuntiasset, nõ tamẽ Constantini rescripto renũtiatũ cẽseri[q], quin sublatis deinde filijs reuocare nihilominus posset[r]: quum enim reuocatio in fauorẽ patris concedatur, qui si existimasset sibi prolẽ nasciturum, uerisimiliter nõ donasset, ex tam generali renũtiatione nõ magis de prole cogitasse credẽdus est, q̃ si eam nõ adiecisset: meritò ergo eadẽ legis est hoc quoq; casu ratio[s]: Secus si specialiter ei legi renuntiatum esset, tũc enim de filijs cogitatũ fuisse apparet, cõmuniq; sententiæ locus est[t].

d ¶ PEDANEOS. Assessores qui Prætori in consilio erant, & ad pedes tribunalis assidebant, si ex eius delegatione leuiores causas cognoscebant, pedanei dicebantur[u]. Vnde & quandoq; consiliarij appellãtur[x], cõstituebanturq; quandoq; iudices, quoties Prætor ipse, seu Proconsul absturus[y] erat, quod & hodie propter occupationes publicas, uel causarum multitudinem conceditur[z]. Existimabunt forte aliqui sic dictos, quòd pedibus in diuersas sententias irent, Vnde Laberius apud Aul. Gellium, Caput sine lingua pedaria est sententia, lib. III. cap. XVIII. Accursius etiã ordinarios magistratus, qui gradu sint inferiores sic appellari censuit, quod ego affirmare non ausim.

e ¶ COMPROMISSARIOS. Sic specialiter dicuntur arbitri, quorum sentẽtiæ metu pœnæ stãdum est[a]. Compromissum enim dicitur pactum, quo aliquem iudicij causa assumimus, addita per stipulationem pœna, si eius sententiæ paritum non sit[b]. Quod si pœna adiecta non sit, uulgò arbitratores, in iure nostro simpliciter arbitri dicuntur[c]. Sed quum traditum sit, de arti-culo iuris minime compromittendum esse, quomodo hic coram arbitro cognosci poterit[d], an renuntiatio fori ualeat? An quòd cõstitutionis huius tẽpore magna erat hac in re ambiguitas, unde quæstio cõtrouersi iuris, quæstioni facti æquparatur[e]? An quòd in hoc quoq; uerti quæstio facti possit, ut quia factam fuisse renũtiationem negetur, uel à minore, uel dolo malo expressam? Ego arbitros iuris appellari scio, quibus articulus aliquis demãdatur: uerbi gratia, an fideiussor sit idoneus[f], an iudex sit suspectus[g], quod & ad mixtã iuris & facti quæstionem extendi potest, ut quum mandatur articulus an deferendũ sit appellationi uel ne[h], Idemq; in casu nostro, quum ordinarij iurisdictio declinatur, quia præscriptionis fori renuntiationem non ualere quis alleget. Bar. etiam ad eos qui de causa principali compromiserunt id extendere uidetur, Poterit enim arbiter etiam de articulo hoc cognoscere. Vnde cõsequens est, quod plerique hic tradiderunt, si statuto caueatur ut in agnatorum controuersijs fiat compromissum, de ea quoq; causa adeundus sit arbiter, quæ ad articulum spectet, nempe an compromittendum de tali quæstione sit: quam sentẽtiam & nos probamus, siue uerba legis attẽdamus, & hæc enim controuersia est: siue mentem, quia qua ratione credidit legislator litem principalem citius & citra maius iurgium sub arbitro terminari posse,

e in d. l. cum præcario.
f l. nõ statim. ff. de pec.
g l. si pecuniã. de condic. ob cau.
h l. sed si quid. in fi. ff. de usufr.
i l. 2. ff. de seruit. l. Iulianus. ff. de fun. dot.
k glo. d. §. fi.
l l. si ita scriptũ §. j. de leg. 2. l. j. §. decreta. de succeß. edic.
m l. j. 3. eod.
n l. sed & si qs. §. quæsitũ. ff. si quis caut.
o l. scire opor. §. sufficit. de excuß. tut.
p l. 4. ubi Iaſ. 3. not. j. ti. j. Roma. cõſ. 472.
q l. si unquàm. j. de reu. don.
r Rom. consil. 269.
s l. j. ubi Bal. ff. si quis in ius uoc. Mod. d. l. si unquã. quæstio. 52.
t Iaſ. & Dec. hic.
u §. uetus. §. seq. in auth. de iudic.
x §. illud. in Auth. ut defun.
y l. fi. j. de pedan. iud.
z l. 2. eod. tit.
a l. societatẽ. §. arbitrorũ. pro soc.
b l. 2. ff. de arb.
c hic. & d. §. arbitrorum.
d l. cũ proponas. ubi Bald. j. de re. cred.
e glo. l. cum pro latis. ff. de re iud. Bart. l. qd Nerua. col. 5. depoſ. uerſ. iuxta prædicta quæro.
f l. arbitro. qui satiſ. cog.
g l. apertiſſimi. de iudic.
h l. ab exequutione. in fi. j. quo. app.

posse,quàm sub iudice[i],eadem & de articulo idem sensisse credendum est. Nam & in iure uidemus principalem litem & articulum ipsum ijsdem priuilegijs censeri[k],imò & fauorabilior quandoq; est articuli causa, utpote quæ neutri litigatorũ onerosa sit, & quæ quandoq; sola satisdatione dirimatur[m]. Nam & traditũ est, quoties causa principalis summaria sit, emergentes in ea articulos summatim quoque decidẽdos esse[n]. Qua propter in hypotheca quoq; tum summarie non autem iure ordinario cognoscendum erit[o]. Sic quum in municipio cauetur,ut in damni dati causis iuramento actoris staretur,in articulis quoque obiter occurrẽtibus stari debere Bar.censuit[p],generaliterq; hoc procedere traditũ est[q], excepto quum uerba mensq; legis aliud suaderent[r], uel quũ de materia odiosa tractatur, ut si appellatio uel in integrum restitutio sublata in causa principali sit, non enim in articulis sublata censebitur[s]. Vnde quãuis à diffinitiua in possessorio iudicio non appelletur[t], ab interlocutoria tñ in eo iudicio lata prouocari poterit[u]. Sic hæreseos, seu impietatis condemnatus, à diffinitiua non appellat, ab interlocutione appellat[x]. In iudicijs quoq; summarijs uel exequutiuis traditum est, an quis legitimam personam habeat,plenarie cognoscendum esse[y]. Fuere tamen qui in prædicta quæstione de articulo compromittendum nõ esse existimarent,sed rationibus nõ adeo grauibus ut ea referre operæ pretium sit.

ueniat. Scituros q; si neglexerint, etiã litem[f] suam facere intelligentur.

IDEM AVGVST. Ioanni Præf. Præt.

DE questione tali à Cęsarienſi aduocatione interrogati sumus, duabus uel pluribus psonis spes alienæ[b] fuerat hæreditatis, ex cognatione fortè ad eos deuoluendæ, pactaq; inter eos inita sunt pro aduentura hæreditate, quibus specialiter declarabatur, si ille mortuus fuerit, & hæreditas ad eos perueniat, certos modos[c] in eadem hæreditate obseruari. Vel si fortè doctor qui per iuris errorem iudicauerit, non tamen dolo id fecisse in dubio censebitur[e]. Ego siue dolo, siue imperitia iudex pronuntiauerit, nunq; obligari eum censeo, nisi ex dolo quatenus uera litis, id est damni illati æstimatiõe interest[f], ex imprudentia quatenus de bono & æquo uisum fuerit[g], minus enim cũ eo agendum est, qui necessarium iudicandi munus detrectare non potuit[h]. Cæterum ex dolo criminali quoq; ultione, & existimationis, id est famæ dispendio plecti potest[i].

DE QVAESTIONE. a ¶Cæsarea metropolis, ciuitas Cappadociæ est, quæ antea Mazaca dicebatur, in ea quũ huiusmodi species ĩcidisset, aduocatiq; Præsidalis fori dubitarent, Iustiniano consulerunt: à quo rescriptum est, Pactum de hæreditate uiuentis nullum esse nisi ille consenserit. Accur. Cæsariensem aduocationem ipsius Cæsaris interpretatur: sed de his fortè intellexit, qui in huius pacti controuersia ceu fiscali corã procuratore Cæsaris patrocinabantur, Vnde & Cæsariani uidentur dicti ipsi exequutores & nuncij fiscales[k].

b ¶SPES ALIENAE. Huiusmodi spes quum de uiuentis hæreditate sit, à iure reprobatur[l], non tam in eo qui successurum se agnato credit[m], quàm etiã in patre, qui filij se successorẽ speret. Id enim etiam contra ordinem naturæ[n] est, itemq; in filio, qui patri uelit succedere[o], nam & multa interim euenire possunt, ne patri succedat[p], & ideo non tenetur etiam pœnam, qua is ex delicto condemnatus sit, soluere, legitimæq; imputare[q], sicut nec cogi potest, ut ullam ei dum uiuit legitimam assignet[r]: Vnde filius non potest quicq; ex parentis bonis interim alienare, nec in euentum eius mortis obligare[s], nec eo inuito aliquo modo de eis disponere[t], tametsi uiuente patre propter hanc spem quodammodo dominus dicatur[u], & ex probabili patris opinione speret se ei successurum[x], & propter hanc spem non facile patri indulgendum sit ut alios adoptet[y], uel naturales natalibus restituat, sibiq; legitimos hæredes

i l. quãuis. ff. de arb.
k d.l. ab exequutione. in fi. gl. l. 3. ĩ. de app. Anch. cõs. 77.
l l.j.ubi Paul. ff. si quis cau.
m auth. quæ supplicatio. ĩ. de prec. Imper. offe. Socy. l. pecuniã quã. ff. si cert. pe.
n l. 3. §. sciẽdũ. ad exhi. Bart. in cõuag. ad re primẽdũ. in uerbo summarie. col. 6.
o Bald. l. j. col. j. j. cõia de leg.
p Bart. l. solẽt. in fi. de alim. leg.
q Anch. cõs. 77.
r Bart. d. l. solẽt Bal. d. l. cũ proponas. in fi.
s l. si ex causa. §. nũc uidẽdũ. ubi Bal. de minor.
t l. j. ĩ. si de mer. men. poss.
u Ang. cõsil. 46. Anch. 183. Cor ne. 290. in j.
x c. ut inquisitionis. de hæret. in 6. ubi Doct.
y l. 2. ĩ. de edict. diu. Adr.
z l. fi. ĩ. de pœ. iud. q mal. iud.
a Arg. l. pen. §. in cuan. ff. ne qs eum qui.
b l. fi. ff. de uar. & extor. cog.
c l. imperitia. ff. de reg. iur.
d l. j. §. hæc actio. si mensor fal. mod. dix.

z Bart. l. Gallus. §. & quid si tatũ. in fi.
al. 3. §. sed utrũ. de muno.
b c. cũ cõtingat. ubi Imo. de iureiur.
c l. j. ĩ. de inoff. don.
d l. 2. §. ĩterdũ. de uulg. Bart. l. is potest. de acqui. hæred.
e Bar. in l. Marcellus. §. res quæ. ad Treb.
f l. j. §. nonnullos. uer. ad substitutum. ff. de tut. & rat. dist.
g l. j. de leg. tut.
h l. legitimos. ubi Bar. uer. sq; per istud. ff. eo dem tit.
i l. transactionẽ. ĩ. tit. j.
k l. inter omnes, ubi Iaſ. qui sat. cog.
l l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg.
m §. nec ea res. Inst. ad l. falc.
n l. apud Iul. ĩ fi. ex quibus cau. in pos.
o l. stipul. ista hãbere. §. j. uersic. quæsitũ. de uerb. obl.
p Iaſ. hic.
q l. quidam. §. fi. de don. l. si qs mihi. §. sed utrũ. de acqui. hær.
r l. 2. ff. de his qui. ut indig. in fi.
s Bal. l. quoniã. ĩ. de test.
t l. j. ad l. Iul. mai.
u §. fi. in auth. ut lice. mat. ũcta l. transigere. ĩ. tit. j.
x Bal. cõs. 7. ĩ 6.
y l. j. ĩ. de secũ. nupt.
z c. non est obligato. de regul. iur. in 6.
a l. licet. 3. eod.
b l. mortuo. ff. de fi. leiuſs. Iaſon hic.

ditur[l]: nec probabilis esset hæredis allegatio, qui uotum captãdæ mortis suæ induci affirmaret, quum si de eo dubitat, abstinere se hæreditate possit[m], adeundo enim uidetur cõsensum suum fideicõmissario præstare[n]. Vnde quæsitum extat, an si stipuler mihi dari cẽtũ post mortem Titij, ualeat stipulatio: Et Rapha.[o] sensisse uidetur ualere stipulationẽ, in ea specie, quum in casu legis nostrę, alter agnatorum alteri promisisset bona Sempronij uiuẽtis habere licere, quod si simpliciter intelligatur, paratissima est fraus legi[p]. Ego promissionẽ de rebus propriis, post mortem alterius præstandis, ualere sentio, sed de illius rebus cuius mors expectatur neutiq;, idq; constitutionis nostræ argumento.

ad quosdam ex his hæreditatis cõmodũ peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur, si huiusmodi pacta seruari oporteret. Faciebat autem eis quæstionem, quia adhuc super-

c ¶CERTOS MODOS. Annotãdũ ergo est. Pactionem hanc de bonis uiuentis factam, nullius esse momenti: est enim contra bonos mores, quia captandæ mortis uotum inducit[q]: Vnde & si ad pacisc̃tes bona perueniant, fisco addicuntur[r]. Quo argumẽto, ait hic Iason, crimine hæreseos notari eos, qui uiuente Pontifice de Pontificatu conuenticulum faciunt. Ego potius læsæ maiestatis reos crediderim[s], quoniam pactum concipiunt, quod aduersus principis sui securitatem esse præsumitur[t]: minus tamen puniendos, quia id præsumptione legis inducitur: minor autem pœna ex præsumpto, quàm ex uero crimine irrogãda est[u], crimen autem hic præsumi apparet. Vnde & fisco bona acquiruntur, quum si nullum delictum esset, sed simplex aduersus bonos mores inobedientia[x], non fisco, sed proximioribus pendenda esset pœna[y]. Procedit autẽ legis nostræ prohibitio, etiã si pactum iuratum sit: Non enim religione confirmatur id quod bonis moribus repugnat[z]: nec personæ respectus est ullus, siue is miles sit, qui aliàs pacto suam hæreditatem deferre potest[a], nam non ideo de aliena pacisci poterit: siue syndicus collegij, aut uniuersitas aliqua, & in his enim ratioui legis locus est[b]: siue etiam ecclesia, utitur enim & ipsa iure communi, nisi quo-

ties apparet specialiter aliqd ei indulgeri[c]. Sed an in liberis idē dicemus? Et post Accursium omnes ferē idē cēsuere: cōtra pauci, quia legis huius uerba huic casui nō cōueniunt[d]. Omni modo enim hæreditas (saltem quod ad triēm iure naturæ debitum attinet) ad eos est peruentura, & ut uera sit Accursij sententia, nō ualere scilicet pactū, saltē respectu pœnæ, ut fiscus excludatur. Diuersa obseruāda uideretur, nō enim pœnæ locus est, nisi quatenus in lege expressum est[e]: at lex quæ fisco bona tribuit, non de filijs pacisc̄tibus loquitur, sed de agnatis, uel cognatis[f], quę uoces in materia pœnali nō uidētur filios cōprændere, hi enim nati nō autē adnati aut cognati sunt[g]. Sed tamen cōmunis sententia generaliter uerior uidetur, qm̄ ratio legis in filijs quoq; procedit, q licet naturali charitate erga patrem alligētur, tn̄ de eius hæreditate eo incōsulto pacisc̄edo, satis ostendunt in eor̄ animo cupiditatē & successionis affectū ei charitati præuortere, nā & lex omnino eis nō credit[h]: quādoquidē in ferrea hac ætate,

Filius ante diē patrios ingrit in annos.

Et quod ad naturam attinet, semper incertus est pater, ut Odyss. libro primo Homerus tradit:

Illome genitum dixit pia mater, at ipse
Nescio, nam proprium certus scit nemo parentem.

Verisimileq; est, eos q in huiusmodi pacta coēunt, supposititios potius filios, q̄z ueros esse[i]. Cēseo igit̄ cū plurimis hoc quoq; casu ad fiscū bona deuolui, quod & Bart. fere existimauit, quum debitores paternos, filius in casum paternæ mortis liberasset[k]: nec me mouet quod materia hæc pœnalis sit, qa in hac quoq; uerba late accipiuntur, quatenus ratio legis infert[l], quę præsertim in ea expressim descripta sit[m]. Sed qd uice uersa, num idē dicemus in patre, qui de filij sui hæreditate sit pactus? & Aret. credidit nō idem esse, quia nō est uerisimile captare mortē filior̄ parētes[n], sed tn̄ receptius est idē prorsus esse, quod scilicet paterni amoris præsumptio facti huius improbitate cō futetur, nā & quādoq; delinimētis nouercalibus allicefacti, quādoq; alijs affectibus de prole sua male sentiūt[o]. Quid in his q ita de uiuētis hæreditate pacti sunt, uti intestato successuri erāt? Et idem traditū est, quū in eum casum aduersus defuncti uolūtatē pacto prouideant, quo ipse aliter disponeret: Vnde apparet tale pactū non omnino legi conforme esse[p]. Censuit tn̄ Riminaldus si filij generaliter cōuenirēt, ut decedente patre intestato, eius hæreditas iter ipsos iuxta legū præcepta diuidat̄, tali pacto nullā fisco pœnā lucrifieri posse, nec ceu indignos filios submoueri: quod & ipse probo. Sed ꝑbabilior est dubitatio. Quid in extraneis pacisc̄tibus? quū em̄ hi spem nullā habeāt, nō uidetur ullum captandæ mortis periculum subesse. Sed tamē uerior est Riminaldi sententia, tum quoq; legi nostræ locum esse: Pacisc̄atur enim de rebus alienis, & nisi speraſſent fore ut instituerētur, uel aliquo casu hæreditas ad se peruenirent, sub ea cōditiōe non cōtraxissent[q], & quum peruenerit, ex posteriore euētu spem præcedētē conijciemus[r]. Sed an quod ad pœnā attinet, saltē minori XXV. annis pacisc̄enti succurremus? Et aliqui succurri credunt, quia in crimine quo qs indignus hęreditate redditur, traditū est subueniri minoribus[s]. Contra uterq; Dec. succurritur enim quum negligēdo deliquit, secus si faciēdo[t]. In delictis em̄ nō restituunt minores[u]. Ego tn̄ priorē sententiam tanq; mitiorē sequor, quū id nō uerū, sed præsumptū potius delictū sit, ueretur em̄ lex ne periculosi euētus inde sequātur, & ideo succurrēdum minori est, ne in dānū incidat[x]. Sed an quod hic dicitur, tūc quoq; obseruabimus, quū nō de tota hereditate cōuentū fuit, sed de eius parte? Et omnes fatētur pactum esse nullū, etiā si de parte sit: opinor ego etiā si de specie aliqua, aut re particulari, qm̄ lex nostra simpliciter de rebus alienis non ualere pactū ait. Verū maior esse dubitatio potuit circa pœnā, an dicto casu sola res de qua cōuētū est publicabit̄, an uero omnis pacisc̄entiū portio, & uideretur solā rem auferri, ne pœna delicto maior sit[y], & ne pactū super una re ad aliā trahatur[z], & quia in his quæ legibus prohibētur, nō cōmittitur pœna nisi quatenus aduersus eas factū sit[a], licet in pœnis conuentionalibus aliud sit. Vnde si emphyteota, uel cliens partem utilis dominij alienent non tn̄ à toto iure suo cadunt[b], & in nostra quæstione sic sensit Fulgo. Sed cæteri crebrius cōtrarium prodidere, quia lex ei qui partē bonor̄ uiuentis donauerat, denegandas actiones hæreditarias in totum ait[c]: nō enim hæc pœna contemplatione rei irrogatur, sed ex indignitate eius qui cōtra bonos mores festinauit, & periculosum testatoris saluti contractum celebrauit. Sed quid si qui contraxerunt uiuente adhuc testatore à contractu recedant, an nec pœnitenti quidem non parcetur? Et Decius senior non parci existimauit, cum perfecto contractu delictum sit consummatum, & ius fisco quæsitum[d], unde pœnitētia cū res amplius integra non uideatur admitti non debet[e]. Cōtra Picus, quū ex dolo præsumpto id pactū reprobetur, quæ præsumptio ex sequēte pœnitētia tolli debet[f], nec uidetur ius fisco quæsitū anteq; reus postulatus sit, & testator decesserit, unde humanius est ut aboleri crimē pœnitentia credamus[g], nā & traditum est, si uiuo patre filiū exhæredatum ingratitudinis pœniteat, non obesse ei exhæredationem[h]. Sed quid si cōtrahentes nesciant de uiuētis hæreditate pacisci, ut qa ignorent uiuat an nō? & hoc quoq; casu prohibitioni legis nostræ locū esse constat, licet nulla quæratur fisco pœna[i]. Quod si mortuū crederēt, idq; ita esset, dubiū nō est pactum ualere, nec ulli pœnæ locum esse[k]. Quid è cōuerso si mortuus esset, ipsiq; ceu de superstitis hæreditate pacisc̄erētur? & ut pœna euitet̄, magis quod in ueritate esset attendi crediderim, q̄z quid ipsi opinarētur[l].

Cæterum quod iure ciuili de hæreditate hic dicitur, aliquatenus iure Pontificum in sacerdotijs obseruatur. Præbenda enim ui uentium nec dari nec promitti alteri possunt[m], idq; nec à Pontifice quidem ipso in specie, licet in genere expectatiuam (ut uocant) gratiam cōcedere ipse solum possit[n], non em̄ tali casu adeò est euidēs captatiōis metus: proinde nec illud quidem iure posse Pontificem credibile est, ut ius regressus alteri competens alteri renuntiari citra nouā possessoris uoluntatē ualeat, quū priori fidere possessor potuerit, posteriori autē non æque. Supereſt nunc uidendum quibus casibus ualeat id pactū, & Primus est quū ille, de cuius hæreditate agitur, consentiat: cessat enim ratio captandæ mortis, quū uerisimiliter, nō nisi ex magna fiducia is consenserit[o], maxime quum quandocunq; dubitet, reuocare huiusmodi cōsensum possit. Vnde apparet, nō statim cōtrahētibus ipsis ius ex tali pacto firmiter acqui[p], nec refert à principio cōsenserit, an celebrato iam pacto ratū deinde habuerit[q], quod Bal. & Sal. hic censuerūt[r]. Quo fit, ut nō statim ius fisco quæsitū censeatur, quod supra ex Pauli Cast. Picique sententia retuli. Sed qd si hic qui cōsensit minor esset? Et si pubes sit, quia & testari potest putauerim consentire posse[s]: Si pupillus sit, adhuc posse arbitrarer, dum cum tutoris autoritate id faceret[t]. Qua tamen in re amplius deliberādum est. Addit Rimi. ideo reuocari hunc cōsensum quandocunq; posse, quia aliàs auferret ei libera testamenti factio: quod falsum est: nō enim hic consensus uim testamēti habet, nec quidem inter milites, aut filios[u], quū duplicem contractus ipsius conditionem imitetur, & ideo duobus testibus probari posse talē cōsensum crediderim[x]: quod & recētiores hic comprobant, & non absimili casu respōdit Socy.[y] Secūdus casus est, quū in genere tantū de uiuentis hæreditate tractatū est, ut quia quis societatē cōtraxit, si qua iusta hæreditas sibi obueniret[z], generalis enim hæc mentio nō arguit speciale uotum in morte alicuius[a]. Vnde si quis generaliter obligat bona præsentia & futura, etiā ea cōtinebūtur, quæ de hæreditate uiuētis ad se deinde peruenerint, cuius specialiter hypothecas tales contrahi lex uetet, ut Saly. adnotauit. Quod si probari possit, hæreditatis certæ personæ cōtemplatione cōtractū fuisse, secus esset, ut Bal. hic elegāter censuit, ne scilicet facile fraus legi fiat[b]. Quid em̄ si qualitas cōtrahentiū aliam præsumptionē inducat? Quid si notarius de incerti hominis hæreditate pactū se scripsisse dicat, ut instrumētū ualeret, quū de certo nomiatim partes secū tractassent[c]? Quid si is de cuius hæreditate ex tali pacto diuidēda agebat̄, mala morte perierit, ignoto autore[d]? Quis ex periculoso hoc euētu aduersus eū, cui bono hæc res fuit, nō præsumat[e]? Probātur em̄ huiusmodi fraudes cōiecturis[f]. Sanè in hoc præbēda sacerdotū ab hæreditate differunt, quod de eis nec generaliter quidē, aut de persona in certa ualet cōcessio[g], nisi summus ipse Pontifex ita mandauerit. Sed qd in magistratibus, aut officijs prophanis? & Socy. respondit nō posse alicui quod primo uacabit officium cōcedi[h]. Decius cōtra, tanq; cōcessio hæc magis sit hæreditatis pacto similis, quā sacerdotalibus præbendis. Picus in specie quoque concedi posse existimauit, quum officia temporalia sunt, ut quum durante Titij magistratu, eius Præturam alij Princeps concedit. Ego idem arbitror, & si perpetuum id munus, id est ad uitam sit[i].

Tertius casus præcedenti non absimilis est, quum quis hæres institutus impuberiq; substitutus, uendit utriusque hæreditatem, ualet enim uenditio, maxime (ut ait lex) si iam delata impuberis hæreditate uenierit hæreditas. Fulgo.[k] & Aretinus non ualere existimant, & regulæ nostri textus adhærent, quia in ea lege non apparet uiuente pupillo uēdi hæreditatem. Dictio enim, maxime, necessario non includit

c c.j.de alie.feu. gl.c.per IIII uenit.extra de censi.
d Arg.uersi. & quia non sunt.
e l.2.§.diuus. de sep.uio.
f d.l.quidam.in fi.d.l.2.
g l. filius. de su. et le.l. scripto. ff. unde lib.
h l.j.ad Maced.
i c. afferte. de præs. Alb.l. eū qui probabilē. 3. de ep. & cle.
k Bar.l. cū dñs. §. fi. de pec. lega. Docto.l. filius.3. eo.
l l.cū lege. V de test.
m glo. in auth. ut hi qui obl. uer. ad curationē.
n l. isti quidem. qd me cau.
o l.4.ff. VI de inoff. test.
p gl.ca.j.de cōsti.in 6. & c. pastoralis, de fide instr.
q l.si quis locu ples. ff. d' man. test.
r l.sed Iulian.§. proinde. ff. ad Maced.
s l.minoribus.j. de his quib. ut indig.
t Bart.l.si quis in tātam.j. eo. de ui.
u l.j.ĵ.si aduc. del.l. auxiliū. de min.
x l.j.§. accusa tionem. in fin. ad Turp. Bar.l.j.§. nūc tiatio. de ope. no. nun.
y l.rescriptū. ff. de his quibus ut indig.
z l.si unus. §. ante omnia. ff. eo
a l.i depositū. cū l. seq. ff. depo. Paul. l.4. §. Cato. 5. opp.
b c.j. de nat. qui cō. cōst. lotha.
c d.l. quidam. §. fin. ubi Alb. & Raph.
d l. quidā ea. de fur.
e Mod. rep. l. si quis maior. 7. nota. j. tit. j.
f l.j.j. de crim. ste. lio.
g l. si adulterū. §. j. ff. de adul.
h Doct. auth. nō licet. j. de lib. præter.
i l. nec nos. j. de capti. ubi Cyn. & Bal.
k l. si quis mihi. §. sed utrū. ff. de acq. hær. ubi Raph. et Alex.
l l. inter omnes. §. pen. de fur. Bal. l. si quis seruo. in prin. j. de fur.
m c.j. & 2. de præb.
n c. ne captādæ. de cōcef. præb. in 6.
o Bal. hic Fulg. cōs. 73. col. 2. Pau. Cast. hic. Anch. cōs. 403 uiso. Dec. hic col. 3.
p l.j. §. prodest. ff. quo. leg.
q l. si. j. ad Mac.
r l. Aurelio. §. j. de lib. leg. Bal. l. 4. in fi. ff. de reb. eo.
s l. cū antiquiori bus. j. de ure delib.
t l. cū antiquiori bus. j. de ure delib.
u l. fi. j. fa. here.
x l. ubi. de testi.
y Socy. cōs. 41. in 3.
z l. 3. §. de illo. ff. pro soc.
a Signo. cōs. 116.
b l. fraus. ff. de ll.
c Fulg. Alb. Alexā. l. si mulier. §. si mulier. ad Velle.
d l. sacculārij. §. j. de exor. cri.
e l. j. §. itē labeo. j. ne quid in lo. pub. ubi Alb.
f l. dolū. j. d' dol.
g c. nulla. ubi Docto. de concef. præb.
h Socy. conſ. 53. in 3.
i c. moribus. si de feud. def. ubi Aluar.
k l. 2. §. j. de hæ re. uel act. uen.

uiuere pupillum, sed non esse delatam hæreditatem, quod contingere etiã eo mortuo
l l.is qui hæres. ff.de acq.hær. l.delata. de uerbo sig. potest, idq; uarijs casibus[l]: ego pro cõmuni sententia uideo generalitatẽ uerborũ legis esse. Adde qd eo in casu apparet nõ principaliter ꝓpter uiuentis pupilli hereditatẽ cõtractũ fuisse, sed potius de defuncti hæreditate agi, cuius sequela quædam uidetur hæc pupillaris[m], multáque in consequẽtiam permittuntur, quæ aliàs ꝓhiberentur[n]. Sed tamẽ durum est, eo uerborũ inuolucro censeri concessam uiuentis pupilli hæreditatem, & ideo Ful. Aretinq; interpretationem sequor[o]. Eódem pertinet, quũ uẽditor seruũ manumisit, cauere enim debet quicquid ex hæreditate liberti ad se peruenerit, emptori restituturum[p], idq; siue quia de hac hæreditate in consequentiam contractus solum agitur, siue quia de ea solicitus uideri nõ potest, qui ad hãc cautionem inuitus, ex culpa tamẽ sua, cogitur. Quartus casus est, quũ quis non de uiuentis hæreditate, sed de re sua disponit in casum mortis alicuius, ut quum proprietarius usumfructum uendit alicui quũ Titij esse desierit, uel post mortẽ Titij[q]: qua ratione moribus receptũ est, dominum militis sui feudũ eo uiuente aliena re alteri posse, collata in eũ casum dispositione, quo milite suo mortuo, ad se fiduciaria res reuertatur: tunc enim non tam de re aliena, quàm de iure suo disponere uidetur, probabiliusq; quis sperat utile dominium directo consolidari[s], quàm successurum se titulo hæreditatis. Quod ego non consuetudine solum feudali, sed etiam iure nostro defendi posse crediderim, quum ius principaliter ad pacisc entem pertinet, ut in suprascripto ususfructus exemplo: Nam & ualere pactum traditur, quo filiafamilias pacisc itur se de dote non acturam, quum sui iuris esse cœperit[t], quod non tam fauore liberationis inductum credidérim[u], quàm quia de re sua pacisc itur, in casum quo plenius ius adepta sit: Huc pertinet & quũ quis post mortem suam se daturum spondet, ualet enim promissio[x], dum præsentem sui obligationem, non autem bonorum obuentionem inducat[y], quod superius à nobis diffusius tractatum est[z].

m §.liberis.Inst. de pupil.substit.
n l.j.de aut.tut.
o l.q Romæ.§. duo fratres.7. quæst. Bart.de uerb.obli.
p l.si quis seruũ. de act.empt.
q arg.l.ut hæredibus.de leg.2. Bal.c.j.§ j.de feu.da.in uicem l.com.
r d.c.moribus.
s c.fi.qui sue, ten.in feud.
t l.et hæredi.§. filia.ff.cod.
u Bar.et Bal.hic
x Oldr. cõs.139
y Bar.cõs.25.
z in l.pactũ qd dot.3.eo.

¶ Sed nobis omnes huiusmodi pactiones odiosæ uidentur, & plenæ tristissimi & periculosi euentus. Quare enim quodam uiuente & ignorante, de eius rebus quidam pacisc entes cõuenerunt[c]? Secundum ueteres itaq; regulas sancimus, omnimodo huiusmodi pacta, quæ

a l.pactum quod dot.3.eo.

d ¶ ADHVC superstite[d] eo, de cuius hæreditate sperabatur, huiusmodi pactio ꝓcessit, & quia non sunt ita confecta quasi omni modo hæreditate ad eos peruentura, sed sub duabus conditionibus composita sunt, si ille fuerit mortuus & si ad hereditatem uocẽtur hi, qui huiusmodi pactiones fecerunt.

b Bart.hic.

successio defertur, sed impedimentum illi obstans summoueretur, ut in nouo feudo, in quo iuri succedendi locus non est, nisi pacto impedimentum sublatum sit[b], ut in patre qui emancipato non succedit, nisi contracta fiducia emancipauerit[c]: ut in fœmina dotata, quæ ex forma statuti intestato patri succedere non potest, cui impedimento à municipali iure inducto derogari pacto potest[d]. Sicut enim facto testamento potest pater eam instituere, ita pacisc ẽdo potest obicem illum reijcere, ut Iason hic declarat. Idem in patre, qui ingratitudinis præteritæ causam filio remittit, ut sibi succedere possit[e]. Sed quid si pater iam testamentum condiderat, & eum ceu ingratum exhæredauerat[f], nunquid si remissio ingratitudinis deinde facta sit, filius succedere poterit? Et Bart. hic sentit posse[g]: contra Picus, quia propter talem causam pater habet liberam testandi, & filium excludendi facultatẽ, quæ libertas tali pacto tolleretur[h], sed hæc ratio leuis est, nõ enim pactum libertatem aufert, sed causam ingratitudinis tollit, lex uero ipsa filium instituí iubet. Fortius argumentatur Iason[i]: Nam sicut pater benedicẽdo filio instituere, maledicẽdo exhæredare nõ uidetur[k], ita & in iuriã remittẽdo nõ est existimandũ exhæredationẽ reuocasse: Nã etsi pater filiũ exhæredatum

II inuesti. c §.fin.inst.de leg.ag.succ.
d Bart.hic.
III
e l.fi.j.de rem. don.dixi l.fi. 5.eod.
f auth.nõ licet. j.de libr.et.
g Et Bar.l.3.§. fi.de adim.leg.
h d.l.pactum. quod dot.
i l.fi lio quẽ pater.de lib.& posthu.
k Bald.in proœ. Decr. Mod.d. auth.nõ licet.

l d.l.filio.
m l.3.ff.de test. mili.
n arg.l.i ipsius. j.fam.hercis.
o d.l.3.§.fin.de adim.leg.
p arg.l.2. & fi. j.de libert.& eo.lib.
q l.2.§.interdũ. de uulg.
r l.ex eo.j. de in util.stip.l.stipulatio hoc modo.de uer.ob.
s l.pactum.j. de colla.
t l.fi.ff.de su. & leg.
u Bart.cõs.212.
x l.4.ff. de test.
y l.si quẽ.§.j.j. de ino ff.test.
z c.quamuis. de pact.in 6.
a l.j.§.si parẽs. ff.si qs à par.

redatum emancipauerit, rursus adoptando remittere exhæredationem non uidetur[l], quia nõ est uerisimile ab eo quod semel iudicio suo in testamento statuit, facile uelle recedere[m]. Sed tamen Bartol. sententia uerior est, dum tamen expresse cõstet remisisse patrem ingratitudinis causam[n], ea enim filio obstabat, quia exhæredationem confirmabat, quo impedimento sublato, admittẽdus iure communi erit[o]. Illud fateror, ex simplici reconciliatione nõ uideri præteritæ exhæredationis causam abolitam fuisse, tuncq; lanis rationibus locum esse[p].

¶ QVAE CONTRA. Hæc ratio hoc casu locum habet, quia huiusmodi pactio periculosi euentus plena est, maleque præsumitur de his, qui de uiuentis hæreditate soliciti sunt. Sed & in pacto quo quis hæreditatem se relicturum spondet, eadem ratio subest, quoniam lex aduersus bonos mores esse arbitratur, ut quis testandi potestatẽ sibi restringat[r]. Sed quid dicẽdum in pacto quo quis hæreditati uiuentis renuntiat: Et id non putarim cõtra bonos mores esse, quamuis simpliciter iuris autoritate improbetur[s], quia scilicet priuatorum pactiones legum autoritate non censentur. Vnde sicut supra diximus, pactum deferẽdæ hæreditatis obuẽtionem bonorũ inducens non ualere[u], quia successiones per iuris modos, nõ per pacta deferri debẽt[x], ita & in huiusmodi renuntiatione dicendum. Defertur enim hæreditas iure publico, & sanguinis contemplatione, huiusmodi priuatorum pactionibus non attentis[y], quum tamen principaliter de utilitate priuata agatur, licet in consequentiam iuris publici ualeret huiusmodi renuntiatio, si iurata esset, idq; nouo iure[z] Põtificum: tali ergo casu ab hæreditate ex contractu cum uiuente inito quis excluditur. Alius est casus in patre, qui pecuniã accepit, ut filium emanciparet[a], quum enim exclusum iure ciuili patrem Prætor quadam æquitate ad-

b l.cum oportet. §. cũ aũt.j. de bon.quæ lib.
c l.utrum.ff.de uerb.obl.
d Picus rep.l. in quartam. ad l. falcid.
e c.ecclesia sanctæ Mar. de const.
f d.l.pactum quod dot.
g arg.c.2. de clandest.despon.
h Corn. auth.sacramenta.pen. charta.uer.40 fallit.j.si ad. uend.

mittat, ea æquitas cessat, ubi pater pecunia accepta emancipauit, quoniam delinquit, ut ait Bartolus qui pecuniam accipit. Ego nullum delictum esse arbitror[b], cum accipere ei pecuniã liceat, nec lex turpem causam stipulationis existimet, quæ ob emancipationem concepta sit[c], licet lege Longobarda emancipãdo filium pater ipse teneatur ei aliquid præstare unde uiuat, qd præmium emancipatiõis ipsa appellat[d], putauerim igitur ita cõstitutum, quia pater accipiendo pecuniam, quasi transigere de hæreditate filij uideatur, & eam pecuniam pro eo habere, quantum satis sit, ne eius iudicia inquietet, non igitur pacto tollitur successio, sed à Prætore tollitur, qui non putauit æquum ei patri succurrere, qui pecunia filium à sua potestate dimisisset.

Alius quoque est casus, quum pactum iuri municipali conforme est: uerbi gratia, statuto cauetur, ut mulier ingrediens monasterium patri nõ succedat: Aiunt hic cõmuniter statutũ non ualere, tanq; aduersus ecclesiasticã libertatẽ, & quia de sanctimonialibus quicq; directe uel indirecte constituere laici nequeũt[e]. Si tamẽ cũ filia monasterioq; ita pacisc atur pater, uidetur renũtiationem ualere, tanq; legis cõmunis autoritas, pactionis prohibitiua[f], per statutũ sublata acerbissima spe, licebit eis, illo sciente & iubente, huiusmodi pactiones seruare: quod etiam anterioribus legibus & constitutionibus non est incognitum: licet à nobis clarius sit introductum.

III

¶ Iubemus etenim

i Arg.c.ad apostolicam.de Simo.& c.cũ apostolica.de his quæ fiunt à præl.

k auth. itaq;. j. com.de succes.

l l.si quis curialis.ubi Bal.3.de epi.& cle.

m Saly. authen. cassa. quæst. 20.3.de sa.eccl.

n l.Seia, de dote præleg. l.Seia. de do.cã mor.

o Alex.l.quæ dotis.ff. sol.mat.

p l.cum maritus. §.fi.ff.de pac. dot.

q arg.l.ex his.j. qñ dies leg.

r l.ubi ita.de do. causa mor.

s Clem.j.in fi. de præb.

t Dec.hic.& cõ sil.305.

u l.in donationibus.j.ad l.falc. l.j.§.sed si ex mortis.ff.quo. leg.

x l.non omnis.si cer.pet.

y l.inter stip. §. sacrã.de verb. oblig.

z arg.l.e& seruorũ.ff.de statu hom.

a in d.l.stipulatio hoc modo.

suſtuliſſe cenſendus eſt, quæ à principio ualuit[i]. Idem dicẽdum quando de ſucceſſione tractaretur, quæ ſolius ſtatuti beneficio concederetur: uerbi gratia, ſtatuto cauetur ut conſanguineo æqualiter ſuccedat, qui ex altero latere coniungitur, ſicut q ex utroq; monialis ex altero cõiuncta uult ſuccedere, certe excludetur, iure enim cõmuni nõ poteſt[k], ſtatuto æque nõ poteſt, quia ab eo excluditur, quod ſaltẽ eatenus ualet ut beneficia ſua monialibus cõmunicare nõ cenſeatur[l], licet ius cõmune eis auferre non poſſit[m].

f ¶ NEQVE DONATIONES. De bonis em̃ alienis in caſum mortis non ualet huiuſmodi contractus, de propriis uero ualet, & quia fit mentio mortis, cenſebitur donatio cauſa mortis[n], ut ſi promittã tibi bona mea poſt mortem meã: atq; ita cõmuniter traditum eſt[o], niſi expreſſe ſit dictum, quod ſit donatio inter uiuos[p]: nõ enim tũc attẽdetur quod dilatio in diem mortis aliqua adiecta ſit[q]. Idem ſi tacite, ut quia actũ eſt, ut talis donatio ſit irreuocabilis[r], idq; in uerbis quæ ſubſtantiã contractus reſpiciãt: alioqui ſi in clauſulis exequutiuis, aut acceſſorijs promiſit donator ſe obſeruaturũ, nec aduerſus ea[s] facturum, nõ tamen receſſiſſe à cauſa mortis uideretur, intelligiq; ea uerba deberent, niſi ſecũdum naturam contractus donantẽ pœniteret, quod Bal, Coreneuſq; cenſuerunt[t]. Sed an quis cauſa mortis donare omnia bona præſentia & futura poſſit? Et affirmat Bar. Poterit enim hæredem inſtituere, cui ius deducendi falcidiam de donatione tali cõpeteret[u], Poterit & eã reuocare ſi uelit[x]. Sed quid in donatione inter uiuos omniũ bonorum præſentiũ & futurorum? Et crebrior ſentẽtia à Bar. prius tradita eſt, nõ ualere huiuſmodi contractum, tum quia auferret liberam teſtamenti factionem, tum quia hominem eam in conditionem perduci impium eſt, ut nũquam aliquid habere poſſit, & nec ſpe quidem, quæ infelicium ultimum ſolamen eſt, poſſit ſubleuari[y]. Fuere tamen non pauci qui diſſentirent[z], quorum rationes ab Alex. relatas cernere eſt[a]. Ego ſanè uereor, ne Barto, ſententia defendi non ualeat, nec enim uerum eſt, eo in ſtatu talem eſſe, ut

neq; donationes[f] talium rerum, neq; hypothecas penitus eſſe admittendas, neq; aliũ quenquam in alienis rebus, contra domini uolũtatem aliquid fieri, uel paciſci, ſecta temporũ noſtrorum non patiatur.

nihil in futurum ſibi lucrari poſſit. Quid enim ſi ei relinquatur hac lege, ne aliquid donatario inde acquiratur[b]? Quid ſi donatarius aliquo caſu futurorum acquiſitionis fiat incapax[c]? Quid ſi donator rem rediquum mat ſemel donatario conſentiente alienatam[d]? Quid ſi bona haberet, quæ per cõtractum prohibita eſſent alienari, uel legis uel teſtatoris iuſſu[e]? Quid ſi ſeruum inſtitueret neceſſarium hæredem[f]? nõ enim tali donatione actum uideri poteſt, ut huiuſmodi ſeruum retinere, hæredemq; inſtituere non poſſit: nam quum id fieri in præiudicium creditorum queat, & in donatarij damnum poterit, qui mitius erga donatorem agere debebet[g]. Adde quod nec ad teſtamenti ſubſtãtiam quicquam facit, quod nihil ſit in bonis teſtatoris[h], nam & hæreditas iuris intellectũ abſque ulla re hæreditaria habet[i], & qui plus æris alieni, quàm ſui habet, hæredem inſtituere poteſt[k]: & qui grauatus eſt bona reſtituere, in eis tamẽ alium recte hæredem inſtituet[l]. Sed & illud me mouet, qd donatio nomẽ ab exequutione ipſa ſumit, id eſt à rei datione[m], quum igitur quis dixit ſe bona præſentia & futura donare, qd ad præſentia attinet uera donatio eſt, quia exequutionem in ſe habet, quod uero ad futura, exequutio nulla eſt: perinde igitur eſt, ac ſi dixiſſet, donabo quum acquiſiero: ſed qui donaturum ſe promittit, iure tantum perſonali obligatur[n], nõ autem dominium transfert, merito de tali dominio teſtari poterit, ſicut quiſlibet ære alieno oppreſſus teſtatur: Alex.[o] tamen communis ſententiæ æquitate ductus, ut id argumentum ſummoueat, concluſionem hanc reſtringit, quũ is qui bona præſentia futuráque donauit, I conſtituit eo in caſu, futura bona nomine donatarij poſſidere: Nam per huiuſmodi clauſulam poſſeſſio in donatarium transfertur[p], & conſequẽter dominium in eum ex p tali traditione tranſit[q]. Receptum enim eſt, conſtituti uel precarij clauſulam de futuris bonis conceptam, eorum etiam poſſeſſionem, quum acquiſita fuerint, transferre[r], exemplo eius qui bona præſentia futuraq; obligat[s]. Sed tamen nec hoc quidem caſu defenditur Bart. quum clauſula conſtituti

b auth.excipitur. auth.ſeq.j.de bonis quæ lib.

c gl.l.quẽadmodum.uerb.mancipatũ.j.de agr. & cenſ.

d l.ſi.j.detemp. pig.

e l.3.j.de cond. ob cau.

f §.j.Inſt.quib. ex cau.man.

g l.inter.§.is quoq;.de reb. dub.

h l.j.ff.de inſtit.

i l.hæreditas.de pet.hæred.

k l.qui ſoluẽdo.ff.de hæred. inſtit. gl.auth.ſi quis mulier.in uerſ. diuidere.3.de ſacr.eccle.

l Bar.l. iuriſtitiũ. in pri.ff.

m Alex. d.l.iuriſgentiũ.in pri.

n d.l.qui ſolutum do.ff.de hæred. inſti.

o l.quãuis.ff. de prec.

p l.traditionibus.3.eo.

q Doc.l.3.§.incertã. de acq. poſſ.

r l.ſi.j.quæres pig.obl.

t arg.l.ei à quo. de uſucap. & Bar.in l.cũ falſa.3.de iuris et fact.ign.

u l.ſi.j.qñ ſiſc. uel pri.

x l.3.ff.pro ſoc.

y gl.l.ſi.j. de hære.uel act.uẽd. Bal.l.ſpem.j. de don.

z l.à diuo.§. in uenditione.de re iud.

a Bart.conſ.50. Bal.232.in 2. Iaſ.d.l. ſtipulatio hoc modo. in fi.

b Bar.l.ſi ita legatũ.de auro et ar.leg. Aret.hic, Bar. d.conſ.50.

d l.Caius.ff.de leg.2.

e l.obligatione. de pig. IIII Mod.hic.

f Bar.l.generali.§.uxori.de uſufr.leg.

g l.quæſitũ. §. pen.ubi Bar. de leg.j.

h ut not.in l.3.3.co.

i l.cum pupillus. ff.rem pupil. ſal.fo.

k l.peculium.3. ff.de pec.

m l.cogi.ad Treb. XI

n l.5.de uer.ſig.

o l.iubemus mdli.in prin.3.de ſa.eccl. VII

t Dec.cõſ.30.et 251.Cor.176. in 2.

u d.l. ſtipulatio.

x l.quoties.de reb.dub.

y arg.Bar.in l. ſi fundũ.per fideicõ.de leg.j.

z arg.l.ſi uero. §.idem Papinian.

a l.defuncta.ff. de uſufr.

b arg.l.ex militari.de teſt.mi.

c l.ſi.j.de remiſſ. pign.

d arg.l.pen.§. fi.de pig.Ro. ſing.605.

e d.l.ſi.

f cõſ.76.

g Ripa lib.3.rũ ſorũ.ca.xiiij.

h Dec. d.conſi. 251.& 203.

ſtituti ad quaſi poſſeſſionẽ iurium aut nominum, quæ in futurum acquirentur, trahi non uideatur poſſe[t], ſiue quia iura illa non poſſidentur[u], ſiue quia ſola ceſſione tranſferuntur[x]: nam & ius futurum cedi non uidetur poſſe, niſi ex præſenti cauſa ſpes ſubſit[y], de his igitur iuribus teſtari donator poterit. Et ita ego aduerſus Bart. diſſerebã.

II Illud conſtat, quoties donatori aliquid ſupereſt de quo teſtari poſſit, ualere huiuſmodi donationem, cuius rei exemplũ pluribus caſibus accipitur, ueluti quum quis donat inquit bona omnia mea mobilia & immobilia, præſentia & futura, nõ enim nomina debitorum his uerbis cõtinẽtur[z], quod Bar. Baldusq; & Iaſon reſpõderũt[a]: de illis igitur poterit teſtari, nam & illa dictio mea ad ea pertinet, quæ iure dominij acquiruntur[b], & ideo nõ ſat recte ad nomina referri poteſt[c], ſicut & quũ ſubiecciſſet, ubicũq; ſita ſint, iura enim nõ circunſcribuntur[d] loco.

III Idem ſi dixiſſet ſe donare bona ſua præſentia & futura, quũ enim nõ addiderit uniuerſalem dictionẽ omnia, ſed indefinite aut generaliter loquutus ſit, nõ continebũtur ſupellectilia[e], amplior enim ea eſt donatio, cui uniuerſalis dictio adiecta ſit, ut Decius hic tradit[f]. Sed quid ſi donare ſe hæreditatem ſuã dixerit? Et hæc uerba bona præſentia & futura ſignificare Bart. hic cenſuit. Sed quũ nomen id uniuerſitatis ſit quæ ex uoluntate teſtatoris augmentum & diminutionẽ recipit, humanius eſt his uerbis nõ cenſeri diſponendi facultatẽ donatori ablatam, & ideo in uim donatiõis cauſa mortis ualere cõtractũ, hæreditatemq; pro bonis ſimpliciter accipi, impropriamq; ſignificationem ut cõtractus ſuſtineatur aſſumi, quũ uere is hæreditatem habiturus ſit, qui deinde donatori ex teſtamento uel inteſtato ſuccedet[h]. Quid ſi patrimoniũ ſe donare dixerit? & idem dicẽdum eſt, imò nõ æque dubia hæc eſt quæſtio. Id enim proprie patrimonium dicitur, quod ex hæreditate patrẽtum ad nos peruenit[i], parsq; facultatum noſtrarũ eſt[k]: licet alia interpretatio ex cõiectura mentis quãdoq; accipiatur, ut quũ apparet teſtatorem eo nomine de uniuerſis fortunis ſuis uoluiſſe diſponere[m], uel id ſubiecta materia ſuadeat[n]. Quapropter merito dubitauit Bart. non ideo fauore eccleſiæ ualere donationem iſtam, quia lex dicat aliquẽ egiſſe, ut patrimoniũ ſuũ ad eccleſiã pertineat[o], quum uox illa patrimonij, futura bona immutabiliter non comprænd at.

Cæterũ & quoties donator ipſe ſibi aliquid expreſſim reſeruat, de quo deinde teſtari poſſit, dubiũ nõ eſt, ualere eã donationem, quod uſq; adeo uerũ eſt, ut tũc quoq; pcedat, quũ quis maximã ſummã ſupra uires patrimonij ſui donauit, poterit em̃ forte in futurũ diteſcere[q]. Idẽ ſi rerũ dominiũ retinuerit, licet em̃ ſoluendo nõ ſit, alteriq; reſtituẽda ſint bona, teſtari tñ poterit[r], qd & ſupra diximus[s]. Sed quid ſi donatis omnibus bonis præſentibus & futuris quis uſumfructũ ſibi reſeruauerit? Et uidetur adhuc nõ ualere, tanq; de fructibus teſtari nõ poſſit, qui futurorũ bonorũ appellatione in donatione cõtinentur, idq; Paul. Caſtr. hic cenſuit, quẽ & Dec.[t] ſequitur, & ex facto reſpõdit Corn. Cõtra Alex. & Iaſon[u], quos & ipſe ea ratione ſequor, quòd aliorũ interpretatio, ad perimẽdum actũ pertinẽs, accipiẽda nõ uideatur, cur potius eum nõ ſuſtinemus[x], & reſeruatione uſusfructus cẽſeri etiam facultatẽ teſtandi de eis fructibus reſeruatã interp̃tamur[y], ut ſcilicet donans de eis poſſit arbitratu ſuo diſponere[z], quũ de fructibus perceptis fructuarius teſtari poſſit[a], reſtringaturq; futurorũ bonorũ donatio, ut ĩ eis fructibus locũ nõ habeat. Quid enim magis à ueriſimili cõtrahẽtium mẽte abhorret, cũ exiſtimare eũ qui uſumfructũ reſeruauit, non ea fine reſeruaſſe, ut de eius cõmoditate diſponere poſſit? ſicut & cæteri fructuarij diſponũt, nempe uel cõtrahẽdo, uel teſtando[b]. Quod ſi res cõſentiẽte donatario alienata, & deinde redempta, in bonorum futurorum donationẽ nõ reuertitur[c], quãto magis id de hiſce fructibus dicendũ, qui in ipſomet cõtractu excepti ſunt[d], alio qui damnoſior donatario is eſſet cõſenſus, qui ex poſt facto adhibitus eſt[e], cũ q in ipſo actu legẽ cõtractui dedit. Sed quid ſi donans dixerit ſe centum aureos reſeruare, de quibus in uita diſponere poſſit? Et Bar, reſpondit[f], donationẽ nõ ſuſtineri, qa qui in uita ſolũ diſponere poteſt, teſtari nõ poteſt: ergo apparet, phibitiuæ rationi adhuc eſſe locũ, & in eo ſtatu cõſtitutũ donatorẽ, ut teſtare nequeat: cuius reſponſi autoritate idẽ traditũ extat, quũ quis ea centũ ſibi reſeruaſſet, de quibus p anima diſponeret[g]; Apparet em̃ alia ex cauſa, cũ pro anima teſtari nõ poſſe, ideoq; diminutã teſtãdi liberã facultatẽ. Fortius ex facto cẽſuit Dec, idẽ eſſe quũ dictũ eſt, reſeruari centũ aureos, de qbus in uita uel in morte diſponeret[h], Sed ab his omnibus ego diſſentio, qa apparet ea uerba, de quibus diſponere &c. ſola retinẽtis cõtemplatiõe addita, & ideo reſtringere reſer-

T uationẽ

uationem non possunt[i], nec debet curiosus esse donatarius de re quæ semel à donatione excepta est, quã in causam ille cõuertat[k], & quũ hic articulus, an adiectio uitæ futurum modũ respiciens attendatur, plurimũ ex eo pendeat, quid uerisimiliter partes egerint[l]: quis restrictionis præsumptionem ad subuertendũ actũ capiat[m]: quũ & ne utilis cõtractus per inutilẽ adiectionẽ uitietur, potius cẽseri debeat, uitæ mẽtionẽ superfluo addita[m]. Adde quòd illa uerba, in uita disponere, etiã testamẽto quadrant, quũ disponere testari sit, testamẽtumq; in uita fiat, nõ à mortuis[o]. Decij uero sentẽtiã alia quoq; ratione cõuinci arbitror: Nõ em̃ ex cõtractu donatiõis in eũ statum ille reponitur, ut testari nõ possit, quod subuertendæ donatiõi necessarium omnes fatẽtur, sed ex facto ꝓprio, qui in uita reseruatã summã consumpsit, quã ultimæ uolũtati suæ attribuere potuisset: si enim nõ consumpsisset, dubiũ esse nõ potuit quin donatio ualeret: quũ ergo à principio nõ sit nulla, cõsequens est, ut ex se teneat, consumẽtiq; imputandũ sit, quã cõsumptionẽ nõ est credendũ ad exequutionem prioris contractus (quod ipse arbitratur) pertinere[p], quum excepta in eo nõ cõprændant, sed ex iuris cõmunis dispositiõe libero arbitrio reseruantis relicta sint[q].

i l.donatiões.§. species.de do. Paul.cõs.246. cum dicta substitutio.
k l.doli. in fi.de nouat.
l l.Titia.j.§.fi. de leg.2.Bart. l.4.de alim.le.
m d.l.quoties.
n Bart.d.auth. ingressi.
o glo. in rub.ff. sol.mat.
p c.literis.de rescr.
q l.in re mandata.j.mand.

RVBRICA.

DE TRANSACTIONIBVS.

PACTVM generaliter omnis cõuẽtio est duorũ pluriumue, unde & cõtractus omnes qualescũq; sint, nominatos seu innominatos cõplectitur[a]. Specialiter tamẽ pactũ ꝓ ea cõuentione accipitur, quæ nuda est, & gratuita: idemq; etiã si gratuita nõ sit, dum tamen cõtemplatione litis nõ sit cõcepta[b]: Quũ enim aliquo dato uel recepto timore præsentis uel futuri iudicij in re dubia cõuentũ decisumq; est, propriõ specialiq; nomine trãsactio appellat[c]: quòd sicut agere dicitur q petit qd̃ sibi debetur[d], ita Transigere, qui præter formulã actionis suæ aliquid accipiẽdo litẽ sopiuit: Μεταφορικῶς tamẽ Transigere simplicius accipitur ꝓ decidere, & transacta res quoquo modo finita[e]. Quædam aũt sunt de quibus pacisci nõ possumus, quia pactũ de re clara sit, Transigere uero ꝓpter incertitudinem possumus, ut in causa seruilis aut adscriptitiæ cõditiõis[f]. Rursus aliqua nec pacto, nec transactione finiri possunt, ut si de sacerdotio litigetur[g], quæ tamẽ amica æquabilíq; cõpositione terminari nõ prohibẽtur[h], ut quia aliqs cõcordiæ causa probis, amicísq; partes suas interponentibus det manus, & cõponi rem sinat, qd̃ intelligẽdũ, quũ citra cõpromissum id fiat[i], si em̃ illud accesserit, nõ tam amicabilis cõpositio, q̃ trãsactio est: quia cõpromittendo uidẽtur partes transigere, & arbitratoris sentẽtiæ staturos se policeri[k]. Cæterũ qualis nã cõtractus est trãsactio: & si stipulatio accesserit, dubiũ nõ est, esse nomiatum[l], ideoq; ex eo actionẽ ex stipulatu dari[m]: alioq; innomiatus est, & ideo nõ nisi re sequuta parit actionẽ[n]: Quãdoq; enim dubiã litẽ quis remittit, ut sibi aliqd tradatur, & contractus hic est, cũ facio, id est remitto, ut facias[o], tradere enim facti est[p]. Q̃nq; facio ut des, quo casu postq; feci aduersus dare detrectantẽ, de dolo agit[q]. Ali quando do ut des, succeditq; loco permutationis trãsactio, ut quia uice fundi petiti aliũ des[r]. Nõ raro etiã aliquis actionem, de qua liquido cõstat, remittit, ut aliqd sibi fiat, qui cõtractus ad eã speciẽ pertinet, quę est, do ut facias[s]. Sed cur ex se potius contractus nominatus nõ est, quum elegãs nomẽ habeat[t]: Respondẽt nomẽ id generale esse, & ideo nõ sufficere, ut contractũ nominatũ faciat[u], unde lex ait Iusiurandũ speciẽ trãsactiõis cõtinere[x], ergo trãsactio genus est, nam & permutatio, qa generale est nomen ad innominatos contractus pertinet[y]. Sed nos supra ostẽdimus transactionẽ speciale contractus nomẽ esse, & quod lex ait, Iusiurandũ speciẽ trãsactionis habere intelligendum est, id est similitudinẽ & primã faciẽ[z]. Tacitus lib.xiij. Vectigal mancipiorum remissum specie magis q̃ ui. Ego igit̃ iurisgẽtiũ cõuẽtiones actionẽ parere interpretor, quæ in propriũ nomẽ cõtractus transeunt, ut emptio, locatio, depositũ &c. At quæ generali tantũ nomine cõstãt, nõ pariunt, nõ em̃ qd̃ generaliter dicitur, ꝓprie, sed potius κατ' ἐξοχήν dicitur[a]: Sic permutatio cõtractus nominatus nõ est[b]. Idẽ dicendũ in nomine exequutiõis, ut donatio, ipsa em̃ donatio nomen id habet[c], quæ si facta est, frustra de actione rei iam perfectæ quæritur, si adhuc facta non sit, illud nomen nõ habet. Idẽ in nomine non cõtractus sed rei ipsius, ut est dos, uniuersale enim est rei nomen, non ipsius[d] contractus, quod & ex eius diffinitione apparet[e]. Idem in nomine, quod eam contractus partem non exprimit, ad quam actio pertinet, ut in præsenti transactionis exemplo: transigentis enim nomẽ ex etymo eum significat, qui ab actione transit. Quare quoquo modo quis litem finiat, Transegisse dicitur[f]. Et q̃uis lex nullo dato acceptóue, transactionem infirmari uelit[g], dictio tamen cõtractus expressiua ad hoc nõ refertur, sed generaliter ad finientem, merito eius qd̃ in eo contractu deducitur, propriũ nullũ est nomen, nullaq; ad id consequenter actio, eo igitur respectu generis nomẽ esse trãsactionẽ cum cæteris censeo, quod tam eum qui gratuitò à lite recedit significare ui uerbi potest, q̃ qui accepta pecunia. Hinc q̃ cõsequẽs est, ut stricti iuris sit trãsactio, eam enim naturam & alij innominati contractus ferè seruãt: quapropter infra traditur, dolo inítam transactionem, ipso iure non esse nullam[h], quod & in cæteris omnibus stricti iuris contractibus obseruatur[i], ut merito nõ fuerit inter bonę fidei contractus à Triboniano hæc conuẽtio recensita[k], sed sola præscriptis uerbis actio, quæ de æstimato, item de permutatione proponitur, alioqui mutilus fuisset iurisconsultus, uideturq; hæc sentẽtia esse receptior, nec Bar. ratio quicq; urget, id negãtis, quũ super actione bonæ fidei transigitur[l], tanq; idem de resolutione cõtractus iudicandum sit, quod de contractu: Respondeo enim contractum[m], à transactione non rescindi[n], sed à iudicio ipso simpliciter recedi, quod iudicium semper stricti iuris est[o], idq; ceu proximius attendendũ, præsertim cũ transactio sua ex natura censeatur[p], non autem ab origine præcedentis actionis[q], quum & ipsa ex se contractus sit[r], idq; (ut ego aduersus Accursium[s], sentio) proprie, cum ultro citroq; inde oriatur obligatio[t]. Vnde merito ex sui natura dijudicari debet, sicut de stipulatione dicimus, quæ contractui bonæ fidei adposita, tamen suã stricti iuris naturam seruat[u].

a l.j.§.j.ff.de pact.
b l.j.§.tit.j.
c l.j.ff.eo.
d §.j. Inst.de act.
e l.transacta. de uerb.sign.
f l.fi.j. eo.l. nec si uolens.j.de lib.caus.
g l.donatiõis.§. species.de do. Paul.cõs.246. cum dicta substitutio.
h c.cũ pridẽ. eõ de pact.c.cõstitutus.eõ.
i c.super eo.c.2. eõ.
k arg.c.nisi essent.de præb.
l glo.in cãb.ad diff.iud.Salyc. uerinas in tractatutrãsactionum.quæst.3.
m l.cũ proponas.2.3.tit.j.
n Bart.l.2.j. de cõd.ob caus.
o l.siue.j.eo.
p l.cũ meta.j.e.
q l.stipul.nõ ita ui.de uer.ob.
r l.actione.j.eo.
s l.si pro fundo.j.eo.
t l.si mulier.ff. de cõd.ob caus.
l.naturalis.§. 2.de præscript.
u l.iurisgẽtium. pri.ff.de pact. Doct. d.l.fi.
x l.2.de iureiur.
y l.j.ff.de rer. permut.
z l.2.ff. de liberis homi. exhibendis. proponebatur in fi.de iud.
a l.inter. §.j.de adult.
b d.l.j.
c Bar.& Iaf. l.iurisgentiũ.
d l.quod dicitur de impu.
e Doct.rub.ff. matr.

RVBRICA.

DE TRANSACTIONIBVS.

IMP. ANTONINVS AVG. Celeno.

EQVE pacti o, neque transactio cum quibusdã ex curatoribus siue tutoribus facta, ex etymo eum significat, qui ab actione transit. Quare quoquo modo quis litem finiat, Transegisse dicitur[f]. Et q̃uis lex nullo dato acceptóue, transactionem infirmari uelit[g], dictio tamen cõtractus expressiua ad hoc nõ refertur, sed generaliter ad finientem, merito eius qd̃ in eo contractu deducitur, propriũ nullũ est nomen, nullaq; ad id consequenter actio, eo igitur respectu generis nomẽ esse trãsactionẽ cum cæteris censeo, quod tam eum qui gratuitò à lite recedit significare ui uerbi potest, q̃ qui accepta pecunia. Hinc q̃ cõsequẽs est, ut stricti iuris sit trãsactio, eam enim naturam & alij innominati contractus ferè seruãt: quapropter infra traditur, dolo inítam transactionem, ipso iure non esse nullam[h], quod & in cæteris omnibus stricti iuris contractibus obseruatur[i], ut merito nõ fuerit inter bonę fidei contractus à Triboniano hæc conuẽtio recensita[k], sed sola præscriptis uerbis actio, quæ de æstimato, item de permutatione proponitur, alioqui mutilus fuisset iurisconsultus, uideturq; hæc sentẽtia esse receptior, nec Bar. ratio quicq; urget, id negãtis, quũ super actione bonæ fidei transigitur[l], tanq; idem de resolutione cõtractus iudicandum sit, quod de contractu: Respondeo enim contractum[m], à transactione non rescindi[n], sed à iudicio ipso simpliciter recedi, quod iudicium semper stricti iuris est[o], idq; ceu proximius attendendũ, præsertim cũ transactio sua ex natura censeatur[p], non autem ab origine præcedentis actionis[q], quum & ipsa ex se contractus sit[r], idq; (ut ego aduersus Accursium[s], sentio) proprie, cum ultro citroq; inde oriatur obligatio[t]. Vnde merito ex sui natura dijudicari debet, sicut de stipulatione dicimus, quæ contractui bonæ fidei adposita, tamen suã stricti iuris naturam seruat[u].

NEQVE PACTIO. Transegerat aliquis cum uno ex tutoribus suis, dubitatum fuit an ea transactio cæteris contutoribus prodesset: Et uidebatur prodesse, quoniam omnium tutorum connexa est inter se obligatio[x], censenturq; quodammodo socij, at transactio uel pactum uni in causa connexa factum, alteri quoq; prodest[y], quoniam connexorum natura id suadet[z], quod & in sociorũ pactis cæterisq; rebus traditur[b], nec enim nouum est pleraque nobis aliorũ beneficio concedi[c]. Sed tamẽ hac cõstitutione alia sententia approbatur, quia iuris regula est: Pactũ uni factum, ad alium non porrigi[d]: quod intelligendum, nisi paciscentis interfit, ut ad alium quoque extendatur[e]. Quapropter in legis nostræ casu tale pactum etiam contutoribus prodesset, qui aliàs paciscentis facto possent conueniri: cuius rei tria exempla hic ab interpretibus referuntur. Primum, quum iure ordinis tutor qui trãsegit prius cõueniendus fuisset, ut in quinque casibus exceptis, quibus diuisa à testatore uel iudice tutela, nihilominus alter tutor pro altero tenetur[f], quum enim cum eo transactum est, qui prius debuit conueniri, alius tutor beneficio ordinis tutus est: quod Salycetus intelligit, quatenus is, cum quo transactum est, soluendo fuit[g]. Finge is tutor debebat x x. quum sola x. soluendo esset, transigit cum pupillo quinque, poterit pupillus à contutoribus x. petere. Sed tamen crebriore calculo alij contra sentiunt[h], tanquam uideatur pupillus huiusmodi transactione pro idoneo locupleteque eum habuisse[i], & quum eum qui principalis fuit, ea transactione liberauerit, contutores quoque liberabuntur, qui non nisi in subsidium obligantur[k], & qui agentem pupillum cedendarum actionum exceptione reijcere possunt[l]. Secundum exemplum est, quum tutor qui transegit, insolidum cogi potuit, quia beneficium diuisionis nullum haberet, ueluti quum suo dolo, suáue culpa conueniebatur[m]: traditum enim est, eum qui agendo dolo uel culpa deliquit, recte insolidum exigi posse[n], licet qui negligendo solum deliquit, beneficio diuisionis non arceatur[o]: quam sententiam aduersus plerosque ueteres Alexand. Dec. Iason tuentur, quibus & ego accedo. Tertium exemplum est, superiori non absimile, quum is qui

x l.inter.ff.de adm.tut.
y l.quid ergo.§. pen.de cõtr. iudic.tut.l.j.ẽ. de diuer. rescr.
z l.si creditores. ẽ.tit.j. gl.c. accusatus.uer.iudicari de hæred. in 6.
b l.eãdẽ. de duobus reis.l.fi.j.de duob.re.
c l.si cõmunẽ.ff. quẽad. ser.am.
d l.si separatim. in fi.de app.
e l.ex hæredi. §.fi.ff.de pac.
f l.2.j. de diuis. tut.
g arg.l.fin.j.de diui. tut.l.fi.j. si tutor nõ ges.
h Cynus, Ray. Alex. Mod.
i arg.l.uir ab eo.ff.de iure dot.
k Inst.de sat. tut.§.pen.
l l.si pupillus.ff. de adm.tut.
m l.j.§. nũc tractemus. de tut. & rat.distr.
n l.in magistratus.l.fin.in fi. ff.de mag.cõ.
o l.si plures.2. de adm.tut.

transegit,communis doli,aut propriæ culpæ reus erat[p]:Si enim aduersus cõtutores pupillus experiatur, quia illis cedere ergaeum actiones nõ poterit, utpote facto suo propter transactionem extinctas, summouebitur[q]:& hoc enim casu facto ipsius trãsigentis contutores cõueniuntur, unde eo liberato,& ipsi eatenus absolui debẽt,quatenus ob illum exigi potuissent. Et quamuis exceptio cedendarum non soleat dolosis prodesse[r],tamen hoc casu uideretur pupillo id imputandum, qui actionem diuisit. Clarius tamen id exemplum procederet,si de tutoribus ageretur, qui alicuius doli rei nõ essent, in his enim generaliter exceptio cedendarũ locum habet. Sanè sciẽdum est, regulare esse,ut tutores ad resarciendũ pupillo damnum insolidum teneantur,idq; rigore iuris ita statuente[s]:sed eis ex æquitate tribus remedijs (unde superiora tria exempla desumpsimus) succurri,ordine,diuisione,actione utili. Beneficium ordinis tunc locum habet,quum ex pluribus tutoribus uel curatoribus unus uel aliqui tãtum administrarunt:hi enim qui administrarunt, primo cõueniendi sunt[t],censenturq; administrasse,etiam hi qui cõtutori mandauerũt, quoniã qui mandat,& ipse facere uidetur[u], dum tamen de mandato appareat:Simplex enim tolerantia nõ sufficeret,ut recte Salycetus censuit:tametsi Rimin.friuolis rationibus dissentiat.Post hos uero q gesserint, si soluendo nõ sint, ad magistratus qui eos dederunt peruenitur[x], deinde ad tutores, qui non gesserunt, & quos honorarios appellamus[y]. Sic enim & tunc obseruamus, cum habenti testamẽtarium tutorem additus est datiuus, cum quo testamẽtarius tutelã diuisit.Ex culpa enim datiui prius magistratus, quàm testamentarius conuenietur[z],idq; æquissimum fuit,quum is qui nõ gessit nullius criminis quàm contumaciæ, simplicisq; negligentiæ reus sit, at qui gessit,perfidiæ furtiq; nota non careat[a], quem & adiuuare magistratus uidetur, non idoneos fideiussores accipiendo[b]:meritò ergo qui grauius peccauerunt,nempe faciendo, prius conueniuntur, quàm qui negligendo solum in legem commiserunt[c],maxime quum qui priores conueniuntur, potuerint hosce contutores,ad suscipiendam administrationem compellere[d]: quoties tamen contutor ob hoc conuenitur, quod suspectum facere, uel satis exigere noluit,ante magistratum ex Marcelli sententia conuenietur[e], quod plerique recte intelligũt,

p l.j. & 2.j.si tut.non gess.

q d.l.si pupillus. & l.si stichũ. §.pen.de sol.

r d.l.j.§.plane. l.si ex duobus. ff.de tut.& rat.distr.

s l.tres tutores. in princ.de admi.tut.

t l.fin.j. de diui. tut.l.fi.j.si tu. non gess.

u d.l.tres tut.§. nõ solum.l.int. §.quod si quis. eod.tit.

x l.j.§.usq; adeo.de tut.& rat.distr.

y l.3.ff.de adm. tut.

z l.Lucius.§.cũ test.de adm.tu.

a d.l.tres tut. §.j.

b Inst.de sat.tu. in princ.

c glo.l.si mora. ff.sol.mat.

d d.l.i.si tut. uel cur.

e d.l.j.§.usq; adeo.

etiãsi à iudice uel testatore diuisa fuerit tutelaf. Sed quid in neglectis: tam enim qui gesserunt,quàm qui non gesserunt, neglexisse pariq; in culpa eorum respectu esse uidenturg:& hoc casu nullum ordinis beneficium est[g], idq; supradicta ratione, nisi quum ea neglecta sunt, quæ gestis connexa erant, soli enim gerenti primum eo casu imputantur[h]. Diuisionis beneficium his competit, qui omnes gesserint tutelam, & soluendo sint[i], ei autem qui dolo administrauerit, uerius est id non indulgeri,siue solus, siue communiter cum alijs dolo aut culpa egerit[k], quod & in magistratibus decisum est[l], hi enim ijsdem actionibus, quibus & tutores tenentur[m], illis uero qui negligendo, & per contumaciam deliquerunt, non est denegandum id beneficium[n], ut recentiores fere omnes sentiunt qui Hugolini,Actijq; discordiam sic conciliant, quam sententiam & nos supra probauimus. Continet autem hæc diuisionis exceptio meram defensionem,unde contumaci auferenda non fuit, fauorabiliorq; est cessionis beneficio, quæ alterius oppugnandi causa instruitur , quod Bartol. tradit[o]. Sanè id diuisionis beneficium,quod his qui soluendo sunt conceditur,ad tempus finiti officij tutelæ refertur, satisq; est tunc eos soluendo esse[p], ut Rapha.Fulg. respondit[q], quum in pluribus fideiussoribus secus sit, in quibus tempus litis contestatæ attenditur[r]. Actionis utilis beneficium ei tutori competit, qui insolidum cõuentus est, quum alij soluendo non essent , potest enim à pupillo petere ut sibi actiones cedat, quibus contra alios experiri possit, si forte aliquid inde aliquo tẽpore, corradere queat,ut quia alij ad meliorem fortunam perueniant, tenetur enim pupillus cedere, dummodo ex proprio communiue dolo, aut etiam propria culpa ille non conueniatur[s]. Quod si cessionem sibi fieri non petierit, adhuc utili negotiorum gestorum actione, ut plerique sentiunt ei succurritur[t], licet utilem tutelæ actionem alij malint[u]. Quod si pupilli facto cedi ea actio non possit, agenti ei obstabit, cedendarum (ut uocant) exceptio[x]. Sed cur tutori pro alio soluenti lex actionem utilem concessit,& non fideiussori qui pro confideiussore soluat[y]? Multæ rationes adducuntur, quæ utcunque defendi possent, sed duæ probabiliores sunt. Prima, quod fideiussor soluendo , id agit , ut principalem

f d.l.2.de diui. tut.

g l.fi.j.si tut.l. tutores q post. §.in eum. de adm.tut.

h d.l.tres tut.§. in eo.l.tutor q tutelã. de adm. tut.

i d.l.j.§.nunc tractemus.

k argu.d.l.j.§. plane.et d.l.j. si tut.uel cur.

l l.antepen.de mag.cõue.

m l.fi.de mag. conue.

n d.l.si plures. de adm.tut.

o d.l.si plures.

p l.j.j.de diui. tut.

q cons.135.

r l.inter eos.§. pen.& §.j.de fideiuß.

s d.l.j.§.plane.

t l.ex facto.ff.de neg.gest.

u arg.d.§.plane. Lancelo. Dec.hic.

x l.Stichum.§. pen.de sol.

y l.ut fideiussor. ff.de fideiuß.

lem liberet,merito aduersus confideiussores non experitur, qui in quandam sequelam solum liberantur[z]: at tutor uel reus debendi,principaliter agit, ut contutorem uel alium reum liberet. Nec me mouet si dicatur,uideri potius propriæ obligationis tollendæ causa id facere[a],quia quãtum eius summæ respectu sit, quæ actione utili à contutore peti potest,in ea contutor ipse principalis uidetur[b], & ideo ab eo petetur, sicut fideiussor à principali peteret[c], quod & in duobus reis dicendum[d]. Altera ratio est,magis succurri tutoribus , quia tutelam ex necessitate assumunt, quàm fideiussoribus,qui spõte pro alio fideiubẽt[e], nec tamẽ inuicem fideiubent , quod in reis debendi secus est[f].

b ¶ GESSERVNT. Secus in his ad quæ ipsi ex facto eorum obligarentur,cum quibus pactio uel transactio facta esset, in his enim uel ordinis uel diuisionis, uel cedendarum exceptione agentem pupillum submouere poterũt,quod supra declarauí.

c ¶ CONVENIRE. Pro sua utrili, quod indubitatum est,quum separatio à tutore,uel à iudice facta est[g], quod si nulla separatio,uel à seipsis facta est,adhuc idem dicendum, propter diuisionis beneficium, ipsis competens,si soluendo sint[h],uel exceptionem cedendarum,quam agenti pupillo obijcient, qui cedere eis actionem non poterit,cui transactione, uel pacto à se renuntiatum est[i]: solum igitur supra utrilem conueniri tutores poterunt,quum dolose egerunt, quod scilicet nullum dolosis detur cessionis auxilium[k], nec diuisionis quidem,ut ego post Azo. & aliquos recentiores censui[l], nisi sponte appareret pupillum eos uoluisse diuidere[m], quod supra defendi posse existimaui[n]. Illud generaliter traditum est, licet tutoris pactum contutori non prosit, solutionem tamen prodesse,& ideo quanto solutum est, tanto minus à contutore petetur[o], qua tamen in re argutantur aliqui, tanquàm ea pecunia non ob tutelam sed ob nouam transactionis causam soluta uideatur[p]: sed ut id uerum sit, negari non potest , quin adhuc ex causa tutelæ soluta aliquo modo dici possit[p], uideturq; id hoc casu satis, quum adolescenti sufficere debeat, si damnum sibi resarciatur, non autem id ei concedendum sit, ut aliena cum iactura locupletior fiat[q], qui procul dubio fieret, nisi contutoribus accepta ex transactione imputaret. Sed quid si tutor acceptilatiõe liberatus est? Et idem esse traditum est,ac si solutione liberaretur, merito contutori acceptilatio proderit[r]. Nihil enim aliud est acceptilatio, quàm ficta solutio[s]: quod tamen non procedere Cyn. & Rayn. tradunt, quum tutela à iudice uel testatore diuisa est, non enim uideri potest, alius liberatus, quum pro parte separatim solum teneretur[t]. Idem censuit Bartol. quum acceptilatio limitata est ad naturã transactionis[u]: uel, quod Fulgo.ait[x], quum expressum est , pro parte eius tantum accepto ferri, cum quo transigitur[y]. In dubio tamen, acceptilationem super toto factam esse promptius est , ut fauore liberationis interpretemur: quum enim mero iure quilibet in solidũ obligatus sit[z],quàmuis beneficium diuisionis habeant, tamen de tota obligatione actum censeri, Paul. Castr. Alexanderq; hic tradiderunt,quos & ego sequor. Sed quid de confessione dicemus? An idem quod in solutione? Probat enim confessio solutionem[a], merito contutori quoque proderit,ut Raph. Com. respondit[b]: quo fit,ut appareat in quibus casibus huiusmodi confessio uera solutionem non probaret[c], eodem modo de ea, sicut de pacto sentiendum esse[d], magisq; in ea quàm in acceptilatione limitandum.

IDEM AVG. Luctatio.

QVm te proponas cum sorore tibi controuersia moueretur,quæ in patris uel alterius hæreditate ius habere prætendebat, cum ea timore futuræ litis transegit: responsum est ualere transactionem,quàmuis lis adhuc cœpta non esset, quod intelligendum , dummodo sororis expressa calumnia non argueretur[e], uel probabilis non fuisset litis metus: non enim possunt

z glo.l.ex facto. de neg.gest.

a l.& magis.ff. de solut.

b §.pen.Inst. de sat.tut.

c d.l. ex facto d.l.j.j.de duo. re. cum glo.

d l.si fideiussor. §. si necessaria.ff.qui sat. cog.

e d.l.j. authen. præsente. j. de fideiuss.

f d.l.j. authen. præsente. j. de fideiuss.

g l.2.j. de diui. tut.

h d.§.nunc tractemus.

i d.l.si pupillus. de adm.tut.

k d.§. plane.

l gl.l.2.§.fi. de cur. bonis dan. arg.l.si creditores.3.tit.j.

n In tertio exemplo.

o l.si ex duobus. de tut.& rat. distr.

p l.3.in prin.ff. ad l.falc.

q l.et post rẽ. §. pen.ff.cod.

r l.si ex pluribus. ff. de acceptil.l.4.§.j. ff.de lib.leg.

s Bart.l.ex duobus.2. quæst. de duob.re.

t l.2.§.si tñ.de uerb.obl.

u l.3.j.eod. cõsil.135.

x cõsil.135.

y l.si ex duo.ff. iudic.sol. arg. d.l.si creditores.

z d.l.tres tutores.

a l. publia.§.fi. depos.

b cõsi.24. col.j.

c l.pen.j.de non num.pec.

d Bartol. d.l. ex duob.quæst.9. Fulg. d. consi. 135.

e l.in summa.ff. de cond.ind.

partes fingere litem causa adiuuãdæ transactionis, ubi lis probabiliter esse non potest[f], alioqui nulla esset inter pactum trãsactionemq; differentia[g], indistincteq; post rem iudicatam transigi posset[h], reiq; solutæ repetitio competeret, quod tamen falsum est[h], & ideo in claris non ualet transactio, sicut nec cõpromissum[i]. Qua ratiõe & traditũ est, si ex lege municipij Prætor secundum fiduciarij Doctoris consilium iusdicere teneatur, in claris tamẽ perspicuisq; articulis non teneri[k], nisi ex generalitate uerborum legis suspectam legislatori Prætoris cognitionem fuisse appareat, ne proclaro id duceret[l], quod ambiguum esset[l], quod & à me responsorum libro primo disputatum est. Intelligendum igitur Rescriptum est, ut tunc ei locus sit, quum mulier hæc probabiliter litigare potuisset, ut quia de hereditate patris, à quo exhæredata erat, ageretur, negaretq; ipsa, iustam exhæredationis causam fuisse[m]. Idem si ex statuto fœminæ dotatæ excluderentur, ipsaq; dotatam se non esse allegaret[n], existimauerim tamen ualere conuentionem quum possessor petitori, quàmuis calumnianti, non nisi eatenus dat, quatenus quilibet diligens paterfamilias facti uexationẽ redimeret[o].

f l. cum hi. §. si cum lis. ff. eo.
g l. j. ff. eo.
h l. post rem ff. eod.
h gl. l. elegãter. in fin. de cond. indeb.
i Alex. cõs. 22. col. j. in j.
k Bar. l. ille aut ille. de leg. 3.
l Paul. Cast. cõ sil. 194. uiso pũcto. in 2.
m Auth. nõ licet. j. de lib. præte.
n Bald. l. fin. j. de dot. prom.
o arg. c. dilectus. de Simo.

b ¶ TRANSEGISSE. Accursius actorẽ fuisse Luctatiũ existimat, quoniam transigere proprie actor dicatur, id est ab actione transire. Ego cum pluribus nihil referre sentio, actor an reus fuerit, uerisimileq; est, potius reũ fuisse, seu timuisse, ne à sorore cõueniretur: receptius enim est, reum quoque proprie transegisse censeri, quia transigere dicitur, qui præter intentatam actionis in iudicio formulam aliquid dat, uel recipit, ut super Rubrica declarauimus: recedit autem ab actione tam actor quàm reus, alter actiue (ut Picus ait) alter passiue[o]: & ideo si in lege municipij mentio sit transigentis, etiam reus continebitur, non tam ex regula correlatiuorum, ut quidam sentiunt[p], quàm (ut ego arbitror) ex sermonis proprietate, utrumque enim æqualiter substantia transactionis respicit: Decius eius personam inspiciendam tradit, cui ex transactione acquiritur. Sed quum trãsactio non fiat, nisi ultro citroq; dato & recepto, non putarim eius sententiam hac in quæstione procedere, solum igitur ei distinctioni locus erit, quum lex nõ transigentis, sed acgrentis mẽtionem facit[q].

o l. filius fam. de test.
p l. fi. j. de indic. iud. toll.

c ¶ PROPTER timorem. Differt quidẽ casus ipse infortuniũq; ab eius metu: sicut id quod immineat, ab eo quod iam euenit. Vnde lex municipalis de aliquo actu uerba faciens, de eo qui iam absolutus perfectusq; sit intelligetur[r], non de imperfecto[s], aut de antecedẽtibus eius[t]. Et hoc est quod dicimus, legis uerba cum effectu accipi debere[u], & de re quæ exequutionem facti consequuta sit, non autem ex sola animi destinatione inducatur[x]. Quandoque tamen de timore mali idem quod de malo ipso iudicamus[y]. Cicero in oratiõe pro lege Manilia: Nam in cæteris rebus, quum uenit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in uectigalibus, non solum aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Seneca: Peior est bello, metus ipse belli. Vnde responsum est, remissionem publicanis perinde ex metu faciendam, ac ex ipso bello fieret, quod Anch. censuit[z]. Sic & conductori timore pestis de domo migranti, remissio mercedis fieri debet[a], etiam si deinde uere nulla aduenerit pestis[b]. Nam & timor armorum idem operatur, quod uis re ipsa armis illata[c]: tametsi à sicario uel prædone deposita essent, quum facile resumere posset: quod in eo responsum est, qui à puellæ fratribus in stupro deprænsus, matrimonio consenserat, metumq; deinde allegabat[d]. Huc pertinet & torturæ, seu equulei timor[e]. Ad cuius allegationem subuertendam, solent iudices finita quæstione, post aliquod temporis interuallum, confessionis ratihabitionem à reo exigere[f]. Sic & imminẽtis fugæ timor, eiusdem est effectus, cuius ipsa fuga[g], ut propria autoritate debitor à creditore capi, & ad iudicem deduci possit[h]. Vnde & generaliter traditum est, idem censeri, siue quis re ipsa à iudice coactus fuerit, seu probabilis coactionis

q l. debet. in fin. de ædil. edict. Bal. & Salyc. in rubric. j. de reb. cred.
r l. pen. in fin. j. de his quib. ut ind.
s glo. clemen. j. uerb. cõtrahere. de cõs. ang. Ale. cõs. 194. in 2.
t l. j. in fin. quod quisque iur.
u l. fundi. §. ite l. seq. de act. empt.
x l. Pedius. in prin. de incẽ. rui. nau.
z Alex. l. diuortio. 4. col. sol. matr.
a l. habitatores. in fi. loc.
b Caccialup. l. diem. quæstio. 40. de offic. assess.
c l. 3. §. armis. de ui et ui ar.
d Alex. cõsi. 44. in 4.
e l. 2. j. de cust. reo.
f Bar. l. j. §. dicimus. 2. de quæst.
g arg. l. fugitiuus. de uerbo. sign.
h glo. l. quæstio. ff. de pign. act. hic.

nis timor allegetur[i], censetur autẽ probabiliter is timuisse, cui per iudicis pœnale præceptũ, uel generali edicto cõminatũ fuit[k]: nec enim tormẽta aut fidiculas expectare quis debet[l]. In casu uero legis nostræ tum probabilis litis timor adfuisse uidetur, quũ uere actio de iure cõpetebat, qui emcogi potest nõ dicitur sponte dedisse[m], sicut uelle non uidetur, qui obsequitur imperio parentis uel domini[n]. Idem si iperio legis, quæ creditoribus satisfieri iubet. Quod si actio solum de facto competijsset, non uideri timore litis transactum Dec. censuit, nisi adsint conjecturæ quæ in præsentia eum acturum fuisse, probabiliterq; id existimasse reum arguant[o], quæ sententia & nobis placet, ne alioqui ibi fingi lis uideatur, ubi nulla ominino futura erat[p].

i l. notissime. ubi Bal. ff. qd' fals. tut.
k Bart. l. creditor. de solut.
l Bal. l. falsus. j. de fur.
m c. præterea. 2. ubi Ioã. Andr. de iur. pat. c. bona fides. de reg. iur.
n l. 4. ff. de reg. iur.
o arg. l. 3. §. fin. de eo qd' cer. loc. ubi Paul. Castr.
p in auth. de tabel. uers. & nõ fingant.

IMP. ALEXANDER AVG. Antiliæ.

AGE cum Geminiano, q̃ pater eius curator tibi datus, negotia tua gesserit[b]: & si apud iudicem negabit se hac actione teneri, quoniam trãsactio & aquiliana stipulatio interposita est, iudex contemplatione iudicij, quod est bonæ fidei, quæret[c], de quanta pecunia nominatim metsi non ideo ante XXV. annum rerum suarum administratio unquàm concedenda sit[c], nisi aliter iudex decreto suo censuerit[d]. Adde quod quò maiore periculo & facilius pupilli quàm adolescentes decipiuntur[e], eò & cautius agendum fuit[f]. Illud sciendum etiam, hanc actionem negotiorum gestorum tametsi utiliter solum cõpetat, nihilominus bonæ fidei esse, quod plerique hinc annotarunt. Nam & traditum est actiões, quæ directæ sunt bonæ fidei, eiusdem naturæ censeri quũ contrario iudicio intenduntur[g]: opinor, quia simili conditione censetur distractus cum contractu[g].

q gl. in uerbo nominatim.
r glo. uerbo iubebit.
s l. in agris. de acq. re. do. Fely. c. cũ ordinem. de rescr.
t l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Maced.

c ¶ QVAERET. Poterit igitur iudex reum compellere, ut exceptionem suam generaliter propositam declaret[h], quod in his intelligendum, quæ in facto consistunt: tunc enim non minus apte & clare reus excipere, quàm actor agere debet[i]: in his quæ iuris sunt secus est, ualetque rei exceptio generaliter negantis ius actori competere[k], & ita cæteri hic sentiunt. Sed certe lex nostra non communem regulam, sed aliquid quod specialiter bonæ fidei iudicijs indultum sit, attingere uidetur. Sunt qui hic probari existiment in hisce iudicijs iudicem etiam parte non petente procedere posse, uerum id nimirum communi regulæ derogaret[l]. Ego existimo in hoc uerti bonæ fidei iudiciorum fauorem, quod quàmuis reus ex generalitate uerborum petitioìs, itemque Aquilianæ stipulationis adiuuare tur, nec probationes ab eo exigi debeant, liceat tamen iudici quærere, eumque interrogare

b ¶ GESSERIT. Actione igitur negotiorum gestorum aduersus curatorẽ adolescentis agendum est, non tamen directa, quæ non nisi in uoluntario adminis-

u Bart. 3. l. j. col. fin. l. 3. §. pen. de neg. gest.
x l. curatori. j. de neg. gest.
y l. j. §. dixerit. de publica.
z §. est autem. Inst. de tut.
a l. ne copulãdis. j. de nupt.
b §. item inutil. inst. de cur.
c l. j. de mino. ff.
d l. in uniuersis. j. qui dar. tut.
e §. impuberes. instit. de susp. tut.
f l. alienũ. ff. de pœnis.
g gl. §. actionũ. uerb. tutelæ. de act.
h gl. Põp. §. præterea. de acq. poss. l. si ad resoluẽdam. j. de præd. min.
i l. j. §. labeo. ff. de flum.
k l. fin. in princ. ubi Bald. j. de fideicom.
l l. j. ut quæ def. aduo.

terrogare, quid in prosequutione causæ actum sit, an non obstante uerborum generalitate de certa solũ pecunia transactũ fuerit[m], quũ alioqui regulariter interrogationes non admittantur, si ad litis decisionem spectant, sed solũ quæ iudicij instruendi præparandiq; causa fiunt[n]. Existimauerim igitur quod lex ait, quæret iudex, ad partis cuius interest petitionem intelligẽdum[o]: cp si dura uidetur hæc subauditio, potest re sponderi, eo ipso quod actor negotiorum gestorum actionem quæ bonæ fidei est intentat, adhucq; extinctam non esse asseuerat, censeri consequenter à iudice petijsse, ut huius rei uestigãdæ causa ipsum qui cõuenitur interroget. Consequentia enim latius in materia fauorabili accipiuntur, cp in ea quæ non ita fauorabilis sit[p].

d ¶ DE MINORE. Hinc ostenditur eum cui c c. à Titio debeantur, posse centum sola petere, quod solent aliqui credito res facere, ut experiantur quid in minore summa probare possint: quo argumẽto cẽsuit Angelus eum qui actiones plures ex uarijs iniurijs uel pluribus furtis habeat, posse una tantũ, si uelit, interim experiri[q]. Si tamen allegaret reus id calumniæ causa fieri ut maiore tædio laboribusq; afficeretur, deberet iudex actorem compellere, ut unico iudicio ageret[r], qua ratione receptũ quoq; est, non concedendũ actori ut reum pluribus libellis uexet, reo scilicet opponẽtes[s]: nam & uice uersa cogi nõ potest creditor, ut particularem solutionem recipiat[t], qua de re alibi disserui.

e ¶ RELIQVAM. Limitata ergo causa limitatũ effectum producit[u]. Vnde immunitas alicui ob ægritudinẽ data, de personalibus solum muneribus intelligitur[x]. Promissio restituendi damni inter socios, quatenus in communi negotio quis illud subierit restringitur[x]. Sic nautę, uel caupones de eo solum tenentur, quod exercẽtes suum negotium receperint, extra negotiũ ex edicto nõ tenentur[y]. Sic uidemus legatum ob causam relictum, secundum eam restringi[z]. Vnde & finita causa dilationis, finitur dilatio[a]: Et finita causa priuilegij, extinguitur priuilegium[b]: Et generaliter solet causa cuilibet dispositioni adiecta, dispositionẽ ipsam coarctare[c]. Sic & ratio legis eam restringit[d], & cessante ratione uel causa, cessat ipsa dispositio[d]. Inducuntq; hęc recentiores uarijs quæstionibus, ut domini nõ teneãtur de familiæ delicto, si extra ministerium suũ ea deliquat[e], ut Prętor de apparitorum suorum crimine nõ obligetur, si extra muneris sui causam peccauerint[f]. Vt nuncio publico extra officij sui causam nõ adhibeatur fides[g]: Vt fideiussor ultra causam fideiussionis exigi non possit: ut si in causam campsoriam promisit, ex mercimoniali non teneatur[h]: si pro fidelitate præfecti arcis spepondit, nõ nisi ob custodiam teneatur, pro præfecti furtis & cõcussionibus non teneatur[i]. Quo exemplo Picus se i pro eo respondisse ait, qui in causa syndicatus Prætoris fideiusserat, ut pro stupris à Prætore perpetratis non teneatur, sed solum quatenus in officium suum respicientibus deliquerit: nam & syndici, nõ nisi de eis criminibus ingrere possunt[k]. Sic quũ lex certis iudicibus mercatorum causas demandat, de eis solũ intelligetur quæ mercimonij causa cõtrouertuntur[l]. Sic & lex plenam fidẽ iubens Thesaurarij uel mercatoris libris adhiberi, ad causam munus Thesaurarij uel mercimonij spectantẽ restringitur[m]: & ita Pontanus, Aret. Iason cẽsuere. Contra Dec. quia à generalitate uerborũ legis recedẽdum non est[n], quæ mercatoris uel Thesaurarij mẽtionem fecisse demonstrationis causa uidetur, non limitationis[o]. Sed ego cõmunẽ sententiam sequor, quod lex hæc iuris cõmunis correctoria restringẽda sit: & quia uerisimile non est, id priui legiũ personæ, sed causæ potius cõcessum, quum probabile nõ sit, tantũ fidei mercatorũ indulgeri, quã in aliquibus leuem uidemus, & ideo nõ satis legibus hi approbantur[p], ut quibus illud sit semper in ore:

O ciues, ciues, quærẽda pecunia primũ,
Virtus post nummos.

Nam & Mar. Cic. ditari eorum plerosq; ex mẽdacio affirmat. Fatendũ itaq; mercatorẽ mentionẽ in eo statuto nõ demõstrationis tãtum, sed & limitationis causa fieri. Cæterum ex quibus causis generalia legum uerba limitari restringique possunt, diffusissime à nobis tractatum est lib. de uerborum significatione primo.

IDEM AVG. Numedio.

ACTIONE ad. Duplici modo contrahitur transactio, pacto nudo, itẽque acceptilatione. Si pacto nudo transegerim, tuq; conuẽtionẽ nõ obserues, priore actione, super qua transactum erat, experiar, & tibi de transactione excipienti de dolo, ob inobseruantiam, replicabo[a]. At quoties accepto lata est prior actio, ut in hoc rescripto dicitur, suscitari exerceriq; amplius nequit[b], sed solum de dolo agitur: qui quidem tripliciter committi potuit: & Primo ante transactionem, quum curator dolose administrauit, sed de hoc consentiunt omnes in lege nostra nihil attingi[c]. Secũdo, in ipsa transactione, ut quia reus dolo malo actori persuasit, ut accepto ferret, & de hoc rescriptum nostrum Azo Accur. cp interpretantur, cum quibus & cæteri sentiunt, caret cp hæc interpretatio omni ferè scrupulo, nisi quod unum id aduersari uidetur, quod actio qua tenetur curator, bonæ fidei est[d], quo casu & eius remissio eandem naturam seruare debet[e]. Dolus autem cõtractui bonæ fidei causam præstans, ipso iure cõtractum infirmat[f], & tamen hic tradit acceptilationẽ ualere. Sed ultra alios[g] ego respondendum arbitror, quod actio negotiorum gestorum, quæ in curatorem datur, & bonæ fidei est, per Aquilianam stipulationem nouata est[h], & transactio subsequens stricti iuris est, merito propter dolũ ipso iure non perimitur[i]. Non enim dolose creditor in eo læsus est, quod actio fuerit nouata, quippe parum id sua interesset[k], sed in eo, quod stipulatio ipsa noua, quæ iam stricti iuris erat, acceptilatione peremptа est. Tametsi & illud dici possit, trãsactionem, sicut alios contractus innominatos, generaliter stricti iuris esse, quod supra in rubrica defendimus. Tertio, dolus post transactionem committi potuit, quia reus dolose non soluat, promissaq; non adimpleat, & hoc de dolo Pyleus legem nostram interpretatus est. Contrà sentiunt plerique, quia si reus non obseruet, præscriptis uerbis uel condictione ob causam cõuenitur[l], quæ actiones ubi competũt, ad subsidium edicti de dolo recurrendum non est[m]. Addunt alij impossibilem hanc esse positionẽ, quum ea transactione dolus futurus remitti nõ potuerit[n]. Sed id parũ me mouet, uerisimile est enim Pyleũ de posteriore alia transactione, super dolo particulariter facta, legis nostrę exceptiuam clausulã intellexisse: magis itaque prior ratio urget. Sed tamen ea non obstante duobus casibus defendi hęc interpretatio potest: & Primus est, quẽ Bartol. probat, cum non solum actum est actionẽ accepto ferri, sed etiam promissum ab actore fuit, quod nec de facto unquàm ipsum reum inquietaret, huiusmodi enim promissio nunquã perfecte adimpleri potest, ut quæ tractum usque ad extremũ uitæ exitum habeat[o], merito præscriptis uerbis agere non poterit, quoniam hæc actio non nisi ei datur, qui perfecte ex parte sua adimpleuit[p]. Non aget quoq; condictione ob causam, quia ea non nisi ex duplici capite conceditur, pœnitentiæ aut moræ[q]. At pœnitentiæ nullus in transactione est locus[r], mora uero per reum nulla est cõmissa, quum actor ipse nondum adimpleuerit[s], meritò ergo quũ nec actio præscriptis uerbis, nec cõdictio hoc casu competat, in subsidium agi de dolo debuit: Videtur enim actum ut actore eo modo quo potest adimplente, reus statim conuenta persolueret, quod quum minus fecerit, dolose egit[t], & ita plerique propter Bar. autoritatem senserunt. Sed Aret. & Rimin. plurimis rationibus aduersantur, nam & mihi durum uidetur, ei qui perfecte non adimpleuit, potius actionem de dolo, quæ rei famam onerat, & ideo non nisi in eius odium datur[u], concedi, cp condictionem uel præscriptis uerbis actionẽ[x], & id aduersus ipsum reũ, qui in mora non sit, multominus certe in dolo[y]: quum si in mora esset, fateatur Bart. cõdictioni locum futurum[z]. Nam & si affirmemus id actũ cẽseri, ut sufficiat si actor eo modo adimpleat quo potest, cur ex parte tium uoluntate perinde condictio uel præscriptis uerbis actio non datur, ac si perfecte adimpletum fuisset: Constat enim naturalia cõtractus uel tacito pacto remitti posse[a]. Secundus est casus qui magis contextis uerbis conuenire uidetur, ut con-

m l. ubicunq;. de inter. act.
n Bar. l. j. de int. actio.
o l. 4. §. hoc autem iudic. de dam. inf.
p l. binas. de ser. urb. præd. c. fi. de uerb. sig. l. fi. §. fi. de le. 3.
q l. interdum. 2. §. fi. de furt.
r Bar. l. in cõmodato. §. duobus. cõmo.
s Alex. Aret. l. qui totã. in fin. de acq. hæred.
t l. tutor. §. lucius. de usur.
u l. in agris. de acq. re. do. l. j. de fideius.
x l. 2. §. corporis. de uac. mu.
x l. cũ duobus. §. cũ erat. p soc.
y l. 3. §. eodem. naut. caup.
z l. scio. in prin. de an. leg.
a l. à filia. §. alũ no. ad Treb.
b l. Titia. §. usiuras. de leg. 2.
c l. cũ pater. §. dulcißimis. de leg. 2.
d l. adigere. §. quamuis. de iure pat.
d c. cũ cessante. de app.
e Bar. l. ne quis. de ĩcẽ. rui. ngu.
f Angel. l. j. j. si rect. prouin.
g Doct. c. cũ pa rati. de appel.
h Bald. consil. 142. 3.
i Bald. l. j. de mag. cõue.
k Bal. l. 2. j. de ratiocin.
l l. fi. j. de iur. om. iud.
m l. si quis. §. ratione. de æden.
n l. j. §. ut generaliter. de leg. præst.
o l. mella. de leg. l. quidã ita stã. in princ. de leg. j. Bar. l. cũ pater. §. mensæ. de leg. 2.
p l. antepen. in fi. j. de cohar. lib. xij.
a l. cũ proponas. 2. 3. tit. j. l. situe. j. eod.
b l. qui res. §. fi. de solut.
c Sed in l. j. 3. c.
d 3. l. prox.
e glos. l. de tutela. j. de in integ. rest.
f l. & elegãter. in princi. ff. de dol.
g hic, & in l. sub prætextu. j. e.
h §. j. Insti. qb. mo. tol. obl.
i l. pen. j. de inutil. stip.
k l. j. §. pen. ff. de dol. l. si cautũ. in fi. j. eod.
l l. si quis acceptо. de condic. ob causam.
m d. l. j. §. pe.
n l. iurisgẽtium. §. si paciscar. ff. de pact.
o l. ubi j. eo. l. elegãter. §. pen. de cõdict. ind.
p l. naturalis. §. j. de præscrip. uerb.
q l. si pecuniã. l. j. in prin. de cõdic. ob causam.
r l. quãuis. j. eo.
s l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.
t l. si procuratorem. §. dolo. ff. mand.
u l. 2. j. de dolo.
x l. quoties. de præscr. uerb.
y Bart. l. si insulã. uersi. 3. opponо. de l. fid. ff. de uerb. obl.
z d. l. j. in princ.
a gl. l. pacta. ff. de contrahen. empt.

tractum hic facio ut des existimemus, quo in cõtractu regulare est, ei qui fecit, aduersus dare detrectantem, actionem de dolo competere[b]. Is enim qui remittit tunc dare censetur, quum debitum liquidum remittit[c]. Sed quũ debitum liquidũ non est, quia fortè nihil debeatur, tunc qui remittit, facere censetur[d]. Nec me mouet quod quando ex facto agentis aliquid reus accepit, actionem de dolo non competere Bar[e]. censuerit, quia hæc sententia uera non est, & responsum Pauli uiolat[f]. Et ut demus uerã esse, nihil adhuc Pyleo obstat, quum non constet reum hac ex transactione aliquid accepisse[g], quid enim si bonam causam fouebat? In dubio enim de dolo agi Bartol. quoq; ipse & Aret. & plerisq; aliĳ senserunt[g], quos & ego sequor.

b ¶ DEDVCTA. Fuit necessaria Aquiliana stipulatio duplici ex causa. Primo, quia licet tutela ex lege XII. tab. introducta sit[h], & ad eius similitudinem cura[i], tamen obligatio quæ inde oritur iurisgẽtium est, & actio negotiorum gestorum, licet ciuilis[k], ab eo iure originem trahit, quæ quum extensa sit, ut in curatorem detur, suam tamen naturam seruat[l], ut naturalis censeatur, Vnde ciuilis ratio, quæ in acceptilatione uersatur, eam ipso iure tollere non potuisset[m], merito prius nouatione opus fuit, quæ præcedentem non omnino perimit, sed transfundit[n], & ita Accur. sentit, quem pauci sequũtur. Alĳ necessariam alĳa ratione aiunt: Aquiliana enim stipulatio solam obligationem perimit, quæ uerbis contracta sit[o]. Et ideo siue præcedens obligatio sit iurisgentium, siue iuris ciuilis, ut accepto ferri possit, prius in uerborũ obligationem transformanda est. Nam & contractus emphiteuticus, quem constat iuris ciuilis esse, acceptilatione sola extingui nequit, quia non uerbis cõtrahitur, sed consensu, ut plerisq; omnes hic tradunt[p].

c ¶ NISI. Sunt qui dictionem hanc idem significare existimẽt, quod sine[q], quæ sententia, & autore & ratione caret: quum uerius sit, ex si non, formari[q]: & ideo omnes fatentur coniunctionem esse exceptiuam, quæ (ut ex textu nostro apparet) dupliciter construitur, quandoque enim sub eodem uerbo regitur: quandoque aliud ipsa exigit, quod tum facit, quum de alio termino agitur, quàm qui priore clausula continebatur[r]. Igitur quum dictio sit exceptiua, apparet si præcedens clausula affirmatiua sit, exceptione negationem induci, si uero præcedens neget, exceptio affirmabit: Contrarium enim præcedenti sensum semper inducit, ut si testator scripserit, Sempronio amico meo non lego nisi stichum & Pamphilum: censebitur enim eos legasse[s], licet aliqui absque ratione dissentiant[t]. Idem dicẽdum quum quis, nõ promitto inquit, nisi pontifex Perusiũ uenerit, ualet Promissio, & post Pontificis accessum utiliter ex ea agetur[u]. Sed pone, reus positionibus actoris respondens, sic uerba concepit, Nego eas, nisi probentur: nunquid eis probatis, etiam propria confessione conuictus censebitur? Bald. censeri credidit[x]. Ego dissentio, quia contrarius sensus non est, confiteor, sed nõ nego, quod medium quiddam est inter negantem & uere affirmantem[y], suæq; responsionis ambiguitas, ex eius mente interpretationem capiet, ne scilicet confessus uideatur[z]. Pone rursus, dixi puellæ, non habebo aliam in uxorem nisi te, an præsens matrimoniũ contractum erit: Et aliqui censuerunt[a], sed recentiores dissentiunt, propter uerbum futuri temporis, nec quicquàm speciale fauore matrimoniĳ arbitrantur, quum nec fauore libertatis id inductum sit[b]. Et quod de uerbo futuri temporis traditur, etiam de infinito præsenti dici potest, quum uerisimiliter actum est ad futurum referri[b], ut si dixerim, Promitto nulli uẽdere nisi tibi: nõ enim hac exceptione actus ponitur, sed potentia tantum, ut hic tradũt omnes[c], plurimũq; efficit huiusmodi promissio, quod scilicet cuicunq; alteri uendere promissor non potest. Sed quid in ea quæstione arbitrandum est: Puella iuueni se appellanti responderat, nolo ut me cognoscas nisi honeste, atq; ita se facturum iuuenis receperat, uitiaueratq;: Respondit And. Siculus[d] matrimonium cõtractum uideri, quum honeste eo modo attingi mulier citra matrimoniũ nequeat[e], Nam (ut in carmine ad Hymenæũ inquit Catullus poëta) * Nil potest sine te Venus, Fama quod bona cõprobet Commodi capere, at potest Te uolẽte: quis huic deo Cõpararier ausit? Sed certe absq; cõsensu matrimonium nullum est, nec

[b] d.l. naturalis. §. qd' si faciã.
[c] l. si mulier. de cond. ob eau.
[d] Bar. d. §. quod si faciã. Iacob. Butr. Saly. Frãcisc. Tyg. hic.
[e] l. cũ mota. j. e.
[f] d. §. quod si faciam.
[g] l. pen. de lib. leg.
[g] d. l. j. §. pen. de dol.
[h] §. j. Instit. de tut.
[i] Inst. de cur. in princ.
[k] l. 2. §. deinde. de orig. iur.
[l] l. præced.
[m] §. sed naturalia. Inst. de iur. natur.
[n] l. in rem. §. itẽ. de rei uend.
[o] l. an inutilis. §. acceptum. de accept.
[p] glo. §. j. uerb. cæteræ. Instit. quib. mod. tol. oblig.
[q] Fulg. Iaſ. hic.
[q] gl. l. sancimus. §. j. j. de don.
[r] Bar. l. si cũ. §. fi. si quis caut.
[s] l. 2. ubi Iaſ. in prin. j. de bon. poſ. ſecũd. tab.
[t] Iaſon hic.
[u] Bal. c. cũ acceſſiſſent. d' cõſt.
[x] d. c. cum acceſſiſſent.
[y] c. is qui tacet. de reg. iur. in 6. glo ſ. l. ſi quis tas. j. de pet. hær. in fi.
[z] l. ſi quis intentione. de iudic. Bartol. Lãs Cyreus. conſ. pen. de pub. iud.
[a] Abb. c. ex parte. de ſponſ.
[b] l. Titia. §. fin. de manu. teſt.
[b] gl. l. 3. §. pen. de uerb. obl.
[c] l. ſi ſterilis. §. ſed ſi ita. de act. emp.
[d] cõſi. 6. in ſ.
[e] c. cum ſuper eo. de teſt.
* In Epitalamio Iuliæ & Mallĳ.

nec uerisimile est, iuuenem his uerbis tam consensisse, quàm puellari simplicitati illusisse, quod & aliqui hic senserunt[f]. Et hæc quidem exẽpla ad primã speciem satis sint, quum eodem uerbo, & principalis clausula, & exceptio regitur. In secunda specie, quũ exceptio sub priore termino non compræn-ditur, sed aliud uerbum requirit, duplex tradita est conclusio. Prima est, ut si præcedat affirmatio exceptio neget, in testamentis propria conditione[g], in contractibus impropria, ut quæ actum interim non suspendat, sed euenientе conditione resoluat[h], qua de re uidenda sunt, quæ alĳ tradidere[i]. Sequens conclusio difficilior est. Est enim, ut si præcedat negatio, exceptiua ponat, non actum, sed potentiam: exempli causa, quum testator, Onesiphore (inquit) liber ne esto, nisi rationes reddideris: redditis enim rationibus, non ideo erit liber, sed prohibitio solũ cessabit[k]. Sic & peccatum (inquit lex) non remittitur, nisi restituatur ablatum[l]. Nunquid restituto furto, remissum est peccatum? Certe non, necessaria enim adhuc cõfessio pœnitentiaq; est[m]. Sed cur cum affirmatiua actum ponat, negatio non actum, sed potẽtiam neget? An quia plus negat negatiua, quàm ponat affirmatiua[n]? Hæc enim solũ actum ponit, illa & actum & potẽtiam negat. An quia cũ testator inquit, Onesipho liber ne esto, si de solo actu intelligeretur, uerba essent superflua, eo enim ipso quod tacet, & nihil ei legat, liber non est, quum datio libertatis factum requirat, merito ut uerba aliquid operentur, nõ solum actum, sed & potentiam abnegant[o]. Quapropter si datione libertatis præcessisse ponamus, cuius deinde negatiua clausula cũ subsequente exceptione subiecta proponatur, secus erit, ualebitq; datio libertatis, quoniam prædicta ratio cessat, apparet enim de actu non de potentia excipi[p], quod & Iaſ. hic attestatur.

d ¶ SPECIALITER. In sua specie: licet nõ singulariter, seu (ut uocant) in individuo? Triplici autem modo remissio dolo considerari potest. Aut enim transactio ipsa facta est per dolum, ut quia quis ad liberationẽ inductus est, & omnes ex textu nostro affirmant nõ cẽseri remissum hunc dolum, nisi specialiter eius mentio facta sit. Aut de dolo quærimus, qui in ipsa administratione interuenerit, & specialiter quidẽ remitti potest[r]. In generali uero transactione remissum non uideri aduersus Accur. receptius est[s], nisi reus nullum lucrum ex huiusmodi dolo fecerit, nihilq; ex reliquis penes se habeat[t], qua de re uidenda sunt que alibi diffusius tractantur[u], Aut de remissione doli futuri agitur, & constat nec specialiter quidem dolũ de futuro remitti posse[x]. Quapropter si testator tutorem à reddendis rationibus liberet, dolumq; se remittere dicat, non tamen sic tutori consulit, quin de dolo conueniri possit[y], quod de dolo uero intelligendum est, præsumptus enim tacite potest remitti, licet expresse non possit[z]: sicut & culpa eo casu remissa censebitur[a]: item dolus qui non ex animo, sed re ipsa interuenerit, nulla enim hinc occasio delicti oritur, ut Bald. censuit[b]. Idem respondit Dec.[c] in dolo qui nõ perpetrando, sed negligendo commissus est, quod dictum ex Fulg.[d] restringitur, quum tutor coniunctus pupillo est, nec locupletior factus, quę sententia uerior uidetur. Sed quid si testator non solum tutorem liberauit, sed addidit, quicquid exactũ ratione doli fuerit, id restitui tutori uelle? atq; ita fidei hæredis commiserit: & Dyn. Ray. & responderunt ualere fideicommissum: quos Angel. sequutus est, & Cornæus, idemq; fere & Alex. sensit: quibus & nos assentimur, ut quatenus damnum inde patiatur consequi debeat, quoniam id Iulianĳ responso cautum uidetur[g], quod aliqui dissentientes interpretatione sua uiolant, dum aut de dolo loqui eum negant, aut de præterito intelligunt, quum ex præcedentibus responsi uerbis cõtrarium appareat. Nec me mouet quod dolus de futuro remitti non possit, quia satis fateor dolum remitti non posse[b], sed tamen legatum ualere, quum testator de re sua liberam deponẽdi facultatem habeat, nec dolus fiat uolenti[i], qui tamen non omnino impunitus erit, quum sarto tutori dãno nihilominus grauata eius futura sit opinio, condẽnationẽq; doli infamia sequatur[k], quæ grauis censetur pœna[l]. Quod si testator doli specialem mentionem non fecit, sed simpliciter ἀνεκλογίστως tutorem esse iubeat, & tantundem leget quantum eo nomine exactus unquã fuerit, satis putarem nõ censeri testatorem in eum casum prouidisse, quo dolose ageret: & ita aliqui ex aduersantibus loquuntur[m], licet Franciscus Cremen. inter Alexandri

[f] Cald. & Præpo. d. c. ex parte. Picus l. 2. j. de secũ. nupt.
[g] l. fideicõmiſſ. §. ſic fideicommiſſum. de le. 3.
[h] l. obligat. ſere. ff. de act. & obl. §. cõditio.
[i] l. 2. ff. de in diem adiect.
[k] l. Titiã §. fin. de manu. teſt.
[l] c. peccatũ. de reg. iur. in 5.
[m] Bal. c. præterea requiſiſti. colum. pen. de app.
[n] glo. l. hoc genus. de cõd. & dem. gl. 2. c. j. de reg. iur. i 6.
[o] Bald. d. c. cum acceſſiſſent.
[p] l. ſi quis ita libertatem. §. fi. de ſtatulib.
[q] Bar. l. j. in fi. ſi quis in ius voc. nonie.
[r] l. ſi quis rationes. in fi. ff. de lib. leg.
[s] S. Aurelio. §. fi. de lib. lega.
[t] Bar. d. §. fi.
[u] d. §. fi.
[x] l. ſi unus. §. ille lud. ff. de pact.
[y] l. quidam decedens. in prin. de adm. tut. Bart. d. §. fi.
[z] l. j. ubi Bal. j. de uſufr.
[a] l. cum tale. §. j. ubi Paul. Caſtr. ff. de cond. & demon.
[b] Fely. c. ſi diligẽti. col. ante penul. de for. comp.
[c] Conſilio 178. 192.
[d] Conſi. 25. col. 2.
[e] d. l. quidã decedẽs. uerſ. dãnũ. 183. & 144. Corn. 313. in. j. Alex. 54. in 2.
[f] d. uerſi. dãnũ.
[g] l. ſi unus. §. ille lud. ff. de pact.
[h] d. l. quidã. ubi Petrus & Iac. & l. cũ cõuenerit. d' pact. dot.
[i] l. cum donationis. j. eo.
[k] l. j. de his qui no. infa.
[l] l. iuſta. ff. de manu. um. ἀνεκλογίστως
[m] Fulg. cõſ. 103. Ang. 175.

xandri consilia aliter responderit[n], & præterea alij quidam[o], quos hic Iason recenset quorum sententiam ueram tunc solum putauerim, quum manifestaria fraude hic usus fuisse deprænditur, uel cũ alias tutor nõ de damno ultando ageret, sed lucrũ ex dolo suo faceret[p].

o Anch. cõs. 117. Ant. 6. Cur. 66. Saly. l. cum necessitatem. j. de fideicom.

p d. uers. dãnum.

IDEM AVG. Suacatio.

QVum te transegisse. Quum de transactione ex cõfessione partis constat, alia probatio per scripturã necessaria non est. Vnde apparet, substantia transactionis non requiri, ut scripturæ mandata sit, quo argumento idem à plerisque traditum est de arbitratoris laudatiuo[a]. Illud eẽ transactio quoque est. Dec. contra, quum transactio non ualeat nisi aliquo ultro citroq; dato & recepto[b], & tamen illud laudatiuum ualeat, etiam si alter omnino absolutus sit, nilq; alteri dederit[c]. Vnde existimatum est, id laudatiuum lata tantummodo transactionis appellatione contineri. Sed tamen ut id ita esse fateamur, non sequitur quin argumentum de uno ad aliud, tanquàm de similibus ualeat, & ideo uera sit communis sententia[d]. Sed an idem sit in arbitro? Et non uidetur, quia redacta sunt arbitria ad similitudinem iudiciorum[e], & ideo sicut iudices scripto proferre dissinitiuas debent, ita etiam arbitri[f]: quæ sententia in arbitro iuris uerissima[g] est, in compromissario uero dubia, quoniam expressum iure non reperitur, ut scriptò iudicare debeat, quum & notionem solum, non autem iurisdictionem habeat[h], quod si quando constat compromissarios scriptò iudicasse[i], non sequitur id magis ex necessitate legis factũ, q; ex facti euentu[k], quod Dec. aduersus cõmunem sententiam credidit.

a glos. in auth. ut differẽ. iud.

b l. trãsactio. j. e.

c Bar. l. quod si Ephes. §. j. de eo qd' cer. lo.

d l. nõ possum. ff. de leg.

e l. j. ff. de arb.

f l. cũ antea. j. de arbi.

g l. j. j. de sententijs sine peri. reci.

h l. aist. d' re iud.

i d. l. cũ antea.

k gl. l. j. j. qñ nõ pet. partes.

b ¶ POST LEGITIMAM. Ante enim legitimam ætatem, si minor læsus ex transactione esset, restitui in integrum posset[l]; non uidetur autem læsus quando id fecit quod etiam diligens paterfam. facturus fuisset[m]. Idem si propter futurum euẽtum incertus fuit, an sibi ius competeret, mutuumq; periculum remisit[n]. Sed & in dubio, id est quum dubitatur an læsus sit, uerius est nõ restitui, idq; litium odio, ut Alexan. censuit[o]. Et hinc annotant Doctores, legem generaliter loquentem, etiam de minoribus intelligi, nisi nominatim excepti uerbis legis sint[p]: & ideo lex municipalis ad cõpromissum cõsanguineos cogens, in minoribus quoque obseruabitur[q]: & censoria lex de uectigalibus loquens, minores quoq; ad uectigal adiget[r]: quod & generaliter admittendũ est[s], ut tamen scias, non ideo eis sublatum restitutionis in integrum auxiliũ, & si qua remedia ei ætati iure communi indulgentur[t].

l rubr. j. si aduer. trans.

m l. uerum. §. iterum. de min.

n l. de fideicommisso. j. eo.

o l. minoribus. de min. Alex. l. nec cæsarijs. cõs. 2. de acq. her.

p Bal. l. pen. j. de infam.

q Bal. l. fi. j. de in int. rest.

r Bar. l. imperatores. §. j. de publica.

s Bar. l. scire. §. Lucius. de admin. tut.

t gl. l. j. j. si de mom. post. Moder. hic.

c ¶ CONFESSIONE. Cum supra ita professum fuisse minorem dicatur, hic probatur, confessionem in supplicatione principi porrecta factã, tametsi absente parte, nihilominus fidem facere[u], nõ tam quod scriptura semper loquitur[x], cũq; quòd eo animo porrecta uidetur, ut etiã parti ipsi ostẽdatur, unde censetur princeps uel iudex nuntij officium hac in re præstare, ut Bart. censuit[y]. Ego hanc uim professioni ipsi, id est actis tribuo, quæ publica sunt, & acceptarẽ à iudice nomine partis, uel à parte ipsa quãdocunq; possunt[z], arbitrorq; huiusmodi cõfessionem nõ fictione legis induci, ut Socy. quodã responso censuit,[a] sed ex ueritate, quũ hic cõstare de re ipsa ex cõfessione dicatur, quæ uerba nihil ad fictionem pertinẽt. Illud nõ diffiteor, qñq; hanc cõfessionẽ ex tacita quadã cõiectura induci, quũ scilicet uerba expressim nõ affirmant: uerbi gratia, solebãt antiq seruos quos manumittebãt ĩ nomẽ seu familiã suã adscíscere[b], qd Ang. Polit. Miscell. cap. XXXI. ostendit. Pone, C. Proculus aduersus Damã supplicauit, & in libello C. Proculũ Damã appellauit, tacite uideẽ cõfessus eũ manumissum fuisse[c]. Sanè sciẽdũ est, nõ adeò tali cõfessõi quæ in libello facta sit stari, ut cõtrariũ probari nõ possit, siue principaliter dicta sit[d], siue enũtiatiue, tametsi ad actus substantiam necessaria assertione[e]: quẽadmodũ autem enuntiatiuis uerbis standũ sit, alibi attingetur[f], sicut & quã fidem confessio hæc, & inter quas personas faciat: sat enim sit huiusmodi alio à nobis loco declarata esse[g].

u l. 2. j. de inst. & sub.

x l. Arriani. §. hæres.

y l. certum. §. quid ab. de cõfess.

z Barto. l. possquã. 3. titu. j. l. 2. 3. de ædem.

a Consil. 122. in 4.

b l. pater. §. filiũ. de leg. 3.

c l. cũ precũ. j. de li. cau. Bar. l. nõ fatẽ. de cõfess.

d l. qui familiæ. fami.

e l. ex his uerbis. j. de test. mil.

f l. 2. 3. de ædict.

Ne cef

d ¶ NECESSARIA NON EST. Quum maioris etiam fidei confessio quàm publicũ documentũ sit, quod quibusdam argumentis Iason ostendit, nam ex inordinato processu, sequuta confessione, reus damnari potest, quũ alia probatione nõ posset[b]; post conclusionẽ causæ, sola professionis prolatio admittitur[i], quælibet alia reijcit[k]. Aduersus rẽ iudicatam uel generaliter quamlibet præsumptionem iuris & de iure confessio adhuc recipitur, aliæ probationes excluduntur[l]: & ratio est, quia confessio nõ tam probatio est, quàm ab onere ipsius probationis quoddam leuamẽtum, ut Doctores eõmuniter tradunt[m]: quæ omnia & ipse approbo, quum de confessione ex actis constat, alioqui si pars confessionem testibus probare uellet, non putarem suprascriptis decisionibus locum esse: quæ enim testibus probatur cõfessio, nihilo maiorem ceritudinem habet, quàm cæteri articuli, subestq; tali casu non minor falsi suspicio, quã in testimonijs, imò incertior alijs probationibus hæc esset, quum in illis de eo solum testes affirment, quod corporali sensu uerum esse percipitur[n], at confessio quamuis ab eis audita potuit errore effutíri[o].

h c. j. de accus. 6.

i c. cũ Ioannes. de fid. inst.

k c. cum dilectus. eo. tit.

l gl. auth. sed iã necesse. j. de dona. ante nupt.

m l. cum qui. in prin. & rub. ex de prob.

n glo. 399. c. testes.

o l. 2. ff. de cõfes.

p l. q Romæ. §. Sensit hoc Iacob. Puteus[p], dum ei qui sententia arbitri uictus fuit, non cõcedendum ait, ut per testes probet uictorem confessum esse, eam sentẽtiam iniuste latam. Sensit Anch. qui responso suo ostendit, statutum quo probationes omnes reijciuntur, confessionem quidem non reijcere, dum tamen testibus quis eam non probet[q], admissis enim testibus, statuto fraus fieret. Sensit Bald. qui hoc casu non admitti positionem confessionis censuit, quod enim testibus probari non potest, nec poni potest[r]. Nam & Canonistæ simpliciter tradunt, aduersus præsumptionem iuris & de iure nullam extrinsecus à uerbo partium probationem admitti[s]. Concludo igitur, quæ hic Doctores de confessione recensent, de ea intelligi, quæ continenter ore partis in actis probatur, non quæ extrinsecus testium examinatione probata sit: Non enim simplex hæc confessio est, sed ad casum potius mixtum pertinet, confessionis & testium[t].

q Anch. cõs. 350. in quæstione.

r Bal. l. filiũ quẽ. j. fam. herc.

s But. Card. c. is q fidẽ. de spõs.

t Bald. l. j. j. ex quib. cau. ser. pro præm. Moler. l. certi qd. §. quoniam. si cer. pet.

QVVM MOTA. Querela inofficiosi testamenti per transactionem remissa, ab hæredibus eius qui transegerat, suscitari non potest, sed aduersus non implentem præscriptis uerbis, si stipulatio nõ interuenerit, agendum est. Sed cur non potius actione de dolo agitur? quũ Paulus generaliter dicat, si fecerim, puta quia litem remiserim ut des, & postea quàm feci tu cessas dare de dolo agi[a]. Respondetur in primis de dolo agi, quum ex eo quod factum est, nihil alteri adest, alioqui præscriptis uerbis agendum, ut in casu nostro: alteri enim qui non adimpleuit, aliquid adest, nempe liberatio ab ea actione, atq; ita Bar. Alexandro & plerisq; alijs uisum est: quæ sentẽtia generale Pauli responsum subuertit[b], nec arbitror tantum Doctoribus nostris concedi, ut aduersus Iustiniani edictum[c] interpretatione sua legũ uerba destruant. Quid item si bonã causam filia non habuisset? Certe nihil ex hac remissione penes reum fuisset[d]. Accurs. hic contractus eius speciẽ celebratam censuit, quum do ut facias, licet contractus à facto cœperit, merito præscriptis uerbis agi[e]: quæ sententia cõmuniter displicuit, quum receptissimum sit, ab eo qui primum adimpleuit, contractum ipsum denominari, quod infra ostendam: hic autem mulier, quæ querelam omiserat, adimpleuerat. Ego arbitror hic contractum fuisse, facio ut facias, id est remitto querelam, ut certam partem bonorum accipiam: uerbum enim suscipiendi, dationem seu translationem dominij specialiter non significat[f], sed & ad nudum factum refertur, simplicémque possessionis translationem denotat[g], quandoque & solam custodiæ causam comprendit[h]: hic autem ex subiecta materia, non ea fieri potest interpretatio, ut dominium translatum sit, quum non de dando agatur, unde in transactione talibus uerbis concepta, non præstaret hæres euictionem[i], quia simpliciter id actum lex interpretatur, ut res illæ relinquantur, qualiquali conditione sint penes actorem, meritò is est contractus facio ut facias, nempe remitto actionem, ut relinquas certam bonorum partem, quod ex uerbis quoque legis dupliciter ostenditur.

IDEM AVGVSTVS POMPONIO.

QVum mo-

a l. naturalis. §. quod si faciam. de præscr. uer.

b d. §. quod si faciam.

c l. 2. §. pen. ff. de uet. iur. enu.

d l. petitor. ff. de lib. leg.

e d. l. naturalis. §. j.

f d. l. naturalis. §. j.

g l. j. in fi. de libel. dimi.

h l. cũ pater. §. pater plurib. de leg.

i l. si pro fundo. j. eo.

Primum,dum si stipulatio interuenit,ex stipulatu agendum esse ait: Si enim hæres addandum teneretur,nō ex stipulatu,sed certi cōdictione experiundum esset[k]. Rursus dum in id quod interest fieri condemnationem ait, atqui in obligationibus dandi,non in id quod interest ex stipulatu, sed ad dandum præcise agitur[l]. Nec me mouet quòd stipulatio naturam contractus imitari debeat[m], quia hoc falsum in cōtractibus innominatis est: in eis enim ex se tanctꝫ efficacior censetur, quod alibi Bart.[n] recte tradidit,& infra attingam.

b MOTA. Sciendum est,querelam exhæredato competentem,eo mortuo ad hæredem siue suum,siue extraneum regulariter nō transmittī[o]: iniuria enim personalis ipsi exhæredato uidetur facta,quam ipse moriens remisisse censetur[p]; quòd si mota sit iam lis uel præparata,fiet in quemcunctꝫ hæredem transmissio, quia huiusmodi expræparatione satis arguitur mens exhæredati iniuriam hanc non inultam omittere cogitantis[q]. Verum & lege noua Iustiniani exceptus à regula est casus,quo nondum præparata querela nihilominus in nepotē transmitteretur[r]: quæ dispositio quum aduersus iuris ueteris regulam esset, coarctata est, ut non procedat, quum pater eam querelam uiuens repudiasset, idctꝫ siue expresse, siue tacite, ut quia quinquennium labi permisisset[s]. Sed & nec tunc quoque procedit,quum uiuente filio exhæredato, hæres ipse scriptus adijsset, quum enim ab aditione ipsa querela oriatur[t],si ea iam orta filius tacuit,nihilctꝫ præparauit, sibi imputat,remisisse tum quoctꝫ iniuriā uidetur,& nihil ad nepotem transmittit:& hoc cōmuniter fere hic receptum est[u], licet nō pauci dissentiāt[x]. Si enim ultima legis uerba perpendamus[y],solum excludere nepotem uidentur,quum pater post aditam hæreditatem per quinquēnium tacuit. Sed aduertēdum est,eis uerbis exceptionem de regula non sumi[z],uerum à Iustiniano tres separatos casus recēseri,quod ex priore exemplo apparet,quo nō de exhæredato filio loquit̄, sed de eo cui minus relict̄ū sit,cētꝫ per leges debuerit:nec enim hic quoctꝫ casus quicquā de regula excipit,quæ in exheredato loquitur. Quanctꝫ & id dici possit exceptionē ad ius ueteris referri,tanctꝫ duobus illis casibus nihil à Iustiniano inductum dicat, sed ex iuris ueteris dispositione ita constitutū fuisse.

k Inst. de uerb. obl. in prin.

l l. ubi aūt. §. fi. de uerb. obl.

m l. stipulatus. ff. de usur.

n l. 2. j. de cond. ob caus. Alex. cōs. 40. in 4.

o l. Scimus. in fi. j. de inof. l. scripto. ff. unde lib.

p l. fi. j. de reuocan. don.

q l. posthumus. §. fin. l. seq. ff. de inoff. test.

r l. si quis filium. j. de inoff. test.

s d. l. si quis filium. in fi.

t l. Papinianus. §. si cōditioni. de inoff. test.

u Marti. Iacob. Butr. Salyc. & Iaſ. hic & in d. l. si quis filium.

x Rimi. & Dec. hic Paul. Cast. d. §. fi.

y d. l. si qs filiū.

z l. nā quod liquide. §. fi. de penu leg.

a[d] instaurari quidem semel omissam querelam per uos, qui matri[c] hęredes extitistis, iuris ratio nō sinit. Verum si fides placitis prꝫstita ut enim ad hæredes transeat querela, eam oportet saltem præparatam esse, at renuntiatio matris præparationē sustulit,& licet pacto non perimatur actio,sed ad eā adhuc propter inobseruationē aduersarij reuerti possimus[b],tamen præparatio ipsa quum in effectu perempta sit, id ius tanctꝫ personale ad hæredes transire nō potest,& ideo hæredes agere non possunt,mater si uiueret posset:& ita ego cōmuniter approbatam hanc dissolutionē defendo. Sed quū supra dixerimus,in nepotem hodie transmitti querelam,etiā nō præparatā,an si filius transegerit,deinde eo mortuo nō obseruetur,poterit nepos ad querelā reuerti? Et Alex. posse censuit[d],nec legi nostræ tunc locū esse,quū cesset ratio præparationis, quæ necessaria hodie non est,quod & Rimi. latius disputādo approbat. Cōtrà Bal. Fulgosius & quibus ego accedo. Transigendo enim hæres scriptus adire uidetur[e]. At adita hæreditate supra ostēdi plerosctꝫ necessariā esse præparationem existimare, nec legi Iustiniani locū esse,nisi quū deliberante hærede filius fato functus est,quæ sentētia paucos in specie aduersantes habet: Tametsi Accurs. & Bart. & plerictꝫ alij generaliter scripserint, hodie nō præparatā querelā trāsmitti[f]: qđ si tā late accipiat, nō sat ,pbabile est[g], multctꝫ leges corrigerētur,& nostra in primis, quare ego aliorꝫ sentētiā ,pbo. Cæterū fuere qui hāc legē aliter intelligēdā censerēt,& renūtiatiōis querelæ uerba perpēdēda existimarēt: ut si renuntiatio sub modo facta sit,quāuis non adimpleatur modus, tamen reuerti ad eam filius non possit[h], idctꝫ odio querelæ: Si uero sub cōditione facta sit,puta,renuntio querelæ si dederis tale prædiū, secus sit: non secuto enim conditionis euentu

c ¶ VOS QVI matri. Limitate loquitur textus de ipsis matris hęredibus, q semel omissam à matre querelam instaurare nequeūt: mater uero ipsa si uiueret,posset[d]. Et ratio differentiæ est in promptu,

a l. si instituta. in princ. ff. de inoff. test.

b l. cum proponas. 2. 3. tit. j.

c d. l. si qs filiū.

d arg. d. l. si instituta.

e l. geri. de acq. hære.

f d. l. si qs filiū.

g d. l. scimus. i fi.

h argu. l. quibus diebus. §. Terentilius. de cōd. & demon.

tu,salua erit inofficiosi querela[i]. Sed hac distinctione diuinari nimium plerictꝫ censuerunt,tametsi uerum & regulare sit, conditione non impleta,priorem causam saluam manere[k]. Sed nunquid in dubio credemus cōditionem, an potius modū cōtractui inesse? Et Bart. modum potius præsumi credidit[l], quæ sententia in transactione uera est, quæ contractus innominati species est, constatctꝫ tales contractus sub modo concipi[m],quod & in alijs contractibus existimandum est[n],in quibus etiam si dictum sit, ea conditione aliquid fieri,tamen de modo intelligemus[o]. Quod restringendum est,nisi de cōtractu agatur, cuius natura conditionem requirit: ut quū promittitur pro dote,subauditur enim cōditio, si matrimonium sequatur[p]. Idem si actum sit, ut prius adimpleatur quod ea clausula conceptum est, quàm principali dispositioni sit locus[q]: quæ & ratio fortè est,ut ablatiui absoluti ad conditionem referantur,quum ex præteriti temporis participio consistunt[r]: apparet enim id agi,ut prius ea clausula adimpleatur, quod in ultimis uoluntatibus maxime est dicendum, in quibus facilius conditionem subesse interpretamur[s]. Et ex his apparet, quum modus in tali pacto renuntiationis præsumatur potius quàm conditio,prædictam solutionem recte reprobari[t]. Quapropter Bal. in aliā sententiam cōcessit,ut distinguamus an omissa , id est repudiata expressim sit querela,& legi nostræ locus sit,ut nulla fiat transmissio[u],an uero simpliciter sit transactum, ut à lite desistatur, & contraria lex procedat[x],idctꝫ & Dec. probat, & nos quādoctꝫ secuti sumus[y]. Sed procul dubio prima resolutio,quæ communiter tenetur,uerior est,& uerbis utriusque responsi magis conuenit,quum & renuntiatio iuris, quod iam delatum est,pacto fieri possit[z], & ideo inter pactum & renuntiationem non sit ulla differentia.

i d. l. si instituta.

k l. fin. §. pen. j. cōia de leg.

l l. quæro. §. fi. ff. locati.

m d. l. naturalis. in princi. & l. quoniā. j. de rerum permut.

n l. cū res. j. de donat.

o l. ea cōditione. j. de rescin. uē. d. l. quoniam. ubi Bal.

p l. stipulationē. l. promittēdo. de iure dot.

q l. qui promisit. de cōdi. inde. l. cum tale. §. j. ubi Paul. Cast. de cōd. et dem.

r l. à testatore. de cōd. et dem.

s gl. l. 2. ff. de in diem adiect.

t ad d. l. si instituta.

u d. l. si quis filium. in fi.

x d. l. si instituta.

y arg. l. Papinianus. §. fi. quis post rem. ff. de inoff. test.

z l. j. 3. tit. j.

d ¶ ID QVOD INTEREST. Quū enim hic sit contractus facio ut facias, quāuis stipulatio addita proponatur,quia obligationem facti continet, non nisi quatenus interest committitur[a], ut supra declarauit. Bartol. tamen & cæteri communiter, qui non est, in id quod interest[d] diuersam partem recte consequetis. Aut enim si stipulatio conuentioni subdita est, ex stipulatu actio competit: aut si omissa uerborum obligatio est, utilis actio[e], contractum hunc esse, quum facio ut dare censuerunt, ideo præcise ad dādum ex hac stipulatione non agi credidere[b], quia contractus innominati naturam imitetur. Dubium autem non est,in contractibus innominatis, etiam si obligatio dandi prætendatur, ad id quod interest solum agi[c]. Sed certe hæc sententia ratione caret, ut stipulatio,quę efficacissimi contractus est species,ad imbecillem innominatorum naturam dirigatur, quum ideo inuenta sit, ut uberius ex ea nobis quàm ex illis consulatur,alibictꝫ semper appareat,ex sui ipsius natura, quod ad hos contractus attinet, dijudicari stipulationem[d], quod multis rationibus Iason hic ostendit,& alibi ibi Bartol. censuit, qui hodie raro contractibus innominatis locum esse affirmat, quia soleant tabelliones in documentis suis semper stipulationem apponere[e]. Verior ergo est nostra sententia, ut hic contractus sit,quum facio ut faciast: quamuis autem stipulatio à contractibus innominatis non regatur tanquam debilibus,à nominatis tamen secus est. Imitatur enim eorum naturam[f],quia quū illi sui natura efficaces sint, & actiones pariant,eis addita stipulatio cuiusdam accessionis loco est, quæ principale ipsum imitari debet,quod à nobis alio loco fusius explicatum est[g].

a l. stipulationes non diuidūtur. uerſi. Celſus. de uerb. obl.

b d. l. ubi autem. §. fi.

c l. naturalis. §. j. de præscr. uerb.

d l. cū præcibus. j. de re. permu. Bald. l. quāuis. j. eod.

e l. 2. j. de cond. ob cau.

f l. si stipulatus. ff. de usur.

g in rub. ff. de uerb. obli.

e ¶ VTILIS ACTIO. Quum actio præscriptis uerbis subsidiaria sit, deturctꝫ aliis deficientibus actionibus, semper utilis dici potest, nempe aliarum actionum respectu, quæ ordinariæ sunt[h], & quas ipsa præscriptis uerbis actio imitatur. Solet enim dici contractus innominatos secundum eorum nominatorum naturam dijudicari, quibus assimilantur[i]: quod si hanc actionem ex seipsa perpendamus, nunquam utilis, sed directa est, quia directò ad omnes contractus pertinet, in quibus alia actio non præstatur[k]: idque & ex uerbis & ex mente legislatoris est, ut merito utilis & directæ non ita hoc casu possit assumi distinctio, sicut in nominatis contractibus[l]: quod & Alexand. alibi sensisse uidetur, qui nullam actionem præscriptis uerbis non esse directam tradidit[m], quod & lege nostra & plerisque alijs

h l. quoties. de præscr. uerb.

i l. eū qui. §. j. cōmod.

k l. 2. de præscr. uerb.

l l. curatoris. j. de neg. ge.

m l. Iurisgētū. in prin. de pact.

aliȝs probatur,quibus apparet præſcriptis uerbis ideo dici, quia eis rem geſtam ſimpliciter actor demonſtrat. Bart. tamen hoc in textu non ſolum utilem eſſe hanc actionem exiſtimauit,ſed etiam datiuam: quoniã lex infra ait,danda eſt. Datur autem ex æquitate quadam. Quum enim mater promiſiſſet à lite diſcedere,ea promiſſio nunc̃ uidebaꝫ adimpleri poſſe,quia futurũ tẽpus reſpicit,& qui hodie deſtitit,cras forte non deſiſtet: & qui de iure nõ agit,forte de facto experietur[n], meritò tanc̃ ex parte ſua uel hæredum ipſius non ſit adimpletum,ſecundum cõmunes iuris regulas nulla actione agere debuit,niſi aliud Prætori ex æquitate uiſum eſſet. Sed hanc ſentẽtiam excepto Alex. ferè nullus probat, quum enim promiſerit mater deſiſtere, atc̃ ita uſc̃ ad mortem deſiterit, ſatis cẽſetur adimpleſſe[o]: nec tali caſu factum hæredum promiſiſſe uidetur, quũ querela non præparata ad eos non trãſmittatur, ut ſupra oſtendimus: quorſum igitur de eis actum credibile eſt[p]? Nam & aliqua uidetur differentia, an quis ꝓmittat non petere, an deſiſtere à lite, & ex parte ſua adimplere[q], alioquí nec ipſa quidẽ mater uiuens petere quicquam potuiſſet, tanquam non adimpleſſet, quod tamen falſum eſt[r]. Nec me mouet quod lex ait, dandam actionem, quia hoc modo loquendi utitur etiã his in actionibus, quas natiuas uocãt[s], quæc̃ præcedenti ex materia cõmunibus iuris regulis oriuntur, cuius rei rationem lib. Diſpunct. quarto cap. ultimo reddidi. Nunc̃ enim lex actionem concedit, niſi ex iuſta cauſa uel conſenſus uel æquitatis producatur[t]. Nec uſquam iure noſtro legitur differentia hæc, datiuæ natiuæc̃ actionis, ſed promiſcue luriſconſulti dari naſciue actionem dicunt, quod & noſtrates aliqui tradidere[u].

quæ præſcriptis uerbis rem geſtam demonſtrat, danda eſt.

f ¶ PRAESCRIPTIS VERBIS. Erant contractibus nominatis certæ formulæ conſtitutæ, quæ & ideo uulgares dicuntur[x], quia omnibus eius ſpeciei cõtractibus, mutato puta nomine & precio competebant. Vnde & exordium uulgare Ciceroni lib. primo ad Heren. cap. ſecũdo quod plurimis conuenit, non ita erat in contractibus innominatis, in quibus tota rei ſeries neceſſario deſcribebatur, alioquí diſcerni non potuiſſet, quæ nam ex quatuor ſpeciebus eſſet[y]. Sed cur in caſu noſtro actio præſcriptis uerbis datur, non autem de dolo? Et ſupra oſtendi, contractum hic fuiſſe, cum facio ut facias, unde præſcriptis uerbis ſolum agitur[z]. Accurſ. uero contractum fuiſſe, do ut facias cenſuit, licet in faciendo præuentum fuerit, hinc̃ꝫ in ea ipſe fuit hæreſi, ut cõtractus innominatos à forma conuentionis nomen ſumere crederit, quæ ſententia non eſt recepta: ſed in eam cõmuniter itum eſt, ut ab actoris ipſius facto denominentur[a], qui non prius agere poteſt, quàm ipſe adimpleuerit, unde eo nomine aget quia ipſe dederit uel fecerit, petetc̃ ut alius quoc̃ det uel faciat[b]. Antec̃ enim adimpletum ab aliquo ſit, nulla cẽſetur talis cõtractus ſubeſſe cauſa, unde ab eo pœnitẽtia alterius recedi nõ poteſt[c]. Finge igitur, dedi tibi Stichum, ut Pamphilũ manumitteres, contractus eſt do ut facias. Pone, manumiſiſti, euictus eſt Stichus, quomodo tibi ſuccurrendum? Et ſi ſciens Stichum alienum tibi dedi, quia datio hæc dolo facta, perinde eſt ac ſi non facta, nec quicquam adimpletum eſſet, uideberis tu feciſſe ut ego dem, & ideo de dolo ages[d]: quod ſi neſciens dedi, quia quod in me eſt prior adimpleui, abſolutusc̃ꝫ eſt cõtractus, imputari mihi dolus non poteſt, & ideo præſcriptis uerbis agetur[e]. Eſt enim inſpecta mente contrahentium τὸ συνάλλαγμα, id eſt mutuum commercium, quia utercꝫ noſtrum recte datum Stichum credebat. Hinc igitur conſtat, Accur. ſententiam uerã non eſſe, Bart. quem plurimi ſequuntur, cõtractum fuiſſe facio ut des exiſtimat, id eſt deſiſto à lite, ut partem bonorũ des. Sed huic obſtat Pauli reſponſum, hac in contractus ſpecie de dolo agi ſolum decidentis[f], cui reſponderi citra calumniam non poteſt, cum generalem regulam lureconſultus ibi tradat, quod alibi latius oſtendi. Nos à uerbis legis temere recedendum non arbitramur, cuius rationem hanc exiſtimamus, quòd contractuum innominatorum (unde ciuilis actio oritur) cauſa eſt res ipſa quæ data ſit[g]. Vnde & hæc omnis materia tractatus ob rem dati appellatur[h]. Interuenit autem hac in datione factum utriuſque, quod lex συνάλλαγμα uocat: quum enim dare ſit dominium præſtare, non poſſum illud in te trãſferre, niſi & tu acceptes[i]: ex facto igitur utriuſc̃ incaleſcit hic contractus, ciuilic̃ actioni ſufficit. At quum facio ut des, nullum ex

n l. ubi. j. eo.
o l. Mutianæ. de cõd. & demõ.
p l. ſi ſic ſtipulatus. 2. de uerb. oblig.
q l. de ſtitiſſe. ff. de iudi.
r arg. d. l. ſi inſtituta.
s l. eleganter. in pri. de dol. l. j. l. ſi tibi areæ. de præſcr. uer. l. j. de æſtima. actio. l. minor. de euictio.
t l. ſi me & Titiũ. ſi cer. pet.
u Fulg. & Dec. hic.
x l. 2. de præſcr. uerb. l. ſi ſeruus nauẽ. ff. de fur.
y d. l. naturaliȝ, facit. l. j. §. ſi ꝑ ſeruũ. depo.
z d. l. naturalis. §. pen.
a Bar. l. ex placito. j. de rerum permut.
b d. l. iuriſgẽtiũ. in prin.
c l. ſi pecuniam. de cõd. ob cau.
d d. l. naturalis. §. ſed ſi dedi. & §. quod ſi fac.
e d. l. iuriſgentium. uerſ. 2.
f d. §. quod ſi̊ ciam.
g d. l. iuriſgentium. in prin.
h d. l. naturalis. in prin.
i l. 3. §. pen. de cond. ob. can.

lum ex tui parte ius tibi acquiſitum eſt. Vnde quum ſolum alterius factum interuenerit, actione doli tantum Prætor mihi ſuccurrit[k], quod latius à nobis alibi demonſtratum eſt[l].

IMP. GORDIANVS AVG. Licinnio.

TRansactionis placitum ab eo interpoſitũ, cui cauſæ actionem, nõ deciſionem litis mandaſti, nihil petitioni tuæ derogauit.

TRANSACTIÕIS. Agere eſt iudicio perſequi: Vnde cauſarum actor patronus dicitur, quandoc̃ & Declamator, quia fictas agit. Pone igitur, alicui cauſæ ipſius actionem ſolam mandatam, num tranſigere poterit? Et uidebatur poſſe, quia ad ſententiam quoque accipiendam procurator conſtitutus eſt[a]: argumentamur autem ſæpiſſime à ſententia ad tranſactionem[b]. Sed tamen contrarium hic deciditur, quòd qui tranſigat, in iudicio non proſequatur, ſed potius à lite deſiſtat, & oppoſitum eius, quod ſibi mandatum eſt, faciat: quod in eo dici non poteſt qui ſentẽtiam expectat, id eſt uſc̃ ad finem mandati ſibi negotij perſiſtit. Nam & ea mandantis mens fuiſſe, uidetur, ut iuris auctoritate finem lis habeat, non tranſigentis pacto, quod à iuris deciſione ſeparatur. Et ideo concludunt communiter Doctores, talem procuratorem, qui ad agendum conſtitutus ſit, compromittere in arbitratorem non poſſe, quia ſpecies hęc tranſactionis eſſet[c]. Idemc̃ in arbitro, licet reclamãte Angelo[d], receptum eſt: quamuis enim etiam coram arbitro agere quis dicatur, exæquatc̃ iudicijs ſint arbitria[e], non uidetur tamen hoc mandato id actum eſſe[f], quia mẽs uniuſcuiuſc̃ interpretanda eſt, ut minus c̃ fieri poſſit ſibi præiudicatum uoluerit[g]. At in arbitrijs, quia appellari propter pœnam non poteſt, maximum eſt præiudicium[h], unde compromittendo aliquis in culpa uidetur[i], ideo ueriſimile non eſt de hoc fuiſſe mandatum: qua ratione nec deferre iuſiurandum talis procurator poterit, hoc enim manifeſto detrimento eſſe domino ſuo poſſet[k]. Non procedit contextus noſtri concluſio quibuſdam caſibus, & in primis in eo non habet locum, qui ſpeciali mandato tranſigendi poteſtatem habeat[l]. Sed nunquid procurator ad tranſigendum poterit compromittere? uel uice uerſa, qui ad cõpromittendum ſit datus, tranſigere? Et Iaſon negat, quòd mandati fines diligenter cuſtodiendi ſint[m], & quia non omnino ſimilia hæc ſunt, quum qui tranſigit, odio litium id facere uideri poſſit, quæ non minus ſub arbitris durant, quàm ſub iudicibus[n]. Item quia in tranſactione aliquid omnino recepturus eſt[o], quum ex compromiſſo forte nihil cõſequetur. Item à tranſactione recedi non poteſt, ab arbitro quandoque recedi poteſt[p]. Item qui tranſigi mandat, iudicium procuratoris ſequitur, non cuiuſuis alterius. puta arbitri. Alex. q tamen & Corn. quibuſdam reſponſis, itemc̃ Dec. hic aliud ſentiunt, propter ſimilitudinem quæ compromiſſo cum tranſactione eſt, & ideo arbitrãtur mandatum ad ſimilem caſum trahi poſſe[r]. Ego tum demum effectu ſimile eſſe cõpromiſſum tranſactioni arbitror, quum ſe quuto laudatiuo, aliquid utrinque datum acceptumc̃ eſt: unde tali caſu horum ſententiam ſequerer, alioquí ab Iaſone non diſcederem, idc̃ in arbitratore. Compromiſſum uero in arbitrum prorſus tranſactioni diſſimile ſentio[s]. Sed nunquid is cui facultas compromittendi conceſſa eſt, in arbitratorem compromittere poterit? Et quidam cenſuerunt nõ poſſe, quia compromiſſi appellatione in dubio de eo intelligẽdum eſt, quod ideo fiat ut cauſa iure decidatur non de facto[t]: quæ ſententia uera eſt, quia compromiſſum proprie de arbitro propter pœnam dicitur[u], non de arbitratore[x]. Rurſus non procedit concluſio in eo, qui in rem ſuam procurator conſtitutus ſit[y]: dubium autem non eſt, tam ex parte rei, quàm ex parte actoris procuratorem in rem ſuam cõſtitui poſſe[z]. Cæterum & generalis procurator recte tranſegiſſe dicetur, ſi in domi ni utilitatem appareat tranſactionem uerti[a]: eo argumento, quo ſolemus dicere prohibita alienatione, non eam cenſeri prohibitam, quæ domino ipſi utilis ſit[b], quæ ſententia uerior uidetur[c]. Idem dicendum quũ de modico præiudicio agitur: nam & de re modici ualoris compromittere talis procurator poteſt[d]. Idem ſi domini conſenſus acceſſiſſe aliquo modo arguatur[e], ut quia eo ſciente & non reclamante à procuratore tranſactum ſit[f], uel quia dominus ſolitus ſit eo modo & ipſe tranſigere[g], Vel quia talis loci ſit conſuetudo, ut lites tranſactionibus dirimantur: quæ enim ex conſu etudine

k l. cum proponas. j. de dol.
l l. Labeo. 2. §. j. de uer. ſig. et in rub. 3. d' pac.
a l. qui procuratorẽ. ff. de ꝓc.
b l. non minorẽ. j. eo.
c gl. in auth. ut differen. iud.
d l. mãdato generali. de procu.
e l. j. ff. de arb.
f c. per tuas. eẽx de arb.
g l. cũ de indebito. de probat.
h l. diem. §. ſtare. de arb.
i l. ſi dictum. §. ſi promiſero. de euict.
k l. Iuſiurandũ. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de iureiur.
l c. qui ad agendum. in fin. de procurã. in 6. glo. hic.
m l. ſi procurator ad unam. ff. de procur.
n l. j. de arb.
o l. tranſactio. j. eo.
p c. quintauallis. de ureiur.
q Alex. cõſ. 21. in 7. 96. in 6. Corne. 54. in 2.
r l. fi. §. fi. mãd. l. ſi quis mihi. §. ſed ſi quid mãda. de acq. hære. l. iam tamen. §. pen. iudica. ſol.
s d. l. j. Bart. l. 3. §. ſi ſeruus. de pecu. l. prætor. de tut. & cur. da. ab his.
t Spec. tit. de arbi. §. ſequitur uerſ. quid ſi ſimpliciter
u l. 2. de arbit.
x l. pen. 3. tit. j.
y l. ſed ſi tantũ. ff. de pact. glo. hic.
z l. plane. famil. hercif.
a Anch. d. c. qui ad agendum.
b l. cũ hi. §. eam. ff. eo.
c l. nõ eo minus. j. de proc. Fel. c. cauſam. col. pen. de iudic.
d Ang. d. l. mãdato generali.
e Bal. rub. ff. de exercito.
f l. j. §. magiſtrũ de exerci. Abb. c. cum olim. de off. deleg.
g l. uel uniuerſo. de pig. act.

suetudine sunt, generali mandato contineantur [h]. Quod fortius censendum, si ex necessitate statuti transactum sit: Nam & tali casu traditum est, generalem procuratorem ad compromittendum ex legis iussu cogi posse, quia dominus mandãdo ut litiget, censetur iuxta legis municipalis formam mandasse, nempe ut si compromitti petatur, compromittere is possit [i], quod omnes recentiores hic censuere, excepto Decio qui hoc quoque casu subesse legis nostræ rationem credidit: mandatum enim procuratori est, ut agat & litiget, non ut compromittat aut transigat. Sed responderi potest, eum qui sub tali arbitro litigat, non transigere, sed agere proprie dici: habent enim arbitri qui iussu legis eliguntur, non simplicem notionem, sed iurisdictionẽ, & ideo ab eorum sententia appellari, sicut à quibuslibet delegatis iudicibus potest [k]. Illud quoque ab omnibus traditum est, legi nostræ locum non esse, quum quis procurator cum libera potestate constitutus est. Is enim ius transigẽdi habet [l], uideturq; cum libera potestate constitutus, cui generale mandatum concessum est, addita clausula, qua dominus promittebat ratum habere quicquid ille gesserit [m]: secus si ea clausula speciali mandato accessisset [n]. Et ex his consequens est, ut administratores & Præsides trãsigere possint, quia liberam potestatem habere censentur [o]: quo argumento à Bar. traditum, generalem exercitus præfectum pacem quidem facere non posse, inducias uero posse, quod hæ transactioni magis accedant [p]. Non tamẽ perpetuum est, ut procurator cum libera transigere possit. Quid enim si liberam potestatem non in causa [q], sed in lite seu instantia solum habeat: Quid si procurator liberam à lege certis tantummodo casibus consecutus sit [r]? Quid si hic procurator ignoret se habere liberam, & nihilominus transigeret [s]? atqui tali casu præualeret fortè opinio ueritati [t]. Quid si pecunia corruptus aut dolo malo iste transigeret: non ualeret ipso iure ut aliqui existimant transactio [u], quod si precibus uictus decisset manus, transegisset; ualeret quidem, sed rescindi posset [x].

h Bart. l. fi. in pri. de his quæ in fraud. cred.

i l. ad rem mobilem. l. ad legatum, de procu.

k l. fi. ubi Iaſ. j. de iudi.

l l. procurator cui libera. de procur.

m Bar. d. l. procurator.

n Bar. l. j. de off. Pc. Cæſ. Alex. l. ſi procurator j. de procu.

o l. præſes. j. eo.

p Bar. l. cõuẽtio nũ. ff. de pact.

q Bar. l. qui Romæ. §. Callimachus. de uerb. obl.

r d. l. j. de off. proc. Cæſ.

s Bal. & Aret. l. licet. j. de pc.

t Bar. l. multum. de cõd. & de.

u l. j. j. de aduo. diu. iudic.

x Alex. l. qui Romæ. §. fi. de uerbo. obl. col. 65.

IDEM AVGVSTVS IV nio militi.

DE alimẽtis præteritis si quæstio deferatur, transigi potest: de futuris autem, sine prætore aut præside interposita trãsactio, nulla autoritate censetur.

DE ALIMENTIS. Alimenta præteriti temporis peti possunt, & ideo etiam super eis transigi potest: super futuris uero non, nisi autoritate seu decreto Prætoris accedente transigi potest. Ratio differẽtiæ ex eo cõsistit, quòd super futuris alimentis pendet hominis uita [a], ideo difficilius concessa in eis est transactio, qa solebãt plerique modico præsenti contenti esse, quinimiæ facilitatis in posterum esuriẽtes pœnam dabant, & ideo Diui Marci oratione eis succursum est [b]. Nec refert relicta sint alimenta pauperi an diuiti, nam nec diues futura alimenta absque Prætore remittet [c]: Posset enim labi facultatibus, quum multæ sint humanæ sortes [d]. Nam & idipsum timens Diuus Augustus filias iussit lanificium doceri. Constatq; legatum alimentorum diuiti relictum, si ea contemplatione fiat quod ad incitas redigi possit, ad piã causam pertinere [e]. Et ideo nullum in eo legi falcidiæ tali casu locum esse. Vnde publicatis cuiusquam bonis firmum adhuc esset deportato id legatum [f]. Rursus non refert quod alio nomine quàm alimentorum relictum sit, ut quia dictum sit, uictũ, alimoniam, educationem, nutritium, cibaria relinqui, & si qua similia hic à Decio relata. Nam & tradidit Fulg. Iasonq;, si dictum sit, uxorem relinqui dominam & fructuariam, propter Bulgari consuetudinem de alimentis intelligi [g], & ideo transigere eam non posse. Sed nũquid compromittere de alimentis futuris quis poterit? Et in arbitratorem non posse, omnes fatentur. In arbitrum uero posse Specul. Alber. Iasonq; credidere [h], quam sententiam ego sequi non possum. Quum enim nec delegatus quidem Prætoris hac de re cognoscere possit [i], consequens est, ut multo minus arbiter possit, qui notionem tantum non iurisdictionem habet [k]. Nam & quoties lex absque certa solennitate alienationem prohibet, compromissum quoque omne prohibere cẽsetur [l]. Vnde quoties lex transigi uetat, fortius & compromitti [m]. Quibusdam tamen casibus de futuris hisce alimentis conceditur trãsactio, ut quum eam constat in utilitatẽ alimentariorum tendere. Id

a Bart. tractatus alimentorum.

b l. cũ hi. ff. eo. I

c d. l. cũ hi. uerſ. nec intereſt.

d l. fi. j. de præſ. xxx. anno.

e gl. l. ſi quis Titio. de leg. 2. Alex. l. diuus, ad l. falc. II

f l. pen. de cap. di min. l. 3. de his quæ pro non ſcript.

g gl. auth. hoc locũ. j. ſi ſe cũdo mut. III nup.

h arg. l. j. de arb.

i d. l. cũ hi. §. ſed nec. manda.

k Bar. l. prætor. de tut. & cur. dat.

l l. ſi minor xxv. annis. filioſam. §. j. de mino. m l. nõ diſtinguemus. §. de liberali. de arb. I

re. Id enim egit oratione sua Diuus Marcus, ut quàm optima eorum esset conditio, non ut hac prohibitione deterior fieret [n]: alioqui quod ob fauorem constitutum esset, in odium uerteretur [o]. Sed & ex uoluntate testatoris permittetur transactio, si fortè id eis testator concesserit, ut transigere possint [p], quod Angelus Deciusque hic annotarunt. Rursus receptior est sententia, si cum iuramenti religione transactum sit, ualere contractum: quum enim id ius priuatum fauorem principaliter respiciat, iurisiurandi accessione contractus firmabitur [q]: quod plerique hic tradiderunt, quibus ipse accedo, præterquam quum is qui transigit propter inopiam tum quoque imminentem, uerisimiliter fame laboraturus esset, tunc enim uidetur alimentorum remissio aduersus ius naturale esse: & ideo tali casu orationi Diui Marci adhuc locum esse cum aliquibus, propter sententiæ æquitatem, arbitror [r]. Cæterum & quum alimenta non ultima uoluntate, sed ex contractu debentur, posse super his transigi dubium non est [s]. Cuius rei duæ adducuntur rationes: Altera, quòd prohibitio transactionis duplici coniunctim fauore innitatur, alimẽtorũ, & ultimæ uoluntatis: qui fauor si altrinsecus imminuatur, cessat prohibitio [t]: Altera qa quod ex cõtractu debetur, facilius remitti potest: Qui enim cõtrahendo ipse quicquã sibi acquisiuit, uerisimiliter non nisi prudenter, & ex euidente utilitate illud remisurus est [u]: quum quæ nobis aliud agentibus, facto alieno, puta testatoris, tribuuntur, facilius prodigantur: quia ut inquit Martial. Res est non parta labore, sed relicta. Adde quod uoluntatis quoque testatoris exequendæ fauor uersatur, qui ideo alimenta reliquit, quorum natura est ut paulatim distribuantur [x], ut ab eo non auferrentur, haberetq; ille unde se toleraret [y]. Nam & aliàs non tam facile super ultimis uoluntatibus permittitur transactio, quàm in contractibus [z]. Postremo hæc in alimentis futuris locum habent, in his uero quæ retro debita sunt supra diximus indistincte transigi posse. Nec nouum est plus fauoris alimentis futuris concedi, quia in his uita hominis consistit, quæ dilationes, ulteriores; moras non recipit, quàm præteritis. Quapropter ut alimenta in futurum constituantur, etiam feriatis diebus recte agi poterit [a]. Vnde & lex municipalis eandem interpretationem recipiet, ut Areti. [b] respondit. Sic à sententia quæ alimenta in futurum decernit appellari non poterit, quum quod ad præterita attinet secus sit [c]. Quod generaliter procedere in omnibus alimentorum priuilegijs Decius sensit, ut ad futura tantum trahantur [d]. Sed hæc sententia plures captiones habet, quoniam leges plerunque indistincte loquuntur, uidemusq; non pauca etiam præteritis alimentis indulgeri [e], satisq; est si Decij sententiam in his priuilegijs sequamur, quæ exequutionis celeritatem respiciunt, ut quod de ferijs appellationeque prohibita diximus, uel ut breuiores dilationes dentur [f], aut compensationis exceptione ea non retardentur [g], & si qua similia. Tametsi etiam in præteritorum alimentorum causis, ea competere priuilegia quæ celeritatem exequutionis respiciunt, adhuc crediderim, quoties is qui peteret esurie pauperteque laboraret: subest enim eadem fauoris ratio, quum si quàm primum æstimationem eorum cõsequatur inde alios possit [h]. Sed quomodo uerum est, alimenta præteriti temporis peti; & ex hac constitutione satis probatur peti ea posse [i], idq; in ipsis speciebus si eas in præsentia dari interfuit [k], alioqui ad æstimationem deueniẽdum. Excipitur tamen casus quum huiusmodi alimenta officio iudicis ei debentur, qui aliunde se alere nõ potest [m], ut in filiofamil. quem pater alere in subsidium tenetur [n]: in monacho quem Abbas & ipse nutrire debet [o]: in uxore quam hæredes uiri ante dotem restitutam annua die pro mariti dignitate exhibere debẽtur [p], his enim alimenta præterita non debent, quum uixisse iam eos appareat, & ideo ad id subsidium recurrere necesse non habeant: quod intelligendum, nisi filius patrem, monachus Abbatem, uxor hæredes mariti iam interpellasset, & propter eorum moram æs alienum alimentorum causa contraxisset: posset enim peti, ut creditoribus illi soluerent [q], quod Alexã. hic approbat, & in ea specie respondit Bald. cum uidua interpellatis hęredibus ad fratris sui domum concessissет, ab eóque educata fuisset [r]. Deeius hic negat uxori in subsidium deberi alimenta, & ideo etiam eius anni præteriti petitionem indistincte ei dari, quam sententiam omnes merito damnant [s], nec difficilis est eius rationum confutatio, quæ ex Iasonis scriptis petẽda est [t]. Defendi tamen

n d. l. cum hi. §. eam.

o l. non eo. II j. de proc. Ro. conſi. 316.

p l. j. ff. de reb. eo. III

q c. cũ cõtingat. de iureiur.

r Fed. conſ. 60. Imol. d. IIII c. cũ cõtingat.

s d. l. cũ hi. §. j.

t l. ſi familia. de iuriſ. omn. iud. iuncta l. illud. ad l. Aquil.

u Bart. tract. de ali.

x Bar. l. pecuniæ de alim. leg.

y l. Caio. §. imperator. de ali. leg.

z l. de his. ff. eo. V

a l. ij. ff. de ferijs.

b conſ. 96.

c l. fi. de app. recip.

d Bar. l. mella. de ali. leg.

e l. j. j. de fideic. l. ſi cui. de ann. leg.

f l. 2. de re iud. ff

g l. 3. j. de cõpeſ. l. ob nego. de compenſa.

h Bar. l. ſi quis à liberis. §. j. de lib. agn.

i Bart. l. libertis quos. §. j. de ali. leg.

k l. nulli. j. de erog. milit. an. lib. 12.

m Bart. d. §. j. Alex. cõſ. 57. in 2.

n d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius.

o Rot. deciſ. 300 Alex. conſ. 72. in 5.

p gl. l. diuortio. ſol. mat.

q l. fi. de in rem uerſ.

r Bal. cõſ. 224. in 2.

s l. pen. ff. ut in poſſ. leg.

t Iaſ. d. l. diuortio. col. 6.

eius sententia posset, quum ex lege municipali hæc alimenta uxori deberentur, si dotem non petierit[u]. Nam & hoc casu relatum extat, sicut mulier pacto dotis suæ conditionem deteriorem facere non potest[x], ita nec alimentorum, quæ dotis ipsius appendices sunt[y].

x l. Attilicinus. de iure dot.

y Bal. c. iurauit. col. 2. de prob.

IDEM AVG. *Agrippino.*

SI SVPER possessione. a ¶Conditio in transactione loco dationis actori sufficit, & ea defecta, utiliter aduersus uendicantem excipitur.

SI super possessione[a] quę tibi quę sita est, quum quæstionem patereris à fratre uxoris[b] tuæ, pactũ conuentum[c] & stipulatio inter uos, ut allegas, interposita est, ut si intra diem certum[d] ditione uoluntaria loquamur, credidit. Sed certe contractus ipsi facilius casualem quã spontaneam conditionem admittunt[l], ut per locum, qui à fortiori dicitur, probari conclusionem hanc appareat. Dec. de duplici conditione contraria, legem nostram loqui censuit, & ideo pro puro contractum habeari[m]. Sed quandoq; bonus dormitat Homerus. Cæterum & hinc infertur, licere arbitratori in sententia sua conditiones apponere[n], dum tamen non omnino præter mandati sui formam sit[o], facilius q; id ei permittitur quàm arbitro[p], siue quòd arbiter à compromissi figura recedere nequit[q], siue quòd arbitria exæquata sint iudicijs[r]. At clarum est sententiam sub conditione casuali à iudice ferri non posse[s].

l l. in uẽdentis. ff. de cõtrah. em.

m l. si pupillus. §. sub cõditio. de nouat.

n Bar. l. cũ Aquiliana. ff. eo.

o c. nisi essent. de præb.

p Imo. c. quintauallis. 21. dist. rẽtia. de iureiu.

q l. nõ distinguemus. §. de offic. de arb.

r l. j. de arb.

s l. j. §. biduum. qñ app. sit.

t l. Thais. §. intra. de fideicõmissa. liberta.

u l. qui hæredi. l. meuius. de condi. & demõst.

x l. traiectitia. de act. & obl.

y l. 4. §. Catoni. de uerb. obl.

z l. si pacto. §. tit. j.

a l. j. §. item si ita. ad l. falc.

b l. seruus. §. seruus. de statulib.

a ¶Diem certum. Lapso ergo die, si iste obtulisset, non tamen potuisset purgare moram[t], quod propter conditionis defectum inductum uidetur. Debet enim conditio præcise & ad unguem impleri[u]. Quapropter ubi dies & pœna obligationi adijciuntur, dilui mora non potest[x]. Pœna enim non nisi sub conditione apponitur, si id quod principaliter promissum est, datum factum non sit[y], quod & supra attigimus[z]. Quod si dies adiectus non esset, posset mora ipsa purgari, quum conditio ad certum tempus non restringatur[a]. Vnde si seruo relicta sit libertas quum operas septennales præstitisset, quandocunque per septennium præstiterit, etiam si non proximis morti testatoris annis, erit liber[b]. Id enim sus uerborum infert, quæ certi temporis principium non respiciunt. Idem si conditionem ex aliquibus coniecturis uerisimile sit causa solius effectus, non autem formæ appositam esse, tunc purgationi moræ locus erit[c]. Quæ interpretatio & in prætorijs stipulationibus accipitur, quæ præparatoria iudiciorum respiciunt, idq; æquitate quadam ita suadente[d]. Quod si solus dies adsit, conditio autem non adsit, tunc (ut diximus) dubium non est, purgationi

b Bald. l. 3. j. de repud. hæred.

i Bart. l. siue de pud. j. eo.

k l. actus. de regu. iur.

b argu. §. plus. Inst. de act.

c l. à Titio. de uerb. obl.

d l. trãsactio. j. e.

e l. Labeo. in pri. ci. de statulib.

f l. 3. §. si qs sic acceperit. de statulib.

g Bal. l. j. quæst. 3. j. de insti. & substi.

a ¶Transactio inter uos. Hæc uerba ad hoc ut transactio ualeat, non sunt necessaria, quum ex ipsa natura transactionis, quæ inter duos fit, hoc ipsum insit. Sed ad maiorem cautelam, & ut ex uerbis ipsis appareat, quod de re dubia transactum sit, hæc uerba apponi solent. Bar. l. si ita quis. §. j. de uerb. obl. Bal. c. iurauit. col. 2. de prob. Ias. l. si conuenerit. de pact. Bar. l. si pupillus. §. sub cõditione. de nouat. Bal. l. j. de excep. c. in iudicijs. de reg. iur. in 6. Bar. l. cũ Aquiliana. ff. eo. Bal. l. j. de arb. Bar. l. insulam. quæst. de uerb. oblig. l. si conditio. in fi. de condit. & demon. Bal

a l. transacta. de uerb. sign. c. j. de lit. contest. in 6.

quæ ex transactione oritur[a]. Quod intelligendum quoties ad impediendum litis ingressum obijcitur[b]. Item intelligendum de transactione ualida. Quæ enim aliquo uitio nulla est, uel quæ probari non potest, nullius est effectus[c]. Item intelligendũ respectu speciei, uel causæ de qua trãsactũ est. Et ideo transactio specialis non impediret, quo minus ex causa generali, uel ad aliã speciem agi posset[d], quod & ex facto responsum est: Titius cum duabus sororibus de paterna hæreditate litigauerat, & illæ eum non esse legitimum affirmauerant, tandemq; subsecuta est transactio, nunqd decedẽtibus sororibus obstabit illi transactionis exceptio, quominus eis tanquàm agnatus succedat? Et non putauerim, quum de alia hæreditate agatur, non patris (ut prius) sed ipsarum sororum[e]. Sed nunquid acta in priore iudicio in hoc obstabunt? Et non putarim, quum transactione omnia uetera utrinque sublata sint[f]. Nouis igitur probationibus opus erit. Crediderim tamen qualemqualem fidem facere, sicut acta in alijs causis solent[g]. Exceptis igitur his casibus adhærendum erit regulæ textus nostri, ut exceptio hæc sit finitæ litis, adeò ut tametsi ad actorem noua instrumenta peruenerint, nihilominus audiri non debeat. Idemque si alleget grauiter se eo facto læsum[h], quod infra declarabimus[i]. Et ex his consequens est, ut quàmuis transactio cõtractus sit innominatus, soleatq; in contractibus innominatis pœnitentiæ esse locus[k], in ea specialis sit, ne ex pœnitentia rescindi possit, idq; litium dirimendarum fauore[l]. Amplius censuere aliqui, transactioni ipsi in promptu executionem competere, si quis officium iudicis ex ea impetrare uoluerit: Aequiparatur enim sententiæ & iurijuran do, quæ constat absque iudiciorum mora statim exequutioni mandari[m]. Sed ego tantum contractui huic tribui uix crediderim, nec à regula iuris temere recedendum, contractibus exequutiua auxilia denegantis[n], alioqui quorsum opus fuisset tot rescriptis dubitari, an prima actione, an præscriptis uerbis, an de dolo, an ex stipulatu agi transactionis causa possit[o], si officio iudicis contestim exequutio concederetur? Sed an si lege municipij de omnibus causis compromittendum est, qui transegit cõpromittere cogetur? Et negãt cogi[p], quoniam quæcunq; exceptio litis ingressum impedit, eadem & cõpromisso obstat[q]. Quod alii quidem ꝓcedere hic censuerũt, etiam si lex de omni cõtrouersia uelit cõpromitti, quàmuis enim controuersia etiam de facto intelligatur[r], tamen de hac exceptione non uidetur lex sensisse, quæ finem litibus imponit. Sed & si non à principio sed post litem contestatam de transactione obiectum statim sit, adhuc uidetur legi municipali locum non esse, quod Riminald. & Dec. tradiderunt. Alioquin merito dubitari poterat propter uerba legis, Verum enim est, esse cõtrouersiam quia lis est contestata[s], sed propter transactionis liquidum alia fit interpretatio[t]. Quæ intelligenda sunt, dum de transactione per documentum, uel acta publica, uel aliàs incontinenti constet, ut Aret. existimauit, quod si probatione altiore indigeret, super articulo saltem compromittendum esset[u].

b l. Lucius. §. fi. ad Trebel.

i l. quãuis. j. eo.

k l. si pecuniam. ff. de cond. ob cauſ.

l d. l. quãuis. j. eod.

m l. 2. ubi Alex. de iureiur.

n l. minor 25. anno. cui fideicõ. de min.

o l. actione. l. cũ mota l. fine hoc titulo.

p Bal. l. si iudex. de his quæ fui.

q Corn. cõſ. 222. in fi. in j.

r l. Lucius. §. tres hæredes. ad Trebel.

s l. properandũ. in princip. j. de iudic.

t Alex. l. si cauſa j. eod.

u gl. pen. l. pen. §. tit. j.

DE FIDEICOMMISSO.

a ¶Quum ergo mutua conditione iniunctum fideicõmissum remittitur, neuter uidetur lædi, dubij enim euentus incertitudo facit, ne quicquã sui remisisse quis censeatur[a], quum tantum sibi remissum sit, quantum ipse alteri concessit[b]. Non procedit tamen hæc sententia quibusdam casibus. Et in primis, quoties ex uerisimilima coniectura incertitudo in alterius dãnum magis immineret, ut si duorum fratrum hoc fideicommisso grauatorum, alter senex sterilisq; uxore esset, alter florens iuuenta, & liberos uerisimiliter susceptur us, censeretur tali remissione adolescens in consulta facilitate læsus esse, & ideo in integrum beneficio ætatis posset restitui[c]: quod Raphaël Commensis respondit[d]. & Aret.

a arg. l. si. c. de pen. j. de solut.

b l. si pater puellæ. j. de inoffic. teſt. glo. l. si filiæ. j. famil. herciſc.

c arg. l. uerũ. & si locupleti. de minor.

d Conſil. 114. Antonius.

& Areti. Rimin. Deciusq; hic censuerunt. Sed ego perpensis legis nostræ uerbis, ad

II huc cogitandum arbitror. Sed & idem illi tradiderũt, quum dubius hic euentus cõmuni hominum existimatione certitudinẽ reciperet, ex qua læsio arguetur[c]: quod in ea specie prodita est, quum quis iuuenis & optimæ ualetudinis, ducentos aureos collegio ludæorum donasset hac lege, ut interim dum uiueret alimenta ab eis perciperet: Quum enim secundum probabilem coniecturã uitæ, nõ licitas tantũ usuras sed etiam sortem ipsam consumpturus uideretur, contractus is in fraudem constitutionum celebratus censeri potest[f]. Quod non absimili casu hic tradunt plerique, existimantes eum qui quadringentis, reditum centum aureorum donec uixerit emat, recte quidem emisse censeri, tametsi contingat eum diutius uiuere, & duplicatos fructus percipere[g]. Quum enim uel primo anno mori potuerit, dubius euentus contractum hunc corroborat[h]. Quod intelligunt, dum tamen talis contractus secundum probabilem, uerisimilemq; uitæ coniecturam factus sit[i].

III Nec mutui nomine quicquàm datum sit, Maior em̃ fraudis suspicio in mutuo est[k], maxime quum in eo quantitas mutuata restituenda sit[l]. Sed & regulæ prædictæ locus non est, quotiescunque quis ipsi se incertitudini subijceret, cum eam euitare potuisset[m]. Vnde si quis paterfamil. opulens & locuples transmarinam negotiationem aggressus sit, nauiq́ue submersa cœperit rem suam diminuere, facultatibusq; labi, poterit uxor dotem repetere[n], ne interim dum moratur, res mariti ita dilabantur, ut ei deinde consuli non possit[o]. Nec enim debet mulier dubio cuiquàm euentui dotem suam subijcere[p]. Qua ratione & lædi minorem responsum est, ideoq; ei succurri, quoties in arbitrum etiam tutore autore compromittit[q]. Quum enim ab arbitri sententia appellari non possit, eo ipso rem suam deteriorem facit, quum dubio euentui ius suum subijcit, licet aduersarius suus eodem periculo fluctuet[r].

e Barto. l. si quis cum aliter. de uerb. obl.

f l. cos. j. de uſur.

g l. si ea lege. j. de uſur.

h c. in ciuitate. de uſur.

i Decius hic.

k c. nauigãti. de uſur.

l Alb. l. iubemus 3. de ſacr. ſan. eccl.

m l. si fideiuſſor. §. j. q ſat. cog.

n Ang. l. 2. §. cum in eadem. ad l. Rhod. de iact.

o Bart. l. si cõſtãte. quæſt. 4. ſolu. mat.

p arg. §. emphyteoſis. in auth. de aliena. & emphy.

q l. si minor 25. annis filioſa. in fi. de min.

r Bar. j. cõſtitutione C. 5.

V

Eódem pertinet, quum aduersus certitudinem legis res in dubiũ reduceretur, ut quum mulier pacisci tur dotem his diebus soluto matrimonio restitui quibus data sit[s], lex enim certum id esse uoluit, ut dos tempore à legibus constituto omnino reddere tur[t], unde merito tale pactũ improbat, ne in facultate dotantis sit sero tradita dote, tempus illud quod certum esse uoluit, incertare: atque ita ego sentio, communemq; eorum sententiam declaro, qui fauore dotis id specialiter induci existimarunt[u]. Huc quoque spectat, quod traditum est, fideicommissum reciprocum licet inter fratres querela inofficiosi subuerti non possit[x], tamen ex legitima iure naturæ debita, hodie diminui, quoniã lex absq; ullo penitus onere eam tribuat[y]. Nec negari potest onus censeri, quod etiam in utilitatem casu fortuito uergere possit[z]. Cæterum & quoties solennitate legis contractus deficeret, non arbitrarer ex prædicta regula sustineri posse: ueluti quũ duo fratres, alter minor ætate, alter adultus, mutuã sibi donationem fecissent, omnium bonorũ, in casum quo alter alteri prædecederet: licet enim propter mutuum periculũ incertumq; euentũ donationes aliàs infirmæ sustineãtur[a], tamẽ hoc casu, quia oratio Diui Seueri ex parte minoris alienationẽ immobiliũ absq; decreto prohibet[b], non putarim confirmari contractum, maxime propter captandæ mortis uotũ, quo maior natu fraudem minori facilius facere posset, & ideo non temere iudex decretum hac in re interponere debet.

s l. Attilicinus. de pact. dot.

t l. de die. eo. tit.

u Alex. & Rim. hic.

x d. l. si pater puellæ.

y l. quoniam in prioribus. j. de inoffic. teſt.

z glo. l. licet. 3. tit. j.

VI

PRAESES prouinciæ. a ¶Administratores ciuitatis, quales olim erãt duumuiri

a l. quod aũt. §. si uir & uxor. de donat. inter uir. Bal. & Iaſon d. l. si pater.

b l. j. de reb. eorum.

uiri municipiorum[a], decurionumq; ordo, de re dubia transigere bona fide possunt, ambitiose uero, id est in gratiam alicuius, aduersus municipij utilitatem, ut quia debitum liquidum remittunt, non possunt. Hincq; apparet huiusmodi administratoribus cẽseri procurationem cum libera potestate concessam, quum aliter transigere non possent[b]. Quod hodie in his locum habet, quos scabinos seu consules ciuitatum uocamus. In mandato enim eorum non est opus adijci clausulam liberæ administrationis, quia lex eam subaudit, ut Bal. & Fulg. hic tradunt. Et ideo omnia poterunt, quæ aliàs speciale mandatum requirerent[c]: quale est iusiurandum litis decidendæ causa aduersario offerre[d], in integrũ restitutionem petere[e], & si qua similia. Quod tamen in his administratoribus intelligitur, qui ab uniuerso populo, uel à generali eius concilio electi sint: secus si simpliciter ab ipsius ordinis magistratibus constituti proponantur, quales sunt quos Græci syndicos, nostri defensores uocant[f]. Appellantur & quandoque curatores Reipub.[g] Marcus Cicero epistola, familia, li. XIII. Ecdicos Milasiorum commemorat, cũ quibus Reipub. negotia conficere possit. Sic & Plinius lib. X. ad Traianum Ecdicus Amisenorum ciuitatis. Sic & Paulus[h] noster magistratus Reipub. tres curatores cõstituit, qui apud Græcos uocantur ἔκδικοι.

II Rursus intelligitur ea conclusio in his qui ab uniuersitate territorium habente electi sunt, quæ tales ad id officium seu munus publicum suscipiendum cogere potest[i]: Secus si ab alia uniuersitate sint constituti, puta ab aliquo collegio seu corpore, quale est fabrũm, pistorum, nauiculariorum[k]. Tales enim priuatorum procuratoribus similes uideri receptius est[l]. Et ideo decani, seu Abbates collegij doctorum non habent liberam administrationem, quod Accursius censuit[m]. Rursus non procedit conclusio in his officialibus, qui ex natura officij limitatam habent in aliqua specie potestatem. Et ideo Prætor urbis, etiam si ei ampla facultas concessa sit, liberare debitorem municipij non posset[n], quia ad ius reddendum constitutus est, non ad rem pecuniariam procurandam[o]. Ego generaliter nemini concessam transigendi facultatem credi-

utrum de dubia lite transactio inter te & ciuitatis tuæ ad-

ministratores facta sit, an ambitiose id qd' indubitate de-

diderim, nisi ex eius mandato uel natura officij constet[p]. Hincq; est quod procurator Cæsaris transigendi ius non habet[q]. Opinor nec procurator fisci: Nec enim inter hos in iure constitui differentiam repe-

rio[r], quod alio loco testatus sum[s], tametsi Iason in hoc dissentiat, Baldoq;[t] aduersetur qui nobiscũ facit. Qua ratione nec Præposito ecclesiæ uidetur concessum esse ut rem penes ecclesiam constitutam transactione sua alienare possit[u]. Non enim hæc ei potestas iure competit. Si uero rem ipse retineat, & uice mutua aliquã pecuniam aduersario det, secus est[x]: tunc; permitteretur ei sodalibusq; trãsactio. Nã & tali casu emphyteota, itemq; cliens, etiã irrequisito domino, de emphyteosi aut feudo transigere bona fide possunt[y], tanquã domini ipsius in rem suam procuratores, quod & alibi attigimus[z]. Sed nunquid prædicti administratores qui transegerint, quum id iure facere non possent, saltem de suo teneantur? Et non uideretur, sed simpliciter transactionem infirmari[a], nisi remissio hæc à pacto cœpisset[b], aut aliàs officialis pecuniam apud alium negligendo reliquisset, remisisse tue[c], aut non simplicem administrationem, sed & ius aliquod in re remissa haberet[d]. Illud constat, officialem qui munus neglexerit, præstare Rempub.[e] indẽnẽ debere. Sed qd de patre dicemus, qui in peculio aduentitio filij usumfructũ habet, & legitimus administrator est[f]? An transigere & alienare bona immobilia filij absque decreto Prætoris poterit? Et recepta est Actij sententia, posse: quia oratio Diui Seueri quæ absque decreto alienationes prohibet, solum tutoribus & curatoribus prohibet[g]. Quapropter si pater tanq; tutor uel curator filij emãcipati alienet oratione tenebitur[h], si tanq; legitimus administrator filij quem in potestate habet, non tenebitur, nec lex ad hunc casum trahetur, in quo maior est ratio: Maior enim est patris in his bonis autoritas, minusq; suspecta persona[i]. Et lex simpliciter ait, posse eum ex certis causis alienare[k], quid in ea decretum subinducimus? Satis enim hactenus nouatum ius uetus ut patri proprietas auferatur[l]. Cur quicq; ad legẽ nouam eandemq; correctoriam subaudiamus in maiorem paterni iuris diminutionem? Baldus tamen

[a] l. j. si quis ius dic. l. 4. §. dicas. de damno inf.
[b] l. procurator cui. de proc.
[c] Cy. Bal. l. j. j. etiã per proc.
[d] l. tutor. ff. de iureiur.
[e] l. illud. §. j. ubi Bal. de min.
[f] l. iusiurãdum & ad pec. §. j. de iureiur. ubi Bartol. Paul. Mod.
[g] l. curatores. j. de dec. lib. x.
[h] l. Lucius. j. §. j. de adm. tut.
[i] l. fi. §. defensores. ff. de muner.
[k] l. j. §. j. quod cuiusuis.
[l] Doctor. d. l. j. etiam per pro.
[m] l. itẽ magistri. ff. de pact.
[n] Bal. d. l. iusiurandum. §. fi.
[o] Ray. Bar. Alexan. Iaf. hic.
[p] l. phibere. §. plane. quod m. aut clam.
[q] l. j. de offic. proc. Cæs.
[r] gl. l. iustas. j. de iure fis.
[s] l. procurator. 3. de æden.
[t] Bal. c. continget. ex eod. de pace Cõst. §. hoc qd' nos. uerbo mitti.
[u] Abb. d. c. continget.
[x] gl. l. nulli. ff. d. parg. d. §. si pater. gl. pactum. j. de colla. Saly. l. trãsactiõe. j. e. Barb. cõsi. 41. in 4.
[y] Iaf. l. 3. cher. pen. uersic. x. quæro. de iure emphy.
[z] l. debitorũ. j. tit. j.
[a] gl. l. si procurator. ff. de iure fisci.
[b] Bar. l. Arist. de donat. notatur in l. cinctas. si cer. pet.
[c] l. 3. j. de annu. lib. x.
[d] l. fi. §. pen. de publica.
[e] l. 2. j. de adm. reipub. l. j. de loc. prædi. uil. lib. xj.
[f] l. fi. §. sinautem. æs. j. de bo. quæ lib.
[g] l. j. de reb. eo.
[h] l. si pupillorũ. §. si pater. eo. tit. l. cum emit. cip. j. de præd. min.
[i] l. pen. ff. de cura fur.
[k] d. §. sinautem æs alie.
[l] §. j. Inst. per quas perso. nob. acqu.

tamen non posse patrem inter filios bona eorum materna diuidere absq; decreto cẽsuit[m], quia diuisio hæc alienatio est, at patri alienationem necessariam solum lex cõcedit[n], non autem uoluntariam, quod & Iason secutus est.

Ego aduersari legis suæ uerbis hanc sententiam arbitror, & ideo reijciẽdam[o]. Sed & si lex municipalis generaliter prohiberet, minores alienatione bonorum obligari citra Prætoris decretum facta, satis arbitrarer, propter uerba legis de ea quoq; actum censeri, quã pater ceu legitimus administrator filij fecisset[p], quod & Rom. & Iason senserẽt: quod absq; dubio procederet, si lex uniuersalibus uerbis loqueretur, puta de minore cum qualibet persona contrahẽter[r]. Idem si patris factum argueretur, tanq; affectiõe aliqua inter filios usus esset, quod Decius[s] credidit, & supra scriptæ Baldi sententiæ concordat. Idem & fortius quum in sui utilitatem hæc alienatio à patre facta tenderet. Tunc enim maior est suspicio. Vnde ad sui cõmodum autorari nemo potest[t]. Sed quid si statuti uerba de cõtrahente loquerentur, an in patre extendẽda essent, cum quo filia distraheret? Et tunc nõ putauerim extendendam legẽ ad patrẽ, quum eius respectu tanta non sit ratio, & hoc est quod Bald. censuit[u].

b ¶ POSTERIORE. Non ergo grauiores remittere debitũ de quo liqueat administratores possunt sicut nec cæteri aliena rum rerum procuratores[x], frustraq́ue litẽ fingerent, ut aliquo colore transactionem fulcirent[y]. Qua ratione nec accepto ferre possent: sapit enim acceptilatio naturam donationis, ut hic traditum est[z]. Sicut nec exceptioni peremptoriæ renuntiare[a], nec appellationi interpositæ pacto derogare[b], & si qua similia. Quibusdam tamen casibus permittitur administratori remittendi hæc facultas, quos alibi annotaui[c]: Vt quum debitum odiosum reprobumq; est, & plerique tradiderunt: licet enim administratoribus publicis bonam fidem agnoscere[d]. Idem quum modicum damnum ea causa Reipubl. irrogatur, qualis est particularis solutio[e]. Nam & procurator in minimis præiudicare domino potest[f]. Idem quum hic administrator in rem suam procurat, ut quia ius & ipse in re habeat. Poterit enim remittere, licet ipse de suo teneatur[g]. Sed & tacite, puta permittẽdo rẽ præscribi preiudicabit administratori, ut quum minoribus cũ stipulatus esset usuris diutius contentus fuit[h]. Nã & ecclesia negligendo plerumq; sibi præiudicat, cũ expressim nõ possit[i]. Sed nunquid tanti temporis lapsus requiratur qui præscriptioni sufficiat, puta decem annorum? Et uidentur Doctor. crebrius sensisse præscriptionem necessariam, & id esse quod lex taciti pacti exceptionẽ obstare ait: Paciscitur enim tacite, qui usucapi permittit[k]. Sed cur aduersus hanc usucapionẽ non restituitur in integrum Respub.[l]? Ego licere administratoribus grauiores usuras moderari arbitror, & quincunces accipere, quòd hæ modestiores sint[m]. Persius Satyra sexta,

Quid petis ut nummi quos hic quincunce modesto
Nutrieras, peragãt auidos sudore deũces.

Idq; ob usurarij crediti odium[n], & ideo nullam Reipub. hoc nomine in integrũ restitutionem competere. Cæterum ex delicto suo administrator quãdoq; & fisco præiudicat[o], ut quum ante tẽpus actiones insti tuit, quo casu à iure suo cadit fiscus, licet indemnis de ipsius procuratoris facultatibus præstari debeat. Quod ad probationem quoque attinet, pacto administratoris fit Reipub. præiudicium, Vnde si apocham de bitori Reip. fecerit, securus ille erit, præsumeturq; re ipsa pecuniã numerasse[p], quod in procuratore priuati expeditum nõ est[q].

Sed an talis administrator compromittere in arbitratorem poterit? Et Angel. non posse censuit, quia quàmuis transigere sicut & quilibet generalis cum libera procurator possit, tamen hoc modo compromittere non potest, quum arbitrator de facto iudicare possit, & gratis debitum liquidum remittere. Sed tamen contraria sententia receptior est, quum enim possit arbitrator in eius quoq; fauorem iudicare, propter mutuum periculum cõcedi id ius debet[s]. Ego ex euentu rem dijudicare malim, ut si arbitrator pronũtiauerit debitum liquidum gratis remitti, Ang. sentẽtiæ adhæreamus,

[m] l. generaliter. j. de sec. nupt. d. §. sinautem.
[n] l. j. de aut. tut.
[o] d. l. gñaliter.
[p] parg. d. §. si pater. l. fi. §. si quis delegauerit. d' nouat.
[q] l. pactum. j. de colla. Saly. l. trãsactiõe. j. e. Barb. cõsi. 41. in 4.
[r] Ang. l. j. §. j. à quib. app.
[s] d. l. pactũ cũ plures. §. pen. de admi. tut.
[t] d. l. pactum quæst. 21.
[u] l. pactũ curatoris. 3. tit. j.
[x] l. cũ hi. §. si cũ filius ff. cod.
[y] gl. per procu. ff. de accept.
[z] l. fi. §. fina. de bo. quæ lib.
[a] l. j. de reb. eo.
[b] l. si pupillorũ. §. si pater. eo. tit. l. cum emit. cip. j. de præd. min.
[c] l. pen. ff. de cura fur.
[d] d. §. sinautem æs alie.
[e] l. fi. j. de adop. chis. lib. x.
[f] Aret. l. q Rome. §. Cal II. limac. de uerb. oblig. III.

Y alioqui

alioqui cõmunem sequamur, ne fraus legi nostræ facile fieri possit.

IMPP. DIOCLE tianus & Maximianus Augg. Proclæ.

INterpositas metus causa transactiones, ratas nõ haberi edicto perpetuo[b] cõtinetur: nec tamen quilibet metus ad rescindenda ea, quæ cõsensu terminata sunt, sufficit. Sed talem metum probari oportet, qui salutis [c] periculum, uel corporis cruciatum contineat[d]. ¶ Ad uim autem non dubium est, qui præsentem uirum constantem, & in talibus rebus non expertem, sollicitare potuit, eum ipsum non posse terrere. Sed & famæ timor saluti ipsi æquiparatur[p]. Vnde & ei saltẽ officio iudicis succurritur, qui ne per ora hominũ traduceretur, uerecundia adductus aliquid fecerit[q]. Quid in metu excommunicationis? Et tradunt non esse probabilem, quum excommunicatio non pœnæ, sed pœnitentiæ medelæue causa inducta sit[r]. Verũ dubia hæc est sententia. Nam & carcer ad pœnam inuentus iure nostro non est[s], & tamen probabilis est carceris terror [t], licet qui in eo detineatur, quantũ sit iudicis respectu, metum pati non dicatur[u]. Sed tamen prior sententia uerior est. Quid in iussu principis, an probabilis sit eius timor? Et negari non potest minis principum quemlibet concuti. Et ideo qui præcepto eius pœnali solue rit, coactus soluisse censebitur, iusteq; excusatus erit[x]. Quare & illud traditum est, si canonicis mandet princeps ut aliquem eligãt iustam causam timoris subesse uideri[y]: sed tamẽ hac in re ex moribus principis uel qualitate rei diiudicãdum est: Vir diro ingenio erat, aduersus iura expressim agebat, & iustus erit timor[z]: humanis erat moribus, & alioqui innoxiæ iræ, & diuersum respondebimus[a]. Nam & in asperis Prætoribus uel minax uultus iustum metum quãdoque præstat[b]. Nobis enim succurritur, quoties uel ab ipsis iudicibus aliquid per impressionem factum est[c], idq; non ciuili modo iudicio, sed etiã criminali[d]. Sed quid in dissimulato timore dicemus? ut quũ medicus ægrotum ad rei uẽditionem uili pretio compellit, dum ille ueretur malis pharmacis obcæcari, nisi ei morem gesserit. Et hoc casu officio iudicis succurri cõstat[e]. Sicut aduersus aduocatum, qui procedente lite cum cliente contraxit, quod alibi annotauimus[f]. Quid in timore quem reuerentialem uocãt? Et creberrime receptum est, consen

a l. si mulier. §. si metu. quod met. cau.
b l. j. eo. tit.
c l. eũ postea. 3. tit. j.
d c. Abbas. eõ quod met. cau.
e §. in rub. de æden.
f l. cõtinet. in fi. ff. eo. tit.
g l. ll. sacratissimæ. 3. de leg.
h l. edita. 3. ti. 3.
i c. illo nos. in fi. de pig.
k l. neq; natales j. de probat.
l c. semel malus de reg. iur. i 6.

tus causa transactiones, ratas nõ haberi edicto perpetuo[b] cõtinetur: nec tamen quilibet metum probari oportet, qui salutis [c] periculum, uel corporis cruciatum contineat[d]. ¶ Ad uim autem non dubium est, qui præsentem uirum constantem, & in talibus rebus non expertem, sollicitare potuit, eum ipsum non posse terrere. Sed & famæ timor saluti ipsi æquiparatur[p]. Vnde & ei saltẽ officio iudicis succurritur, qui ne per ora hominũ traduceretur, uerecundia adductus aliquid fecerit[q]. Quid in metu excommunicationis? Et tradunt non esse probabilem, quum excommunicatio non pœnæ, sed pœnitentiæ medelæue causa inducta sit[r]. Verũ dubia hæc est sententia. Nam & carcer ad pœnam inuentus iure nostro non est[s], & tamen probabilis est carceris terror [t], licet qui in eo detineatur, quantũ sit iudicis respectu, metum pati non dicatur[u]. Sed tamen prior sententia uerior est. Quid in iussu principis, an probabilis sit eius timor? Et negari non potest minis principum quemlibet concuti. Et ideo qui præcepto eius pœnali solue rit, coactus soluisse censebitur, iusteq; excusatus erit[x]. Quare & illud traditum est, si canonicis mandet princeps ut aliquem eligãt iustam causam timoris subesse uideri[y]: sed tamẽ hac in re ex moribus principis uel qualitate rei diiudicãdum est: Vir diro ingenio erat, aduersus iura expressim agebat, & iustus erit timor[z]: humanis erat moribus, & alioqui innoxiæ iræ, & diuersum respondebimus[a]. Nam & in asperis Prætoribus uel minax uultus iustum metum quãdoque præstat[b]. Nobis enim succurritur, quoties uel ab ipsis iudicibus aliquid per impressionem factum est[c], idq; non ciuili modo iudicio, sed etiã criminali[d]. Sed quid in dissimulato timore dicemus? ut quũ medicus ægrotum ad rei uẽditionem uili pretio compellit, dum ille ueretur malis pharmacis obcæcari, nisi ei morem gesserit. Et hoc casu officio iudicis succurri cõstat[e]. Sicut aduersus aduocatum, qui procedente lite cum cliente contraxit, quod alibi annotauimus[f]. Quid in timore quem reuerentialem uocãt? Et creberrime receptum est, consen

m d. c. Abbas. Bart. l. si ob tur pem. col. fi. de cõd. ob tur. ca.
n l. aduocati. j. tit. 3.
o l. propter litẽ. de excu. tut. j. de rest. spol. in 6.
p l. iusta. de manu. uind.
q l. fi. §. j. quod met. ca. glo. l. nec timorẽ. eo. titul.
r gl. Abbas. c. cõdilectus. eo. tit.
s l. aut damno. §. solent. ff. de pœn. l. 2. j. de exacto. tribut. lib. x.
t l. qui in carcerem. eo. tit. ul. accusationis. ubi Aret. j. de his quæ met. cau.
x Barto. l. creditor. in fin. de solut.
y gl. xxiij. quæstio. 8. c. cõsuetior.
z Abbas. d. c. dilectus. Bart. de pupillo. §. si qs ipsi. 3. quæstio. de oper. no. num.
a c. infinitis. qui clerici non ord. Alex. cõs. 16. in 3.
b Ias. §. quadruppli. Instit. de act.
c l. pen. j. quod met. cau.
d l. j. ff. de cõsuetud. l. medicus. de uar. & extra. cog.
f l. creditori. 5 tit. j.

cõsensum coram eo præstitũ, cui reuerentia debetur, non ideo rescindi posse, nisi de minis constet[g]: ut quum filius patri consentit bona ad se re uel spe pertinentia uenditi[h]. Quod in his quoque actibus procedit, qui omnino libe ram uoluntatem expetunt: Nam in eis quoque nõ ideo metus præsumetur, quod coram eo gesti sint, cui honos habendus erat[r], idq; receptius uideẽ[k]. Quoties tamen damnosum aliqd filius ex tacito cõsensu subiret, præsentia patris ob eius reuerentiam talem consensum excluderet[l], audiretur[q] filius meticulose tacuisse se affirmans[m]. Quod in matrimonio non procedit[n], tanq; id damnosum nõ censeatur, præsumatur[q] pater recte filio cõsuluisse[o], quod alibi diffusius attingunt Doctores[p].

e ¶ AD VIM TAMEN. Videtur hic dolus ui itemq; metui æquiparari: & ideo sicut ex metu nemini succurritur, nisi huiusmodi sit, qui cadat in constantem uirum[q]: ita in dolo dicendum, ut non succurratur, nisi in eo dolo, qui etiam cautum & prudentem potuit decipere[r]. Sed hãc sententiam ego supra secutus non sum[s], existimauiq; ex qualitate personæ perpendendum dolum, quum facilius mulieres & idiotæ decipiantur[t], semper enim hoc curandum, ut dolus suus nemini prosit[u]: Nam & id agi edicto lex ait, ne cuiquàm malitia sua sit lucrosa, alijs uero simplicitas damnosa[x], quæ uerba uix est ut commode restringi ad eum dolum possint, qui non in simplices cadat. Illud non diffiteor, si damnum nullum deceptus sentiat, ei fautitatem potius suam imputari, quàm aduersario dolum[y]. Sed quid est quod lex hic ait, ad probandum dolum, qualitatem causæ præcedentis non sufficere? Et communiter aiunt id significari, non ex eo præsumi dolum uel metum, quòd quis causam claram & magnæ utilitatis, modica pecunia accepta remiserit. Hinc; uidetur ea sententia probari, quam receptiorem plerique opinantur[z], ut transactio rescindi non possit, etiam si quis supra eius dimidium, quod pensitato dubio euentu perciras, si uera sunt quę precibus cõplexus es, alia ratio pactũ reformat. Nec em dubij iuris est, dominos cum seruis suis paciscentes, ex placito teneri, atq; obligari non posse.

IIDEM AVGG. ET CAESS. Sopatræ.

SI diuersa pars cõ tra placitũ agere pere uerisimiliter potuisset, læsum se esse proponat[a]. Nec em præcedentis causæ qualitas attendi debet, publiceq; interest trãsactiones obseruari, ut tandem litium sit finis[b]. Si tamen cũ eo trãsactum sit cui reuerẽtia debetur, aliud obseruabimus. Propter immodicam em læsionem actiõe in factum succurretur[c], & ita Paulo Cast. placuisse uideo, quem & non pauci alij secuti sunt[d], quod si is sit cui nulla reuerentia debetur, crediderim nõ succurri, & legis nostræ decisioni stari, & ita cõmuniter recipi Aret. hic scripsit.

f ¶ SED QVONIAM. Transactum hic fuerat super certis rebus, ut merito nõ ualuerit inter dominum seruumq; transactio[e]. Sed si super statu transactũ fuisset, eaq; transactione promissa libertas, putauerim ego distinguendũ, an nuda id est absq; precio promissio facta sit, & nulla inde necessitas domino imponitur[f], an uero pecunia data est: & si ab alio de suo eam præstante, dubium non est obligari efficaciter dominum[g]: Si uero de nummis serui datum sit[h], hortandus quidem erit dominus, idq; fauore libertatis, ut eum manumittat[i], quod si non fecerit, ex constitutione Diuorum fratrum libertatem ille nihilominus assequitur[k], merito lex omnimodo huic succurrendum ait[l]. Nec nouum est efficaciorem esse promissionẽ, quæ pecuniæ interuentu confirmata est, q; quæ nudis uerbis & sola pollicitatione constitit[m].

SI DIVERSA. a ¶ Sicut mutuo consensu transactio contrahitur, ita & mutuo consensu ab ea recedi potest[a], quia fauor finiendarum litiũ principaliter ipsas

g l. ad inuidiã. j. qd' metus cau. h l. j. §. quæ one rãdæ. ubi Bar. quarum rerum act. non det.
i c. j. §. porro. de desp. imp. in 6.
k Docto. c. causam matrimo. de offic. deleg.
l glo. l. filiusfa. §. inuitus. de procur.
m l. pen. ff. de fiurt.
n d. §. porro.
o l. sed ea. ff. de sponsal.
p d. c. causam. l. quæ dotis. sol. matr.
q l. metũ. de his quæ met. cau.
r c. cum dilectus. ex quod met. cau.
s l. cũ postea. 3. tit. j.
t l. j. de min. gl. c. cum locũ. de sponsal. ul. mora. de reg. iur. in 6.
x l. j. in princ. de dol.
y d. c. cum dilectus.

z Alex. l. si quis cum aliter. de uerb. obl.
a l. Lucius. §. fi. ad Treb.
b l. fratris. l. sub prætextu. l. sequen. eo. tit.
c l. si superstitẽ. j. de dol.
d Paul. cõs. 174. contra in j. De ci. cõsi. 86.
e l. uix ex certis. ff. de iudic.
f l. post certi. j. de lib. cau.
g l. si qs ab alio. ff. de manu. l. si liber. j. de condic. ob causam.
h l. 3. ff. de manumis.
i d. l. si liber. l. cũ affirmes. j. de lib. ca.
k l. qui se dicit. ff. de iudic.
l l. si seruũ. §. si quis dederit. de acq. hæred.
m arg. l. cogi. §. si pater. & sequen. ff. ad Trebel.
a l. nihil. de reg. iur.

partes respicit[b]. Vnde ei renuntiare possunt[c]: quum in re sua quilibet moderator arbiterq; sit[d], Nam & si inter litigatores conueniat, quomodo pronuntiandum sit, debebit iudex sententia sua ei conuentioni acquiescere[e].

Quid enim aliud agit Prætor, quã ut controuersias dirimat[f]? Sed cur transactio secunda ualet, & tamẽ sententia secunda, etiam ex consensu partium lata, aduersus primam non ualet[g]? An quod Accur. ait, quia transactio consensu fit, merito ex litigatorum uoluntate, quàmuis posteriore, robur assumit? At sententia ex instantia uigoreq; iudiciorũ, quæ iuris publici sunt, consistit[h]. Tametsi quandoque hic partium consensus in sententijs non parum suffragetur[i], ueluti ex mente Accursij, quum dubium est an prior ulla rijs, quum enim in eis iudex adhuc iurisdictione sua functus non censeatur[l], potest earum executionem uolentibus partibus reuocare, præceptumq; corrigere, uel immutare[m]. Nam & dubium non est, licere unicuique, iuri quod ex sententia quæsitum habet, renuntiare[n]: Sicut & sententiã incompetentis iudicis pacto confirmare[o], ut scilicet in uim pactionis ualeat. Qua ratione & iuri, quo sententiam iudicis quis nullam dicit, renuntiare potest[p]. Hincq; infert Bald. si postquàm lata sit sententia, quæ in iudicatum transierit, partes compromittant, non ualere compromissum[q], nisi adiecta clausula, quia sententiæ ipsi specialiter renuntient,[r] cuius non secuto laudatiuo, seu lapsa instantia, etiam clausulæ uirtus euanescat[s].

nititur, æquitatis ratio suadet, refusa pecunia[b], quum & tu hoc desideras, causam[c] ex integro agi.

b ¶ REFVSA PECVNIA. Vt tamen transactio infirmetur, sufficit contrarius consensus: quod in contractibus innominatis regulare uidetur, licet in alijs etiam retro traditio acceptæ rei necessaria sit[t]. Nam nisi consensus hic sufficeret, ut pecunia refunderetur condici non posset, quum condictio non detur, nisi quia causa cessauit, uel indebitũ solutum sit: idq;, excepto lasone, omnes sentiunt. Sed qua condictione agetur? Et Bartol. quem cæteri fermè sequuntur, ob causam, uel sine causa, quæ eius germana est[u], cõdicẽdũ censet: tanquàm pecunia ideo data sit, ut à lite in posterum discedatur, quod quum non fiat, tanquàm causa futurum respiciens desierit, agi debeat[x]. Accur. uero condictione indebiti repetendam pecuniam censuit[y], cuius sententiam ego sic defendi posse censeo: qui transigit, duas res facere uidetur: alteram, quia renuntiat actiõi seu iuri suo: alteram, quia in futurum promittit non agere[z], quod de facto intelligendum: in effectu enim constat, propter renuntiationem agi non posse. Ex hisce duabus dubium non est, principaliorem causam esse priorem, quæ ad ius refertur[a]: qui igitur transactionis causa dat, principaliter ob causam renuntiationis, quæ futurum non respicit, dedisse censendus est[b], non ob causam futuræ desistentiæ, merito condictio indebiti potius dari debet: quod & Rim. alia ratione censuit. Quum enim transactio eius uirtutis sit, ut quod principio non debebatur in debiti necessitatem trahat[c], consequens est ut eius resolutio contrarium effectum pariat, & quod prius debebatur indebitum reddat, indebiti ergo nomine id condicendum. Et sic Accursium tueri utcunque possumus: tametsi non est ut huius rei causa nos multum tangat, quum hodie haudquaquàm necessarium sit actionis nomen in libello exprimere[d].

c ¶ CAVSAM exintegro. Videtur ergo ad primam actionem reuertendum esse, quod utique certum est quum transactio simplex facta est: quum enim contractus sit innominatus & debilis, præcedentem actionem ipso iure non perimit, sed ope exceptionis tantum[e]: Vnde in excipientem dabitur replicatio, quæ primam actionem confirmet[f]. Sed magis eo casu dubitatur quo prima actio ipso iure extincta sit, & aliqui tunc solum condici refusam pecuniam posse censuerunt, tanquàm causa ob quam retro præstita sit, non sequatur[g], nisi reus de facto conueniri se sinat[h]. Sed hanc sententiam ferè crebrius Doctores nostri non probant. Aequitas enim dictat, ut hoc casu actio etiam de iure detur[i], ne liberatio apud reum absque causa sit: & ideo distinguunt, an actio illa à lege data sit in meram soluentis pœnam, & quia talis transactione extincta est[k], merito utilis dabitur, cuius exemplũ Bartol. accipit in magistratu qui dolo tutorem dedit: quum enim insolidum propter dolum condemnetur, etiam si nihil ad eum peruenerit[l], sententiaq; illa notam infamiæ irroget[m], merito tanquam pœnalis famosaque sit, illa actio nudo pacto tollitur. Vnde rescissa transactione à lege, utilis datur[n]: quod exemplum sic declaratum, & nos probamus. An uero actio ex consensu originem habeat, & acceptilatione sublata sit, & tunc aduersus reum condicetur[o], ut actorem in pristinam obligationem restituat[p], uel pecuniam, si de debito pristina ex obligatione liqueat, soluat[q]. Sed nunquid in lege nostra opus sit noua instantia, an duret prior? Et uidetur extincta actione, etiam instantiam perimi: & ideo siue renuntiatione, siue acceptilatione perempta sit actio, quãuis deinde partium consensu à transactione discedatur, noua instantia instituenda erit[r], & ita receptum est. Quod si actio nondum extincta sit, replicationeq; adiuuari possit, secus est: Trãsactio enim simplex instantiã non perimit[s], imo ad ipsius causæ processum simpliciter pertinere existimatur[t]. Huiusq; conclusionis ratio est, quia instantia nihil aliud est, quàm actionis exercitatio, à litis contestatione in diffinitiuam sententiam certo tempore coarctata[u]. Vbi igitur agi nec de iure, nec de facto, in casibus à iure permissis potest[x], ibi nulla est instantia: at ubi agitur, ibi & instantia est. Quod ergo hic dicitur, causam de integro agi, intelligitur de integro, perinde ac si nulla interceSSisset trãsactio[y]. Nam & qui certam prosequitur litem, agere etiam proprie dicitur[z]. Fuere tamen aliqui qui nunquam perimi transactione instantiam existimarent, ut Marti. Syll. Angel. Riminaldusq;: quoniam lex ait, facta post litis contestationem transactione, si deinde sequatur sententia, posse condemnatum, id quod ex causa transactionis dedit, repetere[a]. Vnde apparet quamuis solutio transactioni accessisset, quo casu extingui actio uidetur[b], tamen adhuc

durare instantiam, alioqui nec sententia, uitali instantiæ spiritu defecta, ualuisset[c]. Ego non censeo eius solutione quod ex causa trãsactionis promissum est, actionem extingui, unde consequens est ut durare instantiam arbitrer, si pars non obijciat. Necessaria eñ est transactiõis exceptio, ut agens summoueatur. Nam & parte non excipiente, ualet iudicium de facto[d], quod alibi attigimus[e].

IIDEM AVGG. ET CAESS. Pontio.

VT responsum congruum accipere possis, insere pacti exemplum[b]: ita eñ intelligimus, utrum sola conuentio fuit, an etiã aqui

VT RESPONSVM. Qui petitione hæreditatis, uel in rem actione experiebatur, si transegit, Aquilianaq; stipulatione, itemq; acceptilatione reum liberauit, amplius, (etiam reo promissa nõ obseruante) ad eas actiones redire non potest, quum iam extinctæ sint[a]: Et ita hoc rescripto responsum est. Agetur ergo de dolo[b], uel præscriptis uerbis[c], itemq; condictione ob causam[d], ut à nobis supra distinctum est. Paulus tamen Castr. cum prima actio in rem esset, negauit condictioni ob causam locum esse posse, quæ rem in pristinum statum restituere non potest, quum actio in rem ex dominio, non ex consensu partium oriatur[e]. Sed ego aliter sentio, nihil enim impedit, quin aduersus acceptilationem condicat, ut Aquiliana stipulatione deinde experiatur. Sed etsi censuerimus Aquilianam stipulationem condicendam esse, adhuc nihil fortè erit quod nos Pauli ratio moueat, tanquam actio in rem tali transactione non omnino extincta sit. Remanet enim τῇ δυνάμει, seu ut isti uocant, habitu, actoris inhærens ossibus[f], quia huiusmodi contractu non censetur actor ideo abdicasse dominium, si quod habuit[g], sed dubij solum euentus spem æstimasse, remisisseq;[h], quod supra attigimus.

b ¶ PACTI EXEMPLVM. Qui enim factum ipsum ignorat, quicquam certi iuris respondere nequit: quod ex facto ius oriatur[b], & facta etiam prudentissimos non raro fallant[i], unde super facto pronuntiari nõ nisi re perspecta potest[k]: quia quæ facti sunt, probationibus indigent, quum

b l. fratris. 3. eo. c l. pen. 3. tit. j. d l. in re. j. mãd.
e l. si cõuenerit. de re iudic.
f l. j. §. inde quæritur. de oper. no. nunt.
g l. j. j. qñ prouo. nõ est nec.
h Bar. l. duobus. ff. de excep. rei iudic.
i d. l. si conuenerit.
k l. j. quæ sentẽ. sine app. re. agu. l. fi. j. eo.
l l. iudex postea quã. l. quod iussit. de re iud.
m l. j. §. fin. de præto. stipul.
n l. uerisgẽtiũ. §. si paciscar. ff. de pact.
o l. 2. j. cõmunia utriusq; iudic.
p Mod. l. ubi. j. eo. Fely. c. fraternitatis. col. 2. de hæret.
q l. post rẽ. ff. e.
r Paul. & Ias. l. si tñ. j. eo.
s c. arg. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. Mod. l. 3. j. de ipub.
t l. ab emptiõe. de pact. ubi Bart.
u l. j. de cõd. sine cau.

k l. si tibi. §. quædam. de pact.
l l. in magistratus. l. fi. in fi. de mag. conue.
m l. athletas. in fi. de his q no. infa.
n l. pupilli. §. j. de solut.
o l. si fullo. de cõdi. sine causa. Aret. hic.
p l. si quis accepto. de cond. ob c. 4.
q l. si mulieri. eo. tit.
r l. cũ moti. 3. eo. l. post quã liti. 3. tit. j.
s l. siue. j. eod. l. eleganter. §. si quis post.
t l. tale. §. j. de pact.
u l. properandũ. j. de iud.
x l. si Titius. de uerb. obl.
y gl. l. 4. uerbo denuo. j. quõ et quãdo iudex.
z §. j. inst. de act.
a d. l. eleganter. §. si quis post.
b l. si reus. de procur.

c l. 3. in princ. de cõd. ob cau.
y arg. l. eleganter uersi. sane. de cõd. indeb.
z d. l. eleganter. §. si quis post.
a d. uersi. sane.
b arg. d. §. sane. & per Rim. l. siue apud. j. e.
c l. 2. 3. eo.
d l. j. j. de form.
e l. cũ proponas. 3. tit. j.
f l. siue. j. eod. l. pacta nouissima. 3. tit. j.
g l. j. & j. 2. de cõdict. sine cau.
h l. Iulianus. §. quãtum ad cõhiben.
i l. sancimus. j. 3. de sa. san. c.

c Bar. l. duobus. de exc. rei iud. d. l. j. j. qñ. puo. non est nec.
d l. posthumus. §. si quis. de inoff. test.
e d. l. si Titius.
a l. quires. §. fi. de solut.
b l. actionẽ. 3. eo.
c l. cũ moti. 3. e.
d d. l. si quis accepto.
e l. si quis ui. §. fi. de acq. poss.
f Bal. l. j. col. 2. j. de alie. iud. mut.
g l. si super. in fi. 3. eo.
h l. si pro fundo. in fi. j. eo.
i l. si ex plag. §. in cliuo. ad l. Aquil.
k c. j. de cõst. in 6. l. 2. ff. de iur. ign.
l l. prouiden. C. de uter.

contra articuli iuris dicantur, in quibus absque alia probatiõe iudicari potest, quod Bald. tradidit[l]. Hinc & aliqui inferunt, aduersus consuetudinem, quia facti est, latam sententiam ualere[m]. Inferunt & rursus, excusandum iuris consultum, qui diuersis speciebus propositis, in eadem causa diuersa responderit: quia secundum ea quæ proponũtur respondere cõsultor debet[n], & ex modica casus mutatione ius plerunq; omnino mutatur[o]: Apparetq; hoc rescripto perquam humaniter fuisse Pontio à principibus responsum, tametsi nimis concise & imperfecte eis ipse supplicasset: debet enim semper quilibet modeste respondere, quum summa uirtus sit humanitas, qua quò doctior quis est, eò & pollere magis debet: unde & prouerbialis extat senarius.

Ἅπαντας ἢ πολὺ ἥμερους παιδεία ποιεῖ.

Humaniores reddit eruditio.

Quandoque tamen pro qualitate rei uel personæ aliter obseruatum uidemus, ut quum semel atque iterum admonitum Seruium Sulpitium parum adhuc intelexisse Quint. Mutius deprendit[p], Excitantur enim aliqui etiam iniuria, uel quum Scæuolam oblique seu ironicos potius notat Claudius Saturninus[q], & illum uicemutua Vlpianus[r]: uel quum Domitio Labeoni Celsus: Aut non intelligo, inquit, aut ualde stulta est consultatio tua[s]. Non enim ad magnos Iureconsultos qualis fuit Celsus[t] (qui orator summus, Prætórque & consul, cuiq; Traianus Imperator statuam poni iussit, quod eum summo in honore haberet, & præ cæteris admiraretur ut Dion autor est) referendum est, ut responsa scriptò ædant de rebus indubitatis[u], ut mirum sit cur nostrates rusticum Celsum dixerint, rursusq; Labeonem Iureconsultum, quum qui iura professus est, non Domitius sed Antistius esset, ut Corn. Tacitus scribit. Sed & ei qui criminis alicuius suspectus est quandoque seueriter responderi nouum non est[x], sicut & ei qui aduersus suam professionem aliquid extorquere precibus nititur[y]. Hoc constat, generaliter erga præceptores summam humanitatem præstandam esse[z], sicut & erga seniores[a]. Semper tamen Aristotelis illud obseruandum: Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica ueritas[b].

c ¶ ACCEPTILATIO. Hoc enim casu quamuis soleat dici non seruanti non seruãdum[c], extincta tamen actio suscitari nequit.

Sed dubitant hic aliqui, quorsum opus fuit, ut Gallus Aquilius hanc acceptilationem inueniret, quum donatione potuisset tale ius statim extingui. Respondet Iason, potuisset quidem, sed non citra solennitatem insinuationis[d], neque adeò secure, quum certis ex causis donationes reuocentur[e]. Ego satis faterer Ias. sententiam in transactione procedere: Propter dubium enim euentum, acceptilatio non omnino uim donationis haberet[f], unde transacto negotio, nemo uictus aut uictor dicitur[g]. At in re clara non dubitauerim etiam in acceptilatione, donationis causa facta, insinuationem necessariam esse, nec ideo minus reuocari donationes, quod acceptilatione roborata sint, alioqui facillima fraudibus uia reperta esset[h]. Aliter igitur responderi; nempe donationis contractum Aquilij tempore innominatum fuisse, nec actionem ullam protulisse[i], sed solo rei interuentu confirmari solitum, at Aquilius id remedium inuenit, quod uerbis qualemcunq; actionem extingueret.

d ¶ PETITIONEM HAEREDITATIS. Hic annotant aliqui eodem libello rei uendicationem cum petitione hæreditatis iungi posse, quod tunc concedendum est, quum ad diuersa respiciunt, ut si speciem aliquam uendicem, & uniuersam hæreditatem petam[k]; ratione autem eiusdem rei non possent iungi, nisi ut uocant subordinate[l], quod alibi attigimus[m].

CAVSAS VEL LITES. Transactiones ergo rescripto principis tolli nequeunt, sicut nec res iudicata[a]: imò qui ad

l Bald. de pace const. col. 6. & c. sæpe. de app.

m Dec. l. precibus. 2. not. de impub.

n l. ea est. de uerb. sig.

o Respondetur Humanitas

Eruditio

p l. 2. §. seruius. de orig. iur.

q l. à testatore. d. cond. & dem.

r l. j. de senat.

s l. Domitius. de testa.

Celsus

t l. 2. in fin. de orig. iur.

u l. j. in fi. ad munici. l. quod Labeo. de Carb. ed.

x l. mercalem. de cõd. ob turp. caus. l. 2. j. de furt.

y l. professio. j. de mu. patr. lib. x.

z l. dicere, de arb.

a l. semp. de iurisdict. l. apud Iul. de fid. lib.

b l. 3. §. si quis quasi stabilito. uersi. sed ipse Celsus. de cõd. ob cau.

c l. cum proponas. 2. 3. eo.

d l. sancimus. j. de don.

e l. fi. j. de reuocan. dona.

f arg. l. fi. j. eo.

g l. fi. in princ. mand.

h Alex. l. creditoris. 3. tit. j.

i l. si quis argentum. j. de donat.

k Bal. l. 2. j. de peti. hæred.

l l. 2. j. ad fisc. l. 9 de inoff. de inoff.

m l. edita. 3. tit. 3.

a l. j. j. sen. resc. non pos.

qui aduersus eam supplicat, pœna infamiæ notatur[b]. Quod in eos annotandum est, qui lapsis in causis appellationis fatalibus, instantiam suscitare rescripto conantur[c]. Nam etsi conditis legibus municipalibus cautum sit, eas ad causas præsentes & præteritas trahi, non tamen de his actum censebitur, quæ transactione uel aliter finitæ sint[d]. Nec enim statuta huiusmodi ad præteritas causas, nisi confirmationis causa, trahi solent[e]. Quorum omnium ratio illa est, quòd alteri quæsitum ius hoc modo auferretur, rescripta uero ita interpretari debent, ut uniuscuiusque ius saluum sit[f], nec lites nouas inducant, quas publice interest potius sopiri[g], alioqui nulla sunt[h], & importunitate quadam nimiáque ambitione extorta præsumuntur, non autem uoluntate principis concessa[i]. Vnde rescriptum iniustum exequutionem à iudice non habet, nisi alia iussione expectata[k]. Quod & in pœnis dicendum, in quibus statutum est x x x. dies expectari[l]. Sed quid in casu nostro, si princeps causam cognoscendam mandet, lege non obstante? Et receptum est, posse principem hac clausula solitam controuersiam suscitare[m]. Addit Aret. idem esse, si non obstante transactione dixerit: Apparet enim de certa principis scientia[n]. Verum hanc sententiam Castren. & Ias. non probant. Sed sæpissime dubitari uidi, quum ad libellum, quo uictus aduersus rem iudicatam uel trãsactionem supplicabat, princeps rescripsisset, audiat talis & iustitiam faciat, seu, quod iuris fuerit constituat, an suscitasse his uerbis causam uideatur? Et aliqui censuerunt uideri[o], quia aliàs id mandatum nullius effectus, superuacaneumq; esset[p]: & quũ princeps ius reddi uelit, de causæ ipsius iustitia & fine intelligendum est, ut cognoscere decideréque litem iudex possit[q], quod & exemplo compromittendum de iure traditum est[r]. Nam & Alexã. respondit[s], quũ princeps causam demandasset, uideri eum appellationem admisisse, quamuis regula iuris, nemini tertio appellationem concedentis, obstaret[t]. Nec me aduersantis huic sententiæ Ias. argumentum mouerit, quasi tali iuri princeps rescripto derogare nequeat, nisi adiecta clausula non obstante &c.[u] Respondeo enim certam principis scientiam, quam ex supplicis libelli lectione habuit, eius clausulæ uim habere[x]. Mihi tamen humanior uidetur hæc Iasonis opinio, secundum quam & Dec. respondit[y], quia lex nostra derogare futuris rescriptis uidetur, ideo simplex scientia principis nõ sufficit[z], maxime quũ graue damnum diuersæ parti infligatur[a]. Adde quòd ea uerba, quod iuris sit talis constituat, duplicem sensum habere possunt, sicut quum dicimus, talis ius appellandi, uel ius operis noui nuntiandi habet. Ad principium enim referri possunt, ut scilicet de articulo ipso intelligantur, possunt & ad litis finem trahi, id est ad causæ principalis substantiam[b]. Fiet ergo interpretatio legibus concors, ut de articulo intelligatur[c], nec quicquam ideo superuacuum erit: Nam & quum quis supplicatione petijsset, ut summatim & de plano causa cognosceretur, & princeps simpliciter rescripsisset, audiat talis, conclusum fuit, non uideri mandatam summariæ cognitionis facultatem[d], idq; nisi expressis uerbis aliam fuisse principis mentem appareat[e]. Arbitror igitur supra scripta in quæstione solum iudici mandatum, ut perspiciat an de aliquo casu tractetur, quo lex iudicatum rescindi, actamq; rem rursus agi finit[f]. Cæterum operæ prætium hic est docere, quænam sit inter litem & causam differentia. Et lex sentire uidetur, litem ipsam pro actione capi, siue in rem siue in personam, quæ in iudicium deducta sit[g], & ideo proprie post contestationem solum litem esse, receptius est[h]. Largius tamen, & pingui Minerua, quandoque aliter accipitur[i], ut etiam præparatoria iudicij contineat[k]. Proinde uitium litigiosi commiti constat, etiam ante iudicium acceptum[l]. Sic & nil nouari pendente lite, intelligitur ab ipsius citationis prima origine[m]. Sic & perpetuari delegati iudicis iurisdictionem[n]. Veteres autem ipsi non litem sed stlitem dicebant, ut est apud Festum: Hinc & Decemuiri stlitibus iudicandis. Vnde dubia est Isidori etymologia à limite dictam credentis[o]. Causam uero receptius est generale esse uocabulum, tam ad ciuilia, quàm ad criminalia pertinens: tam ad iudicialia quàm extraiudicialia: tam ante contestationem litis, quàm post[p]. Quo sensu & Græci ἀντίδικον accipiunt. Sic Mar. Cicero causarum, inquit, genera sunt tria: demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Ex adiecto autem uerbo declaratur quo sensu generalis ea uox restringenda sit, ut quum dicimus, causam perorauit, post litis enim cõtestationem

b l. fi. 3. ut lite pẽ.

c l. nemo. de tẽp. app.

d l. j. §. fi. ubi Bar. ad Tertu.

e Bart. l. oẽs populi. 5. quæst. princip. de iust. & iure.

f l. quoties. 3. de prec. impe. off.

g c. exposita. de arb.

h l. rescripta. de prec. imp. off.

i l. j. j. de pet. bo. subla. lib. x.

k c. si qñ. de rest. l. fi uindicari. j. de pœn. xj. quæst. iij. c. apud.

l l. si quis. 11

m Doct. l. fi. 3. si contra ius uel util. public. Bar. exuag. ad repri. uerb. nõ obstãtibus. III

n argu. l. si quis. in pri. de leg. 3.

o Bal. & Barb. c. 2. de off. legati. Felyn. c. j. char. ulti. de const.

p l. si quando. de leg. j.

q Gl. & Ang. §. exhæredatos. in auth. de hæred. & fal.

r Doct. Clem. auditor. de rescr.

s cõs. 77. in 2.

t Butr. & Imo. c. sua nobis. de appel.

u d. l. fi. & c. nõ nulli. in prin. de rescr.

x l. 1 dem Vlpia. §. j. de excu. tut.

y conf. 198. col. pen.

z d. l. j. d' petit. bono. c. porrecta. de confir. util.

a glo. l. 3. §. si is pro quo. quod quisq; iur. Fel. c. nonnulli. col. xx.

b gl. & Bal. l. j. in prin. de ope. no. nun.

c Alex. conf. 94. & 136. in 2.

d Ro. decis. 358. si in cõmissione. in nouis.

e Ro. decis. 67. si petatur.

f l. imperatores. de re iud.

g l. litis. de uerb. signi.

h c. ex parte. 2. de uerb. sig.

i gl. auth. qui semel. j. quõ & quando iudex.

k l. posthumus. in fi. de inof. te.

l Auth. litigiosa. j. de litig.

m Clem. fin. ut lite pen.

n dixi in rub. 3. tit. 2.

o c. forus. de uerbo. sig.

p d. e. forus. e. super quæstio. de off. delega.

q l.qui eũ maior. §.accusasse. de bo.lib.

Quapropter si lege municipij cautum sit, ut propter aduocati absentiã causæ suspendantur, post litem contestatam accipietur, ut Bald, Salyc, Riminaldusq; tradiderunt: quia tũc proprie exercẽt officium suum aduocati[r], quæ ratio friuola est. Ego potius ita crediderim argumento suspensionis. Quũ enim ante litem contestatam nulla sit instantia[s], nõ potest sustineri seu suspẽdi quod nõ est, merito causæ uox restringit̃, ut litem significet[t], Quum proponas, Quum Titia fundum à Marcello peteret, tandem receptis ab eo centum transegit, promisitq; amplius non petere, & si contra faceret, accepta restituere: traditur hic, solum exceptioni transactionis locum esse, nisi adiecta per stipulationem sit clausula, rato manente pacto, tunc enim posse Marcellum & data petere, & nihilominus eam ad fundum agentem, transactionis exceptione summouere[a]. Idem addunt Docto. si iusiurandum accesserit[b]. Idemq; cum pœna ad id tantum quod particulariter interest refertur, nihil tunc oberit, & pœnæ locum esse, & principali quoq; cõuentioni[c]. Idem si prior actio fuisset acceptilatione extincta[d]. Non enim ideo suscitatur, quòd is qui contra fecit restituerit data, idq; receptius est. Nã quoties pœna non id quod interest respicit, sed contemptum ulciscitur, utriq; remedio locum esse constat[e], ut quia à partibus uerisimiliter actum sit, eum qui de facto solum contraueniat (quum de iure propter sublatam actionem non possit) in pœnam incidere[f]. Vnde recte annotant hic plerique, clausulam, rato manente pacto, huius esse effectus, ut pœnam adiectam uideri faciat, quòd contemptus ipse puniatur, & ideo secundum id quod interest, non restringi[g]. Apparetque Baldi sententiam hinc confutari, existimantis in contractibus bonæ fidei semper tacite hanc clausulam subintelligi[h]: id enim & lege & ratione caret, constatq; fere regulariter in eis cõtractibus subiectam pœnalem stipulationem id quod interest respicere, & ideo in illud imputari[i].

r l.rem nõ nouã. §.j.j.de iud.

s l. properandũ. j.de iudicijs.

t Albe. & Ang. l.j.§.postulare. de postu.

a l.qui fidẽ. ff.e.

b l.si quis maior. j.eo.

c l. Traiectitiæ. §.de illo. de acti. & obl.

d l.ubi pactũ.j.e.

e l.si quis rem. de arb.

f l.qui Romæ. §. fi. de uerb. obli.

g Bar.l.2.§. itẽ si in facto. de uerb.obli.

h Bal.l.si quo pœn. 4. col.3.tit.j.

i l.prædia. de act. empt.l.si quis à socio. pro soc.

IIDEM AVGG. ET CAESS. Marcello.

QVum proponas ab ea, contra quam supplicas, litem quam tecum habuit, transactione decisam: eam q; acceptis his quæ negotij dirimendi causa placuerat dari, nunc de conuentione resiliuisse: actionis bonæ fidei semper tacite hanc clausulam subintelligi[h]: id enim & lege & ratione caret, constatq; fere regulariter in eis cõtractibus subiectam pœnalem stipulationem id quod interest respicere, & ideo in illud imputari[i].

b ¶ VEL PACTO. Quum utrũque hoc casu locum haberet, uideretur disiunctiua pro cõiuncta poni, ut Fulgo. Paul. Alexã. Iason tradiderũt: quod si uerum esset, hac ratione defendi semper libellus alternatiuus posset, & tamen receptum est libellum alternatiuum non admitti[k], nisi pars non opponat[l], aut electio sit debitoris[m], aut ex utraque alternatiuæ parte intentio actoris confirmetur[n], aut agens probabiliter dubitat de iure suo[o], tunc enim petitio incerta admittitur, idq; suadente humanitate[p]. Idem quum natura obligationis alternatiua est[q], quod hic Riminal. quibusdam exemplis ostendit, uel quum alternatim duo remedia sub conditione proponerentur, quorum unum alteri ineesset[r]. Ego in textu nostro non arbitror de alternatiuo libello quicquam agi, q uerbaque hæc Marcelli esse, qui in ipsa supplicatione principem desiderij sui simpliciter admonuerat. Alij reum esse Marcellum respondent, licereque reo autumant, alternatim excipere[s], quæ sententia uera est, licet reclamente Iasone.

10 petas, uel pacto[b] stari, uel restitui data: perspicis siquidem de his reddẽdis, manente transactionis placito, statim[c] stipulatione si contra fecerit prospexisti, & XXV. annis maior fuit, quod exceptionem pacti & actionem dator habeas: quòd si nihil tale conuenit, excep-

k l.quod in here. de. §.elegerit. tributo. glo. §. aliæ. Iustl. de act.

l Doc.l.ædita.3. de æden.

m l.ubi. §. qui lud. de uer. obl.

n c.tertio loco. de probat.

o c.constitutus. de in integ.rest.

p l.j.§.quis aũ. quo.legat.

q Bal.l.2.j. de rescin.uend.

r gl.l.j.j. quãto pro.nõ est nec.

s l.nemo prohibetur. de exce.

c ¶ STATIM. Existimant ferè Doctores idem, etiam si non statim: superfluereque hanc dictionem. Atqui arguitur aliquis, non solum superfluere, sed etiam inepte additam: Si enim statim in ipsa traditione conuentio apposita fuit, opus non erit stipulatione, quum traditione confirmetur pactum, actionisq; sufficiat[t]. Ego statim, ex Nonnij Mar. sententia hic id est perseueranter acciperem, quo sensu non ad tempus, sed ad seriem rei gestæ refertur[u].

t l.legẽ.3.tit.j.

u l.j.in fi. de iure fisci. l.2.j. ubi in rem act.

Exceptio

x l.eleganter. §. pen. de cond. indeb.

y d.l. prædia. d. l.si quis à socio

z d.l.prædia. d. l.si quis.

a l.rescriptũ. §. si pacto. ff. de pact.

b d. §.duo fratres. in fi.

a l.ita. uulnerati. ad l. Aqui.

b l.iuri gentiũ. §. si paciscar. ff. de pact.

c l.3.in fi. de præuari.

d l.si maritus. §. si negauerint. ubi Bar. de adult.

e l.Gracchus.j. de adult.

f l.qui cetu. §. fi. ad l.iul. de ui pub. l.3. §. pen. de sepul. uiol.

g l.2.j. de aboli. c.j. & ij. de colluſ. detegẽ.

d ¶ EXCEPTIO. Vbi tamẽ exceptio non obijceretur, & iudex reum cõdemnasset, dabitur repetitio ex transactionis causa datorum[x]. Sed fac in ultimi huius responsi casu, reum trãsactionis exceptionem obiecisse, actoremq; submouisse, an saltẽ eatenus agere poterit, quatenus aliqua maior utilitas in repetitione datorum uersetur? Et Alex. ex quorundam sententia posse existimauit[y], supplendumq; id textui nostro arbitratur. Contra Fulgo. Paulusq;, sed non firmis rationibus. Ego quoties pœna contractui nominato & in fauorem creditoris, (quod in dubio censendum est) adiecta sit, arbitror quod in altero amplius sit exigi posse[z]: quòd si contractui adiecta sit innominato, ut in nostra lege, uel aliàs infirmo, satis esse si quod in pœna est, sit exactum, nec ad alterum amplius recurri posse[a], quoniam uerba conditionis stipulationi pœnali adiecta, non patiuntur hanc interpretationem, nec mens cõtrahentium id suadet, quæ solum stipulatione pœnali prouidere in alterum casum uoluit, quoniam alterum id est principalem promissionem non satis efficacẽ sciebat, quod alibi declarauimus[b].

ptio[d] tibi, nõ etiam eorum quæ dedisti repetitio competit, parta securitate.

TRANSIGERE. Epitomen huius rescripti hoc distícho clausit Accurs. Sanguinis in pœnis nisi mœchus transigit omnis.

In reliquis nulli liceat nisi crimine falsi.

Comprændit autem duas regulas, quarum quælibet unam habet exceptionem, de singulis igitur uidendum. Et in primis regula est, in crimínibus capitalibus, quæ sanguinis pœnam ingerunt, trãsigere licet. Videbatur autem contrarium potius statuendum, quia publice interest nocentes opprimi[d]: pactum autem uel transactio aduersus publicam utilitatem nulla est[b]: Nam & accusator transigens, quũ à lite desistat, tanq; præuaricator plectẽdus uidetur[c], ut cõmunis se habet sententia: imò & infamia notatur[d], ergo credendum non est, transactionẽ cõcedi, quũ lex eum qui transegerit pœna afficiat[e]. Adde quod inutilis esset hæc trãsactio, quum non ideo absoluatur reus. Potest enim quilibet alius de eodem crimine eum accusare[f]. Sed & iudex ipse eundem processum perficere, & ex eo condemnare poterit[g], quod Fulgo. Riminaldusq; tradiderunt. Sed tamen summa ratione nititur legis nostræ regula: Quum enim quilibet transigere uel pacisci possit, cuius id prohibitũ non est, debuit hoc quoq; casu id iuris non denegari[h]. Et quum ex aduerso stet fauor publicus, quo delicta puniuntur, pro transactione uero sit ea humanitas, qua cõcessum unicuiq; est sanguinẽ suum quoquo modo redimere[i], sit & capitaliũ pœnarum odium[k], sanctius fuit in hanc partem inclinare, & pro ualore contractus pronuntiare. Vnde quod uulgò traditum est, leges pœnales & odiosas extendi fauore Reip. ut delicta puniantur[l], non procedere existimauerim, cũ de sanguinis pœna agitur, idq; legis nostræ argumento[m]. Nec nos mouere debuit, qd accusator desistens puniatur, tanquã leges generaliter quemlibet puniãt, qui accepta pecunia ab accusatione desistat[n]: Nam respondent Doct. non ideo transactionem rescindi, quum & alijs casibus quandoq; uideamus actum ualere, licet autor pœna afficiatur[o]. Addit Bart. in eo quoq; utilem accusatori transactionem, quia pœnam talionis, quæ in causis capitalibus imponitur[p], euaderet, solaque pecunia ex Turpil. S.C. mulctaretur[q]. Alij simplicius legem nostrã accipiunt, quæ non esse prohibitam transactionem ait, ergo nulla omnino pœna afficiendus est accusator, qui propriè transigere, id est ab actiõe transire dicitur[r]. Quũ enim autoritate legis nostræ desistat, nulla affici pœna debet[s]. Quod si respectu rei ualet transactio, non solum ut sanguinem suum redimat[t], sed etiam nẽ in pœnam adueršrij corrupti incidat[u], ergo & respectu accusatoris ualere debet, quoniam πρὸς σωσιν ξύντομον, id correlatiuorũ natura id suadet[x], ne alioqui uideatur legislator altera manu quicquam concedere[y], altera facientem punire: & hanc sententiam Suzarius Riminaldusq; sequuntur, quam & ipse probo. Nam aut transactio ante inscriptionem uademq; præstitum inita est, & Petro Cynoq; cõsentiũt omnes, nulla accusatorem pœna afficiendis[z]: aut post inscriptionẽ, & idem ego censeo[z], qa iura quæ accusatori pœnã irrogant, aut in causis fiscalibus pecuniarijs loquuntur[a], aut in crimínibus, quæ sanguinis pœnam non irrogãt, uel in quibus transigere aliàs non licet[c], aut generaliter

10 derunt. Sed tamen summa ratione nititur legis nostræ regula: Quum enim quilibet transigere uel pacisci possit, cuius id prohibitũ non est, debuit hoc quoq; casu id iuris non denegari[h]. Et quum ex aduerso stet fauor publicus, quo delicta puniuntur, pro transactione uero sit ea humanitas, qua cõcessum unicuiq; est sanguinẽ suum quoquo modo redimere[i], sit & capitaliũ pœnarum odium[k], sanctius fuit in hanc partem inclinare, & pro ualore contractus pronuntiare. Vnde quod uulgò traditum est, leges pœnales & odiosas extendi fauore Reip. ut delicta puniantur[l], non procedere existimauerim, cũ de sanguinis pœna agitur, idq; legis nostræ argumento[m]. Nec nos mouere debuit, qd accusator desistens puniatur, tanquã leges generaliter quemlibet puniãt, qui accepta pecunia ab accusatione desistat[n]: Nam respondent Doct. non ideo transactionem rescindi, quum & alijs casibus quandoq; uideamus actum ualere, licet autor pœna afficiatur[o]. Addit Bart. in eo quoq; utilem accusatori transactionem, quia pœnam talionis, quæ in causis capitalibus imponitur[p], euaderet, solaque pecunia ex Turpil. S.C. mulctaretur[q]. Alij simplicius legem nostrã accipiunt, quæ non esse prohibitam transactionem ait, ergo nulla omnino pœna afficiendus est accusator, qui propriè transigere, id est ab actiõe transire dicitur[r]. Quũ enim autoritate legis nostræ desistat, nulla affici pœna debet[s]. Quod si respectu rei ualet transactio, non solum ut sanguinem suum redimat[t], sed etiam nẽ in pœnam adueršrij corrupti incidat[u], ergo & respectu accusatoris ualere debet, quoniam πρὸς σωσιν ξύντομον, id correlatiuorũ natura id suadet[x], ne alioqui uideatur legislator altera manu quicquam concedere[y], altera facientem punire: & hanc sententiam Suzarius Riminaldusq; sequuntur, quam & ipse probo. Nam aut transactio ante inscriptionem uademq; præstitum inita est, & Petro Cynoq; cõsentiũt omnes, nulla accusatorem pœna afficiendis[z]: aut post inscriptionẽ, & idem ego censeo[z], qa iura quæ accusatori pœnã irrogant, aut in causis fiscalibus pecuniarijs loquuntur[a], aut in crimínibus, quæ sanguinis pœnam non irrogãt, uel in quibus transigere aliàs non licet[c], aut generaliter

h l.necnõ. §. qd eis. ex quib. ca. ma.

i l.j. de bo.eo. qui sibi.

k l.famosi. ff. ad l.iul. ma.

l l.si uxor. de adult. Bart. l. quẽadmodũ. de ag. & cens. lib.xj.

m dixi .l.2.3. tit.2.

n l.si fœmina. j. ad Turpil. l.ab accusatione. ff. eo. tit.

o l.fi. ff. d' diuor.

p l.fi. j. de accus.

q d.l.3. in fi.

r l.2. ubi gl.3.e.

s l. destitisse. ad Turpil.

t d.l.j. de bo.eo.

u Alex. hic.

x l.j. de cupressis. lib.xj.

y d.l. Gracchus.

z l. quæsitum. ad Turpil.

a Arg. l.j. §. pe. de calum.

b l.eius. qui. de iure fisc. l.j.j. de pœn. iud. q mal. iud.

c l. de crimine. j. de adult.

liter in casibus quibus alioquí abolitio necessaria esset[d]. At in regula legis nostræ quum permissa sit transactio, ad abolitionis opem confugiendum non est. Cæterum nec uerum est inutilem esse hanc transactionem, imò ex ea pluríma utilitas oritur, ut quia reo pœna nõ infligitur, quæ aliàs accusatorem corrumpenti infligi solet[e]: Nec pro confesso habetur, quum aliàs transigẽs fateri crimen uideatur[f]. Sed nec accusator amplius repetere id crimen potest[g], quum alioquí nouum processum, si transactio nõ ualuisset, instruens audiendus fuisset[h]. An autem iudex ipse ex eo processu condemnare reum possit, dubitatum est. Et Bartol. nõ posse censuit, quum transactum in causa sanguinis est, quem plerique sequuntur: quum lex quæ iudici concedit, ut ex eodem processu condemnet, in eo casu loquitur, quo abolitionis impetratio necessaria fuit[i], & consequenter non permissa (ut supra docui) transactio: quam sententiam ceu receptiorẽ humanioreḿę & ipse sequor. Verũ quum pacta priuatorum iuri publico derogare non possint[k], non erit iudici deneganda inquisitio, si de casibus agatur quibus aliàs ea cõcessa reperitur: lure enim nostro regulariter ex inquisitione non proceditur[l], licet hodie propter leges municipiorum plerisque locis aliud soleat obseruari. Et ex his ostensum est summa ratione I niti priorem hãc rescripti partem. Verum dubitatum apud aliquos extat, num hodie lex hæc correcta censeatur, & aiebant uideri correctã, quum ratio legis correcta sit[m]. Ideo enim permissa est in causa sanguinis transactio, quia reo licet salutem suam quoquo modo redimere[n], licet & accusatori, qui nisi obtineat, pari supplicio in his causis plecti debet[o]. At hodie secus est, non eñ pari supplicio punitur, sed arbitrio iudicis, quum talionis pœna moribus nostris exoleuerit[p]. Sed tamen nõ tam facile abrogatam ego hanc legem existimauerim, cuius rationem correctam fuisse uerum non est: Principaliter enim fauore rei se redimentis inducta est, quæ ratio etiamnum procedit. Vnde quamuis respectu accusatoris non subsit amplius sanguinis periculum, non tamen lex abolebitur: cuius ratio, quod ad príncipalem dispositionem attinet, adhuc salua est[q], qua de re à nobis libro de uerb. signific. 1. disputatum fuit. Concludendum igitur, etiam hodie in causa sanguinis permitti transactionem, siue ex parte rei, siue II ex parte actoris. Sed quid si filio accusato, pater iudicium defensionemq́ susceperit, num cum patre transigi poterit: Et non uideretur: Non enim sanguinem proprium redimit, quod lege concessum est[r]: sed alienum, id est filij sui. Rimin. tamen aliter sentit, adhucq́ legi nostræ locum esse arbitratur, idq́ propter coniunctionem, quæ patri cum filio est[s], quæ sententia humanior III est. Amplius idem censuit, id ius ad cognatos quoque producendum: uidetur enim eos quoque aliquando admitti, ut accusati defensionem, cum sua interfit, suscipiant[t], poterunt ergo etiam transigere: Non parũ enim sua interest, cognatum non inquietari[u]: quum contumelia ei facta, toti agnationi facta uideatur[x]. Sed quid si reus ipse reclamet: An eo inuito pater uel cognati trãsigere poterunt: Et credendum est posse, quum id ius transigendi ad eos pertineat, non ex rei persona, sed propter propriam affectionem[y], ut idem Riminal. ait. Et hæc quod ad priorem regulam attinet, sufficiãt: nunc de exceptione uideamus. Quæstionis igitur est, cur lex adulterium exceperit. Et aliqui ideo id factum existimant, quía grauissimum sit hoc crimen[z]: sed certe non pauca sunt alia grauiora[a]: Alíj castitatis fauore, quam legislator maxime affectat, in primis cupiens maritalem fidem illíbatam esse[b], ut matrimonia magis frequentẽtur, liberisq́ hominibus ciuitas repleatur[c], quę ratio crebrius ferè probatur. At Bar. Baldusq́ naturam criminis perpendunt: Solet enim fœpissime & clam committi, humaniterq́ mœchi secum actum putarent, si pecunia stuprum emere possent. Vnde lex uetuit, quenquam pro comperto stupro pretium accipere[d]: suspicaturq́ legislator, etiam si gratis remissum crimen dicatur, clam tamen pecuniam interuenisse[e], facillimeq́ fraudem legi fieri potuisse, si sola trãsactio non etiam pactum prohiberetur[f]: Quum etiam si pecunia non interuenerit, nihilominus adhuc eius opinio grauetur, qui uindictam domus suæ hoc casu negligit[g]. Ego quandoque eam quoq; rationem probaui, ut censerem, iure ueteri pœnam sanguinis in adulteros non fuisse constitutam, & ideo ex posteriore rescripti capite transigi in eo crimine nõ potuisse: & quum deinde aucta sit pœna, iussumq́ gladio eos feriri[i], prohibitionem tamen transactionis durare, quoniam ratione legis impulsiua submota, non tamen cessat dispositio[k]. Fauor enim publicæ utilitatis ut delicta puniantur, impulsiua est posterioris huius

d l.1.2.j. de abol.

e l. imperatores. de iure fis.

f l. in fisci. ff. de iure fis.

g l. 3. §. penul. de sepul. uio.

h Bar. d. §. si negauerit.

i d.l.2.

k d. §. si pácisc.

l l.ij. si publico. ubi Bar. ff. de adult.

m glo. l.j. ff. de legi. tut.

n d.l.j. de bo. eo.

o d.l. fi. j. de accusa.

p Bar. l. pe. §. ad crimẽ. de pub. iud. Fely. c. super. col. 3. de accuſ.

q c. à multis. de ætate & quali. Aret. l. 2. de iudg.

r d.l.j.

s l. fi. j. de impub. l. isti. in fi. quod met. cau.

t l.j. & ij. de liberis. cau. Bar. d. §. ad crimen. col. 4.

u l. 3. §. sed si mi lier. de be. ho. exhib.

x l. lex Cornelia. de iniur.

y l. non tantum. de appel.

z l. codicillis. §. matre. de leg. ij

a l. fi. §. j. de public. c. at si clerici. §. j. de iud.

b auth. de leno. circa prin.

c l. super statu. j. de quæst.

d l. auxilium. in fi. de muno.

e l. is cuius. j. rosp. de adult.

f c. si ciuitas. de sentẽ. exc. in 6.

g l. miles. §. sancer. de adult.

h l. si quis uiduã. de quæst. l. claudius. de his qb. ut indig.

i l. quãuis. in fin. j. de adult.

k l. j. §. sexũ. de postul. l. j. in prin. j. de cad. tollend.

huius regulæ, causa[l]. Sed quid in raptu censebimus: Et frequentius ferè traditum, in eo concessam esse transactionem[m]: Quod intelligendum, quoties alia mulier, quàm quæ nupta sit, rapta est: alioquí in raptu I adulterium quoque ineesset[n]. Sed Iacobus Bald. & quidem alíj dissentiunt, negantq́ in raptu transigi posse. Est enim atrocius crimen, quæ sententia, ex his quæ infra de stupro disseram, etiam mihi probabilior uidetur. Tum etiam quía lex, parentes si patientiam præbuerint, ac dolorem remiserint, deportatione plectit[o]: ut appareat nec gratis, multoq́ minus accepta pecunia remitti accusationem posse[p]. Cauillaturq́, qui ex s. c. Turpilia, puniri parentes credunt[q], uel ex præsumpto Lenocinio[r]: quum nec Turpiliani pœna sit deportatio, nec probabiliter præsumptum hoc casu sit lenocinium, quod tam atroci pœna emendari debuerit[s]. Nec me mouet, quod alibi legitur, ex oratum raptæ mulieris patrem remisisse iniuriam[t], uel id crimen pactione transmissum[u], quía nõ ideo dicitur ualuisse remissionem, pactionem íse, imò dictio illa, transmissum, significat utcunque & de facto neglectum. Tranquillus in Caligula capi. x. Quæ ipse pateretur incredibili dissimulatione transmit II tens &c. Sed quid si uis nulla facta sit, statuemus: ut quum uidua uel uirgo sponte stupro consenserunt. Et Alexan. ait existimasse communiter Doctores in stupro transigi posse, ut lex nostra, quæ de adulterio loquitur, & in grauiorem eius criminis pœnam transactionem prohibet, ad stuprum non extendatur. Odia enim restringi conuenit[x]. Sed Bartol. hic, Baldusq́ aliter sensisse ratione sua uidentur, dum pretium recipi posse pro comperto stupro negant[y]. Nec minor est huius criminis, præsertim cum uiduis, frequentia, q́ adulterij: quod Agathius poëta attestatur,

χήρη ἔχει πάνδημον ἐρασκόπον.

Ad uiduã coëunt mœchi populariter oẽs. Videnturq́ hoc sensisse Hugol. Iacob. Cynus: in quam sententiam & ego transeo, quia lex Iulia promiscue stuprum & adulterium appellat[z]. Vnde nec in pœnalibus quidem censetur prohibita extensio, quæ ex latiore uerbi significatione assumitur[a]. Quæ nostra sententia tum maxime procedit, quum de ea specie stupri agitur, unde nulla est sanguinis pœna: Tunc enim posteriori legis nostræ regulæ standum est: ut quum quis uirginem nondum uiripotentem, uitiarit: quo ex delicto honesti relegantur, alíj dantur in metallum[b]. Quod procedere Azo[c] censuit, etiam in eo qui contractis nuptijs felici diplomate uoluit uti. Fuere & qui generaliter in stupratoribus negarent pœnam sanguinis irrogari[d]: quod & ego fateor, lege Iulia uerum esse, sed extraordinario iudicio constat summo supplicio afficiẽ[e]. Sed quid in adulterio III præsumpto respondebimus: Vt quum aliquis aduersus tres denuntiationes uxorem alienam adhuc solicitat[f]. Et lex ait, amicabili conuentione decidi posse[g], censuerunt q́ id communiter Docto. quæ interpretatio etiam nobis placet. Annotandúmque inde est, non idem semper iuris præsumptionem, quod ueritatem pollere[h], quum tamen hoc præsumptio à fictione distet, quòd ipsa ueritatem imitetur, fictio aduer- IIII setur[i]. Et quũ transigi in præsumpto adulterio possit, uideretur fortius id permittendum, quoties accusator certus redditur, nullum commissum fuisse, reumq́ innocẽtem esse[k], ideoq́ tali casu legi nostræ locum nõ esse Accursius censuit[l]. Qua tamẽ in re aliter distinguitur: Ante enim institutam accusationem utique hoc tolerari potest[m], post uero secus est: quia qui accusat, assere- V re uidetur se exploratum facinus in iudicium deducturum, ideo citra fraudis suspicionem desistere nequit[n]. Quapropter lex abolitionem non nisi causa cognita concedi à Præsidibus permittit[o]. Sed num saltem de adulterio pacem facere, iniuriam q́ remittere quis poterit: Et respondit Bart. posse[p]. Nec enim prohiberi quis debet, quin simultates animiq́ rancorem deponat[q]. Obstat tamen huic sententiæ, quod lex ait, dolorem remitti non posse[r]. Sed uerisimile non est ea lege de hoc rancore intelligi, qui non ad forum ciuile, sed ad conscientiam potius pertinet, quemq́ ex lege Christiana abolere tenemur. Fortius obstat, quòd pax per pactionem celebratur: unde qui paciſci non potest, nec pacem facere debet[s]: Nisi responderis, rancorẽ quidem remitti posse, pacem uero, quæ uia cõtractus initur, fieri non posse, quod aliqui sensérunt[t]. Hodie quoque constat, postquã mulier uerberata in monasterium detrusa fuerit, lapso biennio, posse marítum ei reVI conciliari, rursusq́ eam recipere, quod cõmentitio iure Iustinianus sanxit[u]. Quid si accusator transigat uel paciscatur, idq́ se faVII cere

l arg. Bart. l. 2. §. fi. de donat.

m l. si quis seruus. j. in qb. cau. ser. pro præm. lib. l. qui cœtu. §. fi. ad l. Iul. de ui pub.

n d.l. si quis uiduam.

o l. j. ad fi. de raptu uirg.

p l. furti. §. patius. de infam.

q d.l. 3. in fin. de præua.

r l. 2. §. j. de adult.

s §. pe. in auth. ut liceat matr.

t d.l. qui cœtu.

u d.l. si quis seruus.

x l. cũ quidã. de lib. & posthu.

y d.l. auxilium. in fi.

z l. inter. de adult. l. de crimine. C. eo. tit.

a l. si uxor. de adult.

b l. si quis uiduã. de quæst. l. claudius. de his qb. ut indig.

c In summa. de nuptijs. col. 2.

d §. 2. Inst. de pub. iud. Matheſil. not. 100

e l. j. in fi. de cõxor. crim. auth. si quis. j. de adult.

f §. fi. in auth. ut liceat matri.

g l. si tibi. §. quædam. de pact. ubi Bar.

h l. fi. ff. d' prob.

i l. filio quẽ. de lib. & posthu.

k l. serui. j. de adult.

l l. fi. quidẽ. in gl. fi. j. de cõtrah. stipul.

m l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult.

n l. abolitionẽ. j. de adult.

o l. 2. j. de aboli.

p cõſ. 170. dño.

q l. si tibi. §. quædam. de pact. ubi Bar.

r d.l. j. in fi. de rapt. uirg.

s l. j. ff. de pact.

t Albe. tractatu ſtatu. ſecunda parte. q. 125.

u auth. ſed hodie. de adult.

cere protestetur odio litium, uel quia desit sibi pecunia, hoc est nerui litigiorum? Et non iuuari eum hac protestatione crediderim: Tenetur enim litem prosequi[x]. Si tamen id ita esse iudici probauerit, poterit discernere an abolitionem concedat[y]. Reum uero qui pacto assensus sit, hac protestatione excusari, Tancredus sensit, ne quicquam de se uideatur confessus, qui ex eo transegerit, quia dispendia litium ferre non possit[z]. Quod si tam facile admitteremus, reperta esset legi fraus[a], & ideo hoc quoq; casui arbitrio iudicis relinquendum putauerim[b].

x l. alimenta. j. de neg. gest.

y d. l. ij. de aboli.

z arg. l. minoribus. ff. de min. Alex. hic in fi.

a l. in fisci. l. eius qui. de iure fis.

b ¶ IN ALIIS AVTEM. Secunda principalis hic refertur regula, ut quoties de pœna sanguinis non agitur, sed de alia, quamuis capitali, transactioni locus non sit: idq; ut crimina puniantur, quod publice interest[c]. Si igitur de amissione libertatis uel ciuitatis agatur[d], transigi non potest: ut si quis in metallum, uel in opus metalli detur, uel mulier in ministerium ipsorum metallicorum[e]. Idem si ad alia ministeria sordida, ut balnearum, cloacarumq; purgationes: item uiarum munitiones, quorum Traianus quadam epistola ad Plinium meminit. Sed quid si de solius infamiæ nota agatur? Et uideretur causam famæ ipsi uitæ æquiparari[f]. Vnde & capitalis dicitur[g], sed tamen id ex lata significatione est. Nam & damnati publico iudicio, notantur infamia[h], & tamen transigere non possunt. Quapropter idem sentio, si de pœna amissionis omnium bonorum, uel maximæ partis agatur, quia talis pœna nō nisi opinione quadam uulgari sanguinis causæ æquiparatur[i]. Vnde prouerbiale carmen,

b d. l. 2. de abol.

c d. l. ita uulneratus.

d Inst. de cap. di. §. j.

e l. aut damnū. §. inter. de pœnis.

f l. iust. de manu. uind.

g l. licet. 2. de uerb. sig.

h l. j. de his qui not. II

i glo. l. aduoca. j. tit. 3.

τὸ ἀργύριον ἴσον ἔμμεν ψυχὴ βροτοῖς,

Argentum, & anima & sanguis est mortalibus.

Vere enim quælibet corporalis etiam minima pœna quacunque pecuniaria durior censetur[k]. Sed probabilior dubitatio est. III Quid quum de membri amputatione agitur? non enim hæc pœna inter capitales reperitur. Sed tamen Alexand. cæteriq; recentiores, fatentur sanguinis causam esse, & ideo transactionem in ea non prohiberi, quum membrum abscissum moriatur, unde & lex hasce pœnas tanquam similes iungit[l]. Nec me mouet quòd largo modo solum sit capitalis pœna, ideóque uideatur ex hac posteriore regula nō concedendam transactionem: quia non potest negari, quin sit causa sanguinis, idq; sufficit[m]. Licet uerum sit, nec inter capitales, nec usquam quidem iure ueteri connumerari, quia nolebant antiqui quenquam corpore mutilari. Vnde & pœna talionis in actione iniuriarum exoleuit[n]. At recentiores pœnas auxerunt, magis terreri ex eis facinorosos existimantes[o]. Sed apud Thucydidem libro tertio hac ratione improbos coerceri non posse, Diodothus Atheniensibus eleganti oratione persuasit: qui natura instincti, spe falsi, impetu quodam cæcóque affectu feruntur, nihilq; tum minus cogitant, quàm fore ut deprædantur: & ideo noua pœnarum exempla minime excogitanda, quod & C. Cæsar apud Sallustium censuit. Verum quid in fustium castigatione dicemus? Et tum quoque transigi posse ijdem existimarunt[p]. Elicitur enim ex uerbere sanguis, cruciatusq; corporis, causæ uitæ æquiparatur[q]. Nam & hodie adulterij pœna est uerberatio[r], ut inde appareat adhuc in adulterio de sanguine agi, alioqui prior regulæ exceptio correcta esset. Et hæc sententia proculdubio humanior est. Ego tamen uereor ne in leui castigatione non sit uera: quia fustuarium, admonitionem potius quandam tunc respicit[s], qua ratione etiam iure canonico moderate permittitur[t]. Et tamen Ponta. Alexā. & cæteri fatētur super pœnis, quæ iure canonico permittuntur, primæ legis nostrę regulæ locū non esse, sed posteriori tantum, quia huiusmodi non censentur pœnę sanguinis[u]. Nō enim lex Pontificum pœnā sanguinis cuiquam irrogat[x]. Vnde factū est, ut nec sententia illa approbata sit, qua traditur, iure Cano. in pœna perpetui carceris transigi posse[y], tanquam morti æquiparetur[z]. Vt enim Alex. recte censuit, morti solum ciuili similis est, non naturali, alioqui eo iure nemini indiceretur[a]. Solū ergo eo iure tunc licita erit transactio, quum clericus exau-

IIII

l §. ad hæc sanc. imus. auth. de collatio.

m c. reos. xxiij. quæst. 3.

n §. pœna. inst. de iniur.

o l. 3. auth. sequē ti. j. de ser. fug.

p d. l. aut dānū. §. hostes aute.

q l. interpositas. 3. eo.

r d. auth. sed hodie.

s l. ueluti. ff. de pœn.

t c. in archiepi. scopatu. de pœ. pt. xxiij. quæst. 5. c. circū celliones.

u gl. 2. quæst. 3. §. in omnibus. Ro. sing. 681.

x c. sententiam. ne cler. uel mo.

y Abb. c. j. de colluſ. dete.

z Bar. l. 2. de pub. iud.

a d. c. sententiam.

torandus

b But. d. c. j.

c c. cū non ab homine. de iudic.

torandus, secularicq; iudici tradendus est[b], quod ob criminis immanitatem quandoq; fieri solet[c]. Sed quid in delictis dicēdum, VI quorum pœna ex lege municipali est pecunia, quam si intra mensem reus non soluerit, corporalis efficitur? Et Bald. Salycetusq; censuere licitam esse transactionem, quoties euenire potest, ut sanguinis periculum sit[d]; aliàs si huiusmodi periculum probabiliter non subsit, secus est. Attendimus enim ad genus pœnæ, ut qualitatem iudicij discernamus[e]. Sed rursus quid in criminibus priuatorum iudicio VII rum? Et receptior est sententia, ut neque pacisci, neque transigere liceat, si criminaliter iudicium intendatur[f]; quia accusator desistere non potest[g], reus autem pro conuicto haberetur[h]. Si uero ciuiliter ageretur, tunc super eo crimine pacisci liceret, transigere uero non liceret: idq; certis casibus, quibus Prætor propter datam pecuniam infamia reum notat[i]. Sed an ideo transactio ipso iure sit nulla? Et non uidetur: licet enim reus transigens famosus fiat, tamen cōtractus tenet[k]. Fuere tamen qui generaliter in criminibus priuatis pactum ualere disputauerint[l], nec ulterius deinde reum accusari, uel per iudicem inquietari posse, quum in eis regulare sit, ne inquirat[m]. Item ne extraneus admittatur[n]. Et quia æquum est, ut omittente accusationem eo qui principaliter est læsus, fiscus quoque, qui causam lucratiuam prætendit, conquiescat[o], Ne uideatur fiscus ad huiusmodi lucra oculū adijcere, in his quæ ad correctionē morum potius pertinent[p]: quæ sententia utique disputando defendi posset. Ego tamen communem sequor[q]: Nisi quod etiam si criminaliter agatur, pa ciscente reo non arbitror ullam confessionem fingi, quia lex generaliter in fisci, inquit, cautis pacti, si prætium dederint, pro confessis sunt[r]: Si igitur non dederint, pro confessis non sunt. Quid hoc restringimus, quum criminaliter non agitur? Cæterum ante cœptam litem dubium non est transigere pacisci q; de crimine priuato licere[s]. Tametsi non obstante repudiatione, paciscens qui accusare uoluerit, adhuc audiri possit, si ab alio prœoccupatus non sit[t]. In crimine uero publico repudiari quoque accusationem anteq; instituta sit, posse supra diximus[u], nec Turpil. s. c. locū esse[x]. Turpiter tamen recipi pecuniam huius rei causa crediderim[y], & ideo condici posse[z]. Et ex his constat perpetuam non esse hanc regulam, sed quibusdam casibus in causis criminalibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, licitam esse transactionem pactio I nemue: ut quum ante litem cœptam re II missa est, ut dixi, accusatio: Vel absq; pre III tio in crimine priuato pactum est. Sed & in delictis quæ omittendo, seu per desidiam commissa sunt, nō uidetur prohiberi transactionem, ut quum seruus dominum non defendit[a]. Grauius enim facinus patrando delinquitur, quàm negligendo[b]. Sed IIII & si quis transegerit, & pecuniam reo dederit ut crimen agnoscat, fateaturq;, non censetur rem illicitam fecisse[c]. Sed nunquid iudex ex tali confessione sola, reum punire poterit: Et traditum est, non posse: sed adhuc inquirere eum debere, an delictum perpetratum sit, quoniam si quis confiteatur se occidisse Titium, debet iudex antequàm reum condemnet, prius uestigare, an uerum sit perijsse Titium[d]. Sed num idem est in reo transigente data pecunia, qui pro confesso habetur[e]? Et uideretur idem esse, ne durius ageretur in præsumpta criminis confessione, quàm in ueraf. Qua tamen in re ego ambigo, quia lex pro conuicto haberi ait[g], quæ uerba ad remissimam legis præsumptionem referuntur, quæ alia probatione non indiget[h]. Arbitrantur tamen Doctor. si reus de innocentia sua probare uelit, audiēdum esse, quæ sentētia æquissima est[i]. Et quum hæc confessio ex dispositione legis inducatur, merito Tancredi sententiam confutaui, nō uideri confessum reum asserentis, qui protestatus sit, eò se transigere, quò dispendia litis euitet: In legum enim dispositione partis protestatio non attenditur[k]. Vnde fit ut hanc captionem probare non possim, Sicut nec aliam ab Alberico Iasoneq; traditam, ut notarius simpliciter remissionem fieri ab accusatore stipuletur nomine omnium quorum interest, nulla specialiter ipsius rei mentione facta. Videtur enim nobis quum primum reus remissionis beneficio utatur, ratum contractum habere[l], atque perinde esse, ac si cum eo nominatim conuentum esset[m]. Quod & eo exemplo probatur, quum generaliter citantur, quicunque sua interesse prætendunt[n], & Titius in iudicium uenit, satis dicitur nominatim citatus, quum talem citationem ueniendo approbauerit[p].

d arg. l. nō intelligi. §. si qs pa la. de iure fis.

e l. 2. ubi Bar. de pub. iudic.

f argu. l. licitatio. §. quod illicite. de publica. Bartol. l. inter. §. recte. de furt.

g gl. & in priuat. ad Turpil.

h l. fi. de præuar.

i l. quoniam l. furti. §. pactus ff. de his q not.

k l. post decisionē. j. de furt. l. interdū. §. qui tutelam. ff. de furt.

l Iac. Butrig. et Rim. hic.

m l. rescripto. §. si qs. de mune.

n gl. l. fi. de priuat. delict.

o l. iudex circūueto. de mino.

p l. j. uersi. nāq;. j. de secū. nupt.

q arg. d. l. licitatio. §. qd' illicite. de publica.

r l. in fisci. ff. de iur. fis.

s l. si tibi. §. quædam. de pact.

t l. 3. §. pen. de sepul. uiol.

u d. §. si negauerit.

x l. quæsitum. ad Turpil.

y l. siqdē. j. de cō trab. stipul.

z arg. l. seruj. j. de adult.

a glo. l. 2. ad Syllan. Dec. hic.

b gl. l. si mora. solut. matr.

c gloſ. l. j. j. de pœn. iud. qui mal. iud.

d l. j. §. itē illud. ad Syllan.

e d. l. fi. de præuar.

f arg. l. fi. de pbat. & d. §. pen. in auth. ut liceat mat.

g l. eius qui. de iur. fis. d. l. fi.

h c. is qui fidem. de sponsal.

i d. l. seruj. j. de adult. l. pen. ff. de calum.

k d. l. alimenta.

l l. 4. ff. rē pup. sal. fo.

m Bar. d. l. licitatio. in prin. de publica.

n l. si eo tēpore. j. de rem. pig.

o l. de pupillo. §. seruo. ubi mod. de ope. no. nū.

p gl. l. j. in prin. de fer.

c ¶ CITRA FALSI accusationem. Sed quæ est ratio, ut falsum exceptum sit? Et ueteres, quia plerumque falsi accusatio ad pecuniariam æstimationem refertur[q], & iura constitui oportet in his quæ plerũque fiunt[r], quæ sententia reprobata est, quũ etiã in priuatis delictis criminaliter deductis transigi nequeat, ut supra uidimus: quæ tamen ad æstimationem referuntur, nec uerũ sit plerumq; pœnã falsi esse æstimationem, imò est deportatio[s], irrogaturq; sæpissime ex alia q; pecuniaria causa[t]. Alij frequentius id constitutum aiunt, propter grauitatem criminis, quod non solũ iuris, sed etiam facti infamiam apud omnes irrogat, quæ macula damno uitæ æquiparatur[u]. Sed & hæc ratio infirma est, quum in causa criminum, quæ infamiam infligunt, qualia sunt publica iudicia, transigi non posse, supra ostenderimus, mirumq; sit propter grauitatem adulterij sensisse ueteres transigi nõ posse, propter atrocitatem falsi posse. Ego lib. Paradox. v. cap. lix aliter existimaui, nempe in crimine falsi specialiter id traditum, ut non nisi ex ueris probationibus condemnari quisquàm possit[x], merito ergo transigi poterit, quia quàmuis transigens loco confitentis sit, ea confessio ueram probationem non facit, sed præsumptam, ut supra docuimus. Qua tamen in re amplius deliberandum uidetur[y]. Et fortè lex nostra falsi crimen non excipit[z], sed eum qui transigit, posse de falso condemnari sanxit, ut falsum committere censeatur, non solum qui uera abscondit[a], sed & qui transigit, ut impune quis euadat. Quem intellectum præpositio illa citra cõfirmat, quæ non tam exceptiua quàm priuatiua est[b], & pro sine seu absque ponitur: cuius significationis plurima sunt apud ueteres exempla: Nam & calumnia & præuaricatio speciem falsi habent[c]. Vnde & lex fallaciter accusantes hos appellat[d], licet nõ lege Cornelia, sed senatusconsultis alijsq; pœnis puniantur, legis tamen Corneliæ exemplo introductis, quæ & ad temere iudici obrepentes extenditur[e], & de eis nominatim loquitur, qui ob nõ denunciandum, uel ob non dicendum testimonium pecuniam acceperint[f]. Non poterit ergo quisq; quàm de criminibus hisce publicis pacisci uel trãsigere, quin falsi damnetur, propter calumniam scilicet uel præuaricationem, quod tamen ante institutam accusationem non procedit[g].

q l.ipse.j.de fals.
r l.iura.ff.de leg.
s l.j.in fi.ff.de fals.
t d.l.j.
u d.l.iusta.de manu.uind.
x glo.l.iurisgentiũ.§.quod fere.ff.de pact. Dec.c.porrecta.de confir. utili.
y argu.l.iubemus.j.de pba.
z argl. Lucius. ff.ad Turp.
a c.j.de cri.fall. glo.l.præsbyteri.3.de epi. & cle.
b l.cum dos.de pact.dot.l.debitor.de cõpẽsa.
c l.j.§.j.& §. prætiaricatorẽ ad Turpil.
d l.fi.in prin.j. de abolit.
e l.si quis obrepserit.de fals.
non licet, citra[c] falsi accusationem.

IIDEM AVGG. & Cæs. Ireno.

SVb prætextu instrumẽti post reperti, trãsactionem bona fide finitam, rescindi iura nõ patiuntur. Sanè si per se uel alium subtractis instrumentis, quibus ueritas argui potuit, decisionem litis extorsisse probetur, si quidẽ scindi semel factam transactionem. Quod ad iuramentum quoque producẽdum est, quum sponte partium, uel accedente iudicis autoritate delatum est[a], adeò ut si detectum sit periurium, sola spretæ religionis pœna sufficiat, iuramentum uero ipsum nõ rescindatur[b]. Quod & in re iudicata dicendum est: Nec ea enim tali prætextu reuocari regulariter potest[c], quod intelligunt Paul. & Rimin. etiam si sententia lata sit, tanquàm nõ probatum fuerit, adhuc superueniente probatione non reuocabitur[d]. Idem quoque in arbitratoris laudatiuo dicendum, quod si boni uiri iudicio uel partium homologia confirmatum sit, subuerti amplius non potest[e], durante uero reclamandi iure, secus esset[f]: quæ omnia ea ratione inducta sunt, ut tandem aliquis litium finis esset. Et quia imputandum est ei qui principio huiusmodi instrumenta non inuenit[g], quum post dilationum probatoriarum cõcessionem lapsis temporibus lex uelit diffinitiue iudicari, nec sinat reum ulterius sub cultro esse[h]. Sed nũquid perpetua hæc sunt, & qui transegit omni remedio defectus erit? Et negãt plerique. In primis enim si quis probabili ignorãtia lapsus est, ut quia in ius alterius successisset, omnẽq; diligentiam instrumentorum quærendorum causa adhibuisset, restitui in integrum à iudice ex clausula generali poterit[i]. Nam & ex hac causa rescindi posse rem iudicatã Bar. tradit[k], quum allegat actor uel reus, se reperti nuper instrumẽti in iudicio, pducẽdi facultatẽ nõ habuisse, quod & receptissimũ est[l], ut hic Alc. scripsit, & utcũq; in sententia defendi potest, à qua uerus partiũ cõsensus

f l.j.de fals.
g d.l.ipse. d.l. quæsitum.
a l.admonẽdi. de iureiur.
b l.quod si defẽrẽte. de dol.
c l.sub specie.j. de re iud.
d argu.l. Iuliatius. de con di.ind.
e l.4.in fin.j. de arb. Bar.l.j. in fi.de leg.ij.
f Bar.l. societatem.§. arbitrorum. pro soc.
g l.pure.§.fi.de excep.dol.
h l.properandũ.§.& siquidem j.de iud.
i l.j.in fin.ex qb.cau.maio.
k l.j.de sentẽtijs aduers. fis. lib.x.
l l.si mater. in prin.de excep. rei iud.

m l.inter stipulãtem.§.j.de uerbo.oblig. n d.l. admonẽdi.
o l.j.§. idẽ Pompo.de dol. II l.diuus.in fi.de in integ.rest.
p l.fi.j.sententiã rese.non pos.
q l.Diui.ff.de pœn.
r l.causas.3.eo.
s l.2.in fin.ff.si lib.inge.esse dica.
t d.l. Diui.l.j. in fi.de quæst.
u glos.l.j.j. de pœn.iud.qui.
III
x c.nouit.de iud.
IIII
y l.j.j.d' sen.ad fisc.l.imperatores.ff.de re udic.
z arg.d.l. admonendi.
a l.quod uero. de legib.
b l.inter.§.j. de uerb.obl.
§.j.q; sat.cog.
sensus abest[m]. In transactione uero uix est ut id sequi ego audeam[n], quum legis nostræ mens aduersetur, frustráque hic traditum esset, ad doli actionem recurrendum esse, quæ nec ei qui alia ratione restitui potest concedi solet[o]. Ad aliud ergo remedium cõfugiendum est, id erit, si princeps adeatur, qui perpensa rei æquitate rescripto suo rescissionem concedat, quod Riminal. hic censuit. Nam & princeps rescripto suo rescindere rem iudicatam non potest[p], & tamen ex causa nouarum probationũ potest[q]. Ego de hoc quoque dubito, quia lex generaliter negat, transactionem rescripto rescindi[r]: & speciale est fauore libertatis, ut Princeps adiri hoc casu possit[s]. Et quàmuis fauore absolutionis, ut innocens qui in causa criminali condemnatus erat, liberetur, lex rescripto Principis rescindi sententiam permittat[t], non tamen consequens est, idem concedendum uel in causa ciuili, uel etiam in criminali, qua reus condemnationem euasit: ut merito non uideam, quomodo huic sentẽtiæ locus esse possit, excepto quũ reus accepisset ab actore pecuniam, ut crimen fateretur, atque ita transegisset, condemnatusq; à iudice esset[u], qui casus raro contingit. Quis enim adeò fatuus est, qui pecuniam saluti anteponat? alia igitur pro uisio perquirenda est. Et alij tradunt denuntiatione Euangelica posse succurri[x], quod ego uerum faterer, si probaretur aduersarium sciẽtem in transactiõe peccasse, læsæq; conscientiæ reum esse. Ex eo uero quod deinde detectum fuit, dubitabilior est quæstio, alibi à nobis disputata. Illud constat in causa publica aduersus sententiam fisco propter noua instrumenta ex diuorũ fratrum rescripto intra triennium restitutionem concedi[y], quod etiam ad transactionem hic omnes extendunt, quæ tamen sententia dubitabilis est[y], quia ut durum est in his, quæ contra iuris communis regulas inducuntur, extensionem fieri[z], ita durissimum ad ea fieri, quæ tanta ratione nõ innituntur, sententia enim in inuitum fertur[a]. Transactio consensu partium constat: at facilius ei qui coactus fuit succurrẽdum est[b]. Nam & sententia iuris publici est, quod facilius à lege tollitur: trãsactio priuatorum consensu inducitur, quem lex difficilius perimit. Vnde solet uulgò dici, lex tibi

m l.inter stipulãtem.§.j.de uerbo.oblig. n d.l. admonẽdi.
o l.j.§. idẽ Pompo.de dol. II l.diuus.in fi.de in integ.rest.
p l.fi.j.sententiã rese.non pos.
q l.Diui.ff.de pœn.
r l.causas.3.eo.
s l.2.in fin.ff.si lib.inge.esse dica.
t d.l. Diui.l.j. in fi.de quæst.
u glos.l.j.j. de pœn.iud.qui.
III
x c.nouit.de iud.
IIII
y l.j.j.d' sen.ad fisc.l.imperatores.ff.de re udic.
z arg.d.l. admonendi.
a l.quod uero. de legib.
b l.inter.§.j. de uerb.obl.
§.j.q; sat.cog.
suam, non tuam aufert prouisionem[c]. Adde quòd sententia instrumentorum uires, rigore quodam iudiciali, si intra dilationem non producantur, perimit[d]: at transactio non rigore, sed consensu extinguit[e]. Verisimile est enim à transigente cogitatũ, posse instrumenta aliqua reperiri[f]. Vnde qui sibi in eum casum non cauerit, merito submouendus est[g]. Et hæc quidem probabilia sunt, nisi quod alia sententia & receptior & æquior quoque est. Quæ ob causam publicam V in sententia specialiter recepta sunt, in pupillis quoque locum habent, quoniam Respubl. & pupilli pari priuilegio extra ordinem iuuantur[h]. Sunt etiam qui non in pupillis solum id obseruandum autument, sed in adolescentibus quoque. Verum Alexand. eos ex edicto de minoribus restituendos potius credit, quàm ex eo rescripto quoties dolo aduersarij, uel sui facilitate instrumentum in iudicio non produxissent[i]. Protrahitur rursus illud rescriptum ad ecclesiam, Et eam enim non VI minore fauore prosequimur, quàm pupillos[k], Quum etiam ecclesiarum causa publica sit[l]: quod intelligendum, quum de re ecclesiarum agitur, non simpliciter ipsorum sacerdotum[m]: Item quum ecclesia aduersus eum litigat, qui pari priuilegio non subnitatur. Proinde ecclesia aduersus ecclesiam litigans, quod ad rescriptum attinet, iure cõmuni utetur[n]. Alia quoque speciali ratione receptum est, ut transactio fieri, nisi uisis testamento uel codicillis non possit[o]: & ideo si inita sit, eis deinde non inuentis, reuocabitur[p]. Quod & in iuramento fauore ultimarum uoluntatum constitutum est[q]. Sed an idem in sententia, ut non inspecto testamento uel codicillis lata non ualeat? Et Pont. singulariter censuit idem esse[r], quæ opinio recepta non est: quum ex tali sententia exceptionem dari lex dicat[s]. Ratioq; cur transactio non ualeat, nempe in odium eorũ, qui spe transigẽdi tabulas supprimunt, ad sentẽtiam extendi omnino nõ possit, quæ non facto partiũ, sed à iudice robur assumit.

b ¶ SI QVIDEM actio. Vt quia nulla acceptilatio interuenerit[t], & quod in transactione hic dicitur, idem in sententia receptum est, quæ si dolo rei lata est, poterit actor priore actione experiri, & exci

c glos.l.j.j.si ad uerf.uẽd.l.aßtiduis.qui pot.in pig.
d d.§.& siqdẽ.
e c.j.eẽ eo.
f l.qui iure. de test.milit.
g l.quicquid.de uerb.oblig.
h l.4.j.quib.ex cau.m.i.
i l.minor 25. annis cui fideicõ.de min.
k c.j.de in ũteg. resti.
l l.j.§.publicũ. de iust.& iur.
m Abbas.c.inter monasteriũ. de re iud.
n c. suborta. in VII fi.de re iud.
o l.de his.ff.eo.
p l.imperatores. §.j.l. non est. ff.eo.
q l.fi.j.de reb. cred.
r Roma. sing. 195. Fely.d.c. suborta.
s l.si mater.in prin.de excep. rei iud.
t l.cum proponas.

& excipienti de sententia, replicare de dolo[u]. Si uero dolo tertij, secus esset, solumq; aduersus ipsum tertium, ad id quod interest, agendum esset.[x]

x l. argentarius. §. fi. de æden.

c ¶ SI VERO. Sed cur non potius utilis actio hoc casu restituitur: uel directa non exercetur, tanq; transactio propter dolū ipso iure nulla sit, uel furti, aut falsi non agitur? Videndum itaq; de singulis. Et circa primam quæstionem hic apparet, extinctam etiam per dolum actionem non reuiuiscere neq; utiliter: à qua sententia solus Fulg. discessit, quoniā existimat, posse actionem doli cum actione utili concurrere, quod eo exemplo ostendit, quum fideiussor hominē Stichum occidit, Alibi enim dicitur de dolo agi[y], alibi utilē actionem ex stipulatu dari[z]. Nam & idem uidemus in actione quod metus causa, quæ cū utili & ipsa competit[a], suadetq; id æquitas, ut potius utilis detur, quàm de dolo, quæ famam rei onerat[b]. Sed tamen hæ rationes me non mouerint, ut à crebriore sententia discisca m, quum actio de dolo à Prætore non detur, nisi quando alia nulla competit, idq; ipse edicto suo testatur[c], merito cum utili non concurrit: quod secus est in actione metus causa concessa, quę famosa nō est, & ideo nō æque odiosa[d], ut merito lex nullo casu utilem cōcedat, quò deceptoris notam imminuat. Nec uerum est, eodem tempore de dolo actionem, & utilem ex stipulatu, aduersus fideiussorem dari, sed diuersis casibus: aut enim hominē occidit postq; in mora fuit, & quia perpetuata est ex mora actio, utilis datur: aut ante morā, & quia nulla alia competit, de dolo agēdum est, ut recte ueteres distinxerunt[e]. Quod ad sequentem quæstionem attinet, quum iudicia omnia stricti iuris sint[f], transactioq; iudicium principaliter resoluat, supra conclusimus[g], transactionem stricti iuris esse, & ideo propter dolum non ipso iure infirmari[h], merito & hic actione doli experiundum est, quod etiam defendi disputando posset, quoties ex manifesta actoris calumnia lis instituta esset. Nam tunc lex transactionem imperfectam ait, quæ uox ad solum[i] effectum plerumque refertur[k]. Nec me moueret quod hoc casu repeti posse, id quod solutum est, dicitur[l]: quum tamen ab eo qui exceptione odiosa, qualis est doli, tutus est, repeti nō possit[m]: quia quum exceptio doli hoc casu ex æquitate naturali, ne quisquàm ex calumnia sua lucrum faciat, inducta sit, fauorabilis est, & ideo etiā repetitioni sufficit[n], ut Fulgo. Paul. Alex. Iaſ. tradunt[o]. Receptior tamē est eorū opinio, qui hoc casu, cū actor dolo euidente litē instruxit, trās actionem nullam ipso iure tradiderunt, tanquàm in materia contractus deficiat, quia res dubia nō est[p], imputaturq; actori magis calumnia quàm reo: siue quia actor non nisi instructus, & certus iuris sui, alium inquietare debet[q], siue quod reus se defendit, quæ defensio uelamentum aliquod aduersus calumniam semper habet: quapropter nunquàm de calumnia notatur[r], sed satis esse lex existimauit, si expensas resarciret[s]. Adnotat tamen hic Iason quinq; casus, quibus transactio ualet, quàmuis actore calumniante, quos ab eo qui uolet accipiat. Nunc de tertia quæstione uidendum. Et quum lex nostra subtracta à reo, ipsi actori instrumenta affirmat, uideretur furti agi posse[t]: Vnde sequitur, ut de dolo actio nulla sit, quæ tum solum competit, quum aliter nec ciuiliter nec criminaliter actori cōsuli potest[u]. Sed difficillima non est resolutio. Ad rescissionem enim transactionis, de qua hic tractatur, actio furti non competit, quæ ad pœnam uel ad recuperādam rem ablatam datur, merito solum de dolo rescissionis causa agetur[x]: quod & Pet. sensisse uidetur. Doctores autem aliter multifariam diuinarūt: Accur. hic non fuisse contrectata instrumenta primum comminiscitur, at absque contrectatione nullum esse furtum[y]: Deinde per alium facti inscium subtracta instrumenta credidit, quo casu propter subtrahentis, qui solus contrectauit, bonā fidē furti non agi censuit[z]. Butric. Bart. & non pauci alij hic de dolo tractari aiunt, qui cælando, transactionemq; extorquendo committitur, ex quo furti actionem dari negant[a]: secus si de dolo ageretur, qui subtrahendo ipsa instrumenta perpetratur, unde furti actionē oriri constat[b]. Sed certe lex nostra subtractis, inquit, instrumētis, Nam & subtractio ipsa principalis est, ideoq; sola perpendi hac in re debuit[c], quod in furto maxime dicendū, in quo constat ex cotidiana cōtrectatione, & clandestina repositione, &

m l. qui exceptionem. de cond. ind.

n l. q se debere. de cōd. ob cau.

o Bar. l. 2. j. qui met. cau.

p l. j. de transf.

q l. qui accusare. 3. tit. 3.

r l. j. ad Turpil.

s l. properādū. §. sinautē alter rut. j. de iud.

t l. qui tabulas. ff. de furt.

u l. j. in princ. cū glo. ff. de dol.

x l. j. de in integ. rest. l. arbitrio. de dol.

y l. inficiādo. de furt.

z l. si is qui rem. §. si tu. l. si qs perferendū. ff. de furt.

a l. ei q. de furt.

b l. argentarius. §. fi. de æden.

c l. si qs nec causam. si cer. pet.

d d. l. ei qui. l. 2. de priua. del.

e l. 4. §. sed qd' meretri III ci. de cond. ob turp. ca.

f l. Paulus. ff. de falſ.

g l. 3. §. si quis dolo. de tab. exhiben.

h l. si quis affirmauerit. in fin. de dol.

i l. si fideiußor. §. in omnibus. ff. mand.

a l. 2. de iureiur.

a l. sub prætextu l. si de certa. j. eod.

b l. si diuersa. j. eod.

c l. 2. j. de iudic.

d l. sub prætextu. j. eo.

e l. diffamari. j. de inj. l. si iurauero. de iur. pat.

f l. 2. j. de usur.

b l. si debitori. de iudic.

b l. intra. de re iud.

i l. siue. j. eo.

k l. ueluti. de iusti. & iur.

k Bart. l. Iulian. uerum. de cōd. indeb.

l 3. l. prox.

m l. de his. ff. eo.

IIDEM AVGG. *Antistiæ.*

NOn minorem autoritatem[a] transactionum, q̄ rerum iudicatarum esse recta ratiōe placuit. Siquidem nihil ita fidei cōgruit humanæ, quàm ea quæ placuerant cum ne, nouum crimen nullū committi[d]. Tum enim ille deliquit, quum rem subtraxit, at postq; fur est, alia noua nota non maculatur[e]. Cæterum quod postremo attingendum supereſt, cur falsi crimine hic agi non possit[f], expeditā habet resolutionem: Non enim quisquis instrumenta subtraxit, falsi reus agi potest, sed qui uel deleuerit, uel cōbusserit: sicut & nec ille eo crimine tenetur, q̄ aduersus solū actorem tabulas cælauerit[g]. Quamuis quod ad legē nostrā pertinet, absurdum non esse aliqui existimauerint, si cū falsi accusatione criminaliter mota concurrere ciuilem de dolo actionem concedamus[h]. Est enim falsum species doli, sicut & stellionatus[i].

NON MINOREM. Par igitur est sententiæ transactionisq; autoritas, utrumq; enim obseruandum est, siue sentētia iudicis præceptū, siue transactione pro missum[a]. In hoc tamen differunt, quod sententia propter iuris publici obseruantiam iure ciuili firmior est: transactio propter uerum partium consensum iure naturali magis subnititur: hincq; aliquæ proditæ sunt differentiæ[a], ecce sententia aduersus sentētiam nō ualet, transactio ualet[b]: sentētia secundum acta interpretationē recipit[c], trās actio latius ex mente partium accipitur[d]. Ex sentētia quis ingenuus redditur, ex pactione nō redditur[e]: Sententia executionē intra quadrimestre tempus nanciscitur[f], transactio nō nanciscitur, nisi in iudicio facta sit, quo casu propter cōfessionē, iudicis arbitrio tempus solutioni præfigitur[g]: Ex sentētia actio in factum uel persequutio iudicis officio cōpetit[b], ex transactiōe, quum contractus innominatus sit, nulla actio datur[i]: Ex sentētia sola naturalis obligatio oritur, quæ nos parere magistratibus iubet[k]: ex transactione uera, quæ ex cōsensu nascitur[k]. Vnde & supra facilius putaui rescindi propter noua instrumēta rem iudicatam posse & transactionē[l]: exceptò quum ideo reuocatur transactio, qa nō uisis nec inspectis supremi iudicij tabulis inita sit[m]. Hac enim ex causa res iudicata nō retractatur[n], b ¶ HORA NOCTIS. Nihil enim refert in cōtractibus, an die an nocte celebrati sint, quia tempus eorum substantiam nō respicit, sed probationem. Debent enim testes ipsi actui adesse, partesq; cognoscere[o], quod noctu fieri nō potest, nisi lychnus accēdatur[p]: imò in re suspecta, & grauis ponderis, tria lumina necessaria sunt[q], alioqui nulla esset eius rei probatio. Vnde traditum est, reprobatos fuisse quosdā testes, qui homicidiū à Sempronio tali nocte fieri uidisse se dicebant, id enim impossibile est, nisi luna lucēte, uel accensis lychnis[r]. Ego rem omnem arbitrio iudicis relinquendam magis censerem: Sunt enim quidā felium oculis, qui noctu uident, quos Galenus & alij ueteres nyctalopas uocant[s]: Sunt quādoq; nocti subluſtres: sunt crepuscula, q̄bus uisus omnino non impeditur. Quod & in ea specie censerē, quum notarius in instrumēto attestatur, Arduinum mille aureos P. Ianuario spopondisse, negatq; id Arduinus, nec cōstat eum aut notario aut testibus cognitum fuisse, quum enim nihil necesse sit testes qui instrumēto adsunt cōtrahentiū notitiam habere[t], quum & notarius solā partium assertionē, ita se nūcupari affirmātiū, impune sequatur[u], apparet facile posse falsum committi, uel de alio Arduino intelligi[x], & ideo iudex eam præsumptionē, quæ pluralitati personarum aduersatur[y], ex rei creditoris ue qualitate contrarijsq; coniecturis moderabitur[z], nec facile tali documēto credet, quod nulla negotij gesti uiua attestatione iuuetur[a]. Non tamen par semper causa est actus noctu uel interdiu gesti, Instrumēta enim noctu facta, facilius suspecta præsumūtur[b]. Vnde & electio noctu facta, licet mero iure ualere uideatur[c], tamen suspicione nō caret, faciliusq; accedētibus aliis adminiculis infirmari posset[d]. Sed & sentētiam iudicis noctu latam nō ualere receptius est[e]. Debēt enim iudiciarij hi actus interdiu fieri, quum & tali solū tempore sedeant iudices[f]. Quod intelligēdū, nisi quā-

stodiri. Nec enim ad rescindendū pactum sufficit, quòd hoc secūda hora noctis[b] intercessisse ponis: quum nullū tempus sanæ mentis maioris XXV. annis consensum repudiet.

n glo. l. 3. §. item si. uerb. euicerit. ff. si cui plusquam per leg. fal.

o l. fi. §. sinautē dubius. j. de iu. delib. l. testiū. de testi.

p l. j. §. tria. de uent. inspi.

q gl. l. si cū exc. §. in hac. quod met. cau.

r l. idē Offilius. §. pen. de æd. edict.

s glo. c. cū causam glos. 4. de testib.

t Bald. in rub. de fid. inst. col. 5.

x Bart. l. si in rē. de rei uend.

y l. omnium. de testa.

z l. ubi. j. de falsa. §. nos autē. in auth. de tabel.

a Bal. c. j. pe. coliū. de fid. inst.

b arg. c. j. ut ecclē. benef.

c arg. c. quia propter §. fin. de elect. Abbas. c. j. de cōsuet. desp. Moderni tractatu de elect. 3. parte. c. 37.

d c. cōsuluit. de off. deleg.

e §. sedebunt. in auth. de iud.

do aliàs res tempore peritura esset[g], uel iu
risdictio finiretur[h], uel multitudine causa
rum impeditus iudex, necessario in noctem
negotiũ distulisset[i], uel si partes expressim
consensissent[k]. Idem si tacite, ut quia præ
sens nõ aduersa
tur, sed silet[l]. Cõ
suetudine quoq; induci potest, ut
tali tempore lata
sententia ualeat,
quod omnes hic
fatentur. Excipit
Alberic. & sentẽ
tias in causis pijs
latas: alij etiã eas
que ad uoluntaria
iurisdictio
nem pertinent.

IIDEM AVGG. Geminiano.

QVum ea quæ transactionis causa dari aut retineri conuenit, uelut emptorẽ eum quẽ accipere placuerat, obtinere præscribi
Illud quoq; cõstat, arbitratoris laudatiurum ualere, quod nocte dictum coram partibus sit, uel etiam altera absente, dum id iuris ei ex mandato competat, ut etiam absq; citatione decidere rem possit[m]; cõtractui enim seu transactiõi arbitratoris mandatũ æquiparatur[n], quod alibi disputauimus. Sed & appellatio, cum ad defensionem pertineat, nocte interponi potest[o], quid ni? cum & die feriato appellare possimus[p]. Quæ autem nocte protestationes fieri possint, alibi attigimus.

QVVM EA. a ¶Qui rem ob transactionem dat, licet causam uenditionis simulet uẽditor tamen nõ est, & frustra petit. Triplici autẽ modo inducitur simulatio, quandoq; enim contrahimus id agẽtes, ut cõtractus ille omnino nullus sit, imaginariusq; hic actus appellatur[a]: Quã doq; in specie aliqd agimus, causamq; iustã prætendimus, quum tacite aliquid illicitũ agatur, ut quum fœnerator quod pignoris causa acceptũ est, emisse uideri uult[b], hicq; proprie cõtractus simulatus est: Quandoq; uere cõtrahimus sed solũ iustam causam in aliã æque iustã mutamus, ut quod mutuũ fuit quũ depositi causa apud nos esse fatemur[c], & hunc proprie simulatũ contractũ nõ esse Bar. censuit, quum substantia debiti nõ deficiat, licet mutata sit causa. Hic tamẽ apparet recte dici causam ipsam simulatã, opinor & cõtractum hic esse simulatũ, quũ ex mente cõtrahentiũ substãtia debiti deficiat: Actum enim erat, ut pretiũ omnino nullũ deberetur, cuius instrumẽtum uenditionis nomẽ præse ferret. Non præsumi autem simulationẽ regulariter traditum est, quia instrumento standum est, donec aliud probetur[d], debetq; quisquis cõtractũ simulatum fuisse affirmat, specialẽ simulationis causam allegare, probareq;, alioquí obtinere nõ posset[e], quod Bar. respondit[f]. Sed qd si in casu legis nostræ iusiurãdum accessisset? Et si iuratũ sit prædicta omnia esse uera &c. nihil adhuc actũ est, quia qui actum simulatũ iurat esse uerũ, hoc ipso perjurus est, contractus autẽ periurio cõfirmari absurdũ esset[g]. Sed quid si iurauit quis actui simulato non aduersari, cõtra facere úe? Et ualere huiusmodi iuramẽtum aliqui censuerũt[h], idq; promissum uideri ne simulatio detegat, & ideo in casu nostro, altero pretium petẽte, alter obijcere de transactione nõ posset[i], nisi absolutione à Pontifice prius impetrata. Sed hanc sentẽtiam ego cõmuniter approbari nõ crediderim. Quum enim cõsensus propter simulationẽ à tali iuramẽto absit, non uidetur necessaria esse alia absolutio[k]. Et ideo arbitror nõ esse recedẽdum à cęterorũ traditionibus, generaliter affirmãtium, iuramentũ hoc in cõtractu simulato nullũ esse, tanq; consensu deficiat[l]: idq; exceptis duobus casibus. Primus, quũ celebrato cõtractu deinde iuramẽtũ ex interuallo præstitũ fuisset, uidẽtur eũ partes à contractu uero tũc recessisse, & simulatũ loco ueri confirmasse[m]. Qua tñ in ratiõe ego subsisto, quũ iuramentũ semper cõtractui accessoriũ sit, & ideo tametsi ex interuallo accesserit, imitari cõtractus naturã debet[n]. Alter est, quũ unus ex contrahentibus solũ iurasset, & ob simulationẽ aliud uerbis cõcepisset q̃ mente sentiret uel callide in formula cauillasset, tũc iuramẽtum in eius odiũ ualeret, & secũdum eius, cui præstitũ esset, sententiam declararetur[o], quod & leonino rythmo Accur. expressit,

Fallít iurantẽ iuratio facta per artem[p].

Ex arbitrio igitur recipientis iuramentũ hoc casu decidetur, an ualeat, an pro irrito habendũ sit[q], quod & Bal. annotauit[r].

SI MAIOR. a ¶Petebam certum fundum uel fortè centum, mihi ex certa causa à te promissa, excepisti nihil te spondisse, contestatusq; es casu quo quicq; promissum probarem, te fuisse dolo circũscriptum: deinde trãsegimus in lite, quum promissa mihi in transactione peterem, supplicasti ad Cæsarem, ut transactionẽ rescindi iuberet, quum de contestatione doli, id est conditionali ipsa exceptione[a], nõ uideretur trãsactum. Et hic respõsum extat, maiori nequaq; succurrendum esse: quo fit ut lex innuat, minori posse succurri: quod eatenus intelligendum est, ut uideat iudex, an uere prior illa promissio seu alienatio ex dolo processerit: Nam eo cõperto, etiam posteriorem ex transactione rescindet[b]. Traditum enim est, non temere minorem aduersus transactionem restituendum esse[c], nisi probata læsione, nimiaq; sui facilitate[d]. Quod si de dolo aduersarij sui iam sit contestatus, sufficiet id, ne exceptio transactionis litis ingressum impediat: atque ita hoc ego rescriptum interpretor. Alij tamẽ simpliciore & indubitato sensu accipiunt, ex sola doli protestatione, nõ ideo in promissione alienatione úe fraudem præsumi, sed omnino ex perspicuis indicijs probandam esse[e]. Sunt tamen præcipuæ sex coniecturæ, unde fraus in alienatiõe præsumi possit, ut quum quis uniuersa bona alienat[f]: ut quum coniunctis personis fit alienatio[g]: ut quum ea facta nihilominus alienans in possessione remanserit[h]: ut quum donatio clandestina est[i]: ut quum re alienata, incõtinenti graue delictum quis admittit[k]: ut quum alienatio conditionem habet, si deliquerit, apparet enim iam de delicto cogitatum esse[l]: quæ omnia alibi à Docto. congesta, declarataq; cernere est[m], quos ultra & ipse X. casus quandoque annotaui.

Primus, quum in alienatione legitimæ solennitates minus obseruatæ proponũtur[n], uel communis stilus neglectus, insolitaq; clausulæ adiectæ[o], quum & nimiæ cautelæ fraudis meditationem arguant[p]. Secũdus, quum alienatione aliqua ex causa celebrata, sententiam partes mutassent, & alium titulum prætexuissent, præsumitur ex uariatione fraus[q]: quod & in digama muliere sancitum est, constitutam semel dotem minuente[r]. Tertius, quando alienatio facta sub nomine uenditionis esset, nullo pretio corporaliter interueniente[s], uel modico numerato[t]: idem si interueniisset quidem pretium, sed deinde perfecto contractu restitutum fuisset[u]. Quartus, quando alienatio mixtim titulo donationis uenditionisq; celebrata fuisset, ut sicut tali casu cessio actionum est nulla, amittuntq; contrahentes ius suum[x], ita in alijs contractibus saltem fraudis suspicio oriatur. Quintus, quoties alienatio conditionem haberet ex uoluntate alienantis resolutoriam[y]: Idem si collata esset reuocatio in alicuius uoluntatem, qui aliàs suspectus esset, puta matris, uel coniuncti. Sextus, quum alienatio inter personas prohibitas celebrata est[z], tum enim nec confessioni quidem iuratæ ipsorum standum esset[a]. Septimus, quum ante alienationẽ aliqua uerba quis effutijsset, unde dolus argui posset[b], quod & prouerbiale carmen indicat,

ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τ' ἀλιτοῦ λέγει.

Peccante lingua, ueritas ostenditur.

Octauus, si alienatio priuatis chirographis celebrata apparet[c], suspecta est, tum quia clandestina, tum quia anticipata, seu, ut ueteres dicunt, repetita die fieri potuit[d], interimq; chirographum penes alienantẽ esset[e].

Nonus, quum alienationis instrumẽtum eo tempore exhibetur, quo & notarius & testes in eo descripti, in humanis esse desierunt, uel qui superstites sunt magna amicitia ei iunguntur, cui id instrumentum bono est, quod Curtius senior, respondit[g].

Decimus, quum ex qualitate personæ uel rei natura alienatio seu promissio suspecta est, qualitas enim personarum præsertim inspicienda est[h], ut quum quis humilis & deploratæ uitæ obligationẽ exhiberet, maioris summæ quàm ut uerisimile sit, eum speraturum fuisse[i]. Putauerim igitur iungi has coniecturas posse, sufficereq; si ita iudici sederit, ut dolus præsumatur. Sunt & particularibus alijs casibus pleræque doli præsumptiones à Pileo Moguntiaco primum, deín à Luca Pennensi congestæ[k].

NEC INTENTIO. a ¶Artemidori creditores, affirmantes me eius hæredem esse, aduersus me intendere cœperunt, cum quibus ego tandem transegi, & centum promisi, euicta demum mihi est hæreditas, declaratumq; eam ad Seium pertinere: quæritur, quemadmodum aduersus

IIDEM AVGG. & Cæs. Titiano.

NEc intentio creditorum Arte

g l.j.2.3.de fer.
h d.c. consuluit. uersi. fi.l. si de meis. §. fin.l.si feriatis.de arb.
i Bal.§.ita q; in proœ.ff.
k Bar.l.more. de fer.
l Docto.hic. & d.c.cõsuluit.
m Alex.hic.
n c.quintaullis. de iureiur.
o Authẽ. hodie. ubi Bald.j. de app.l.j.§. dies uersi. qs ergo. ff.qñ app. sit.
p l.j.j.de fer.
a l. imaginaria. de reg.iur.
b c.ad nostrã.de emp.l.3.j.plus ual.quod ag.
c l.si ex pretio. j.si cer.pet.
d l. præscriptionem.l.seq.j.de excep.l.empt. de præscr.lõg. temp.
b l.doli.de noua.
c l.nõ omnia.de mino.
d l.nã postea.§. si minor.de iureiur.
e l.dolum.j. de dol. l. metũ.j. quod met.cau.
f l. omnes. §.l. de his quæ i fr.
g l.data.j.de donat.
h l. & sub imagine.j. de distract.pig.
i l.nõ existimo. de adm.tut.
k l.si uẽtri.§.fi. de pri.cred.
l l.fi.ff.de stip. ser.ubi Bar.d. l.si quis locuples. de manu. test.
m l.post contractũ.de donat.
n l.si quis.j. de rescind.
o c.quã graui.de crim.fals.l. cõstitutionibus.in fi.ad munic.
p gl.l.si quis sub cond.de cond. instit.
q glo.c.j. ut benef.eccl.
r §.de augmentis.in auth. de nupt. uerb. uitricum.
s l.j.si mutuam. in fi. & §. qd si lite.si quis in fra.pat.
t l. per diuersas. ubi Bartol.2. quæst.j.mãd.
u l.qui sic.de solut.
x l.ab anastasio. j.mand.
y arg.l.si ita qs. in fi. de leg.ij. Guil. Cy.Bal. l.si tibi.in principe.de pact.
z arg.l. si quis integris.in fin. qui & à quib.
a l.qui testamentũ. de prob.
b l.cũ quis decedens.§.pen.de leg.3.
c Bar.d.l.si uẽtri.§.fi.
d l.non intelligitur.§. tacite. de iur.fis.
e l.3.ff.de fid. instru.
f l.scripturas. & auth.si qs. j.q pot.in pig.
g Curtius cõsil. 56.col.4.
h l. cũ hi. §. sed et pars.ff.co.
i l.si qs ex arg. §.j.de æd.Curtius d.cõsi.56. in fi.
k Luc.l. quẽ admodũ.de agr. & cens.

pondisse, contestatusq; es casu quo quicq; promissum probarem, te fuisse dolo circũscriptum: deinde trãsegimus in lite, quum promissa mihi in transactione peterem, supplicasti ad Cæsarem, ut transactionẽ rescindi iuberet, quum de contestatione doli, id est conditionali ipsa exceptione[a], nõ uideretur trãsactum. Et hic respõsum extat, maiori nequaq; succurrendum esse: quo fit ut lex innuat, minori posse succurri: quod eatenus intelligendum est, ut uideat iudex, an uere prior illa promissio seu alienatio ex dolo processerit: Nam eo cõperto, etiam posteriorem ex transactione rescindet[b]. Traditum enim est, non temere minorem aduersus transactionem restituendum esse[c], nisi probata læsione, nimiaq; sui facilitate[d]. Quod si de dolo aduersarij sui iam sit contestatus, sufficiet id, ne exceptio transactionis litis ingressum impediat: atque ita hoc ego rescriptum interpretor. Alij tamẽ simpliciore & indubitato sensu accipiunt, ex sola doli protestatione, nõ ideo in promissione alienatione úe fraudem præsumi, sed omnino ex perspicuis indicijs probandam esse[e]. Sunt tamen præcipuæ sex coniecturæ, unde fraus in alienatiõe præsumi possit, ut quum quis uniuersa bona alienat[f]: ut quum coniunctis personis fit alienatio[g]: ut quum ea facta nihilominus alienans in possessione remanserit[h]: ut quum donatio clandestina est[i]: ut quum re alienata, incõtinenti graue delictum quis admittit[k]: ut quum alienatio conditionem habet, si deliquerit, apparet enim iam de delicto cogitatum esse[l]: quæ omnia alibi à Docto. congesta, declarataq; cernere est[m], quos ultra & ipse X. casus quandoque annotaui.

Primus, quum in alienatione legitimæ solennitates minus obseruatæ proponũtur[n], uel communis stilus neglectus, insolitaq; clausulæ adiectæ[o], quum & nimiæ cautelæ fraudis meditationem arguant[p]. Secũdus, quum alienatione aliqua ex causa celebrata, sententiam partes mutassent, & alium titulum prætexuissent, præsumitur ex uariatione fraus[q]: quod & in digama muliere sancitum est, constitutam semel dotem minuente[r]. Tertius, quando alienatio facta sub nomine uenditionis esset, nullo pretio corporaliter interueniente[s], uel modico numerato[t]: idem si interueniisset quidem pretium, sed deinde perfecto contractu restitutum fuisset[u]. Quartus, quando alienatio mixtim titulo donationis uenditionisq; celebrata fuisset, ut sicut tali casu cessio actionum est nulla, amittuntq; contrahentes ius suum[x], ita in alijs contractibus saltem fraudis suspicio oriatur. Quintus, quoties alienatio conditionem haberet ex uoluntate alienantis resolutoriam[y]: Idem si collata esset reuocatio in alicuius uoluntatem, qui aliàs suspectus esset, puta matris, uel coniuncti. Sextus, quum alienatio inter personas prohibitas celebrata est[z], tum enim nec confessioni quidem iuratæ ipsorum standum esset[a]. Septimus, quum ante alienationẽ aliqua uerba quis effutijsset, unde dolus argui posset[b], quod & prouerbiale carmen indicat,

ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τ' ἀλιτοῦ λέγει.

Peccante lingua, ueritas ostenditur.

Octauus, si alienatio priuatis chirographis celebrata apparet[c], suspecta est, tum quia clandestina, tum quia anticipata, seu, ut ueteres dicunt, repetita die fieri potuit[d], interimq; chirographum penes alienantẽ esset[e].

Nonus, quum alienationis instrumẽtum eo tempore exhibetur, quo & notarius & testes in eo descripti, in humanis esse desierunt, uel qui superstites sunt magna amicitia ei iunguntur, cui id instrumentum bono est, quod Curtius senior, respondit[g].

Decimus, quum ex qualitate personæ uel rei natura alienatio seu promissio suspecta est, qualitas enim personarum præsertim inspicienda est[h], ut quum quis humilis & deploratæ uitæ obligationẽ exhiberet, maioris summæ quàm ut uerisimile sit, eum speraturum fuisse[i]. Putauerim igitur iungi has coniecturas posse, sufficereq; si ita iudici sederit, ut dolus præsumatur. Sunt & particularibus alijs casibus pleræque doli præsumptiones à Pileo Moguntiaco primum, deín à Luca Pennensi congestæ[k].

NEC INTENTIO. a ¶Artemidori creditores, affirmantes me eius hæredem esse, aduersus me intendere cœperunt, cum quibus ego tandem transegi, & centum promisi, euicta demum mihi est hæreditas, declaratumq; eam ad Seium pertinere: quæritur, quemadmodum aduersus

creditores succursum mihi sit: & uideretur, si solui, repetere tanquàm indebitum posse[a]: si non solui, exceptionem eis obstare. Sed tamen hic contrarium rescriptum extat, nullo{q} mihi remedio prouideri, quum transactio litis finitę exceptio sit, mihi{q} imputandum sit si transegi: nõ enim amplius hæc quantitas à me tanquàm hærede debetur, sed ex nouo transactionis titulo[b]. Nam id natura transactionis inducit, ut qui ex ea causa promisit, soluat, siue ex principali causa deberet, siue non deberet: quàm uis ergo nihil origine inspecta deberem, quia hæres non eram, transactioni tamẽ standum est[c]. Non procedit tamen legis nostræ decisio duobus casibus: Primus, quum creditores ipsi scientes prudentesque me non esse hæredem, manifesta calumnia me inquietassent[d], quod plerique hic fatentur. Alter est, quum ego tanquàm Artemidori hæres transegissem: attendenda enim est qualitas secundum quam transegi[e]. Vnde si declaretur me hæredem non esse, uidetur condictio indebiti concedenda[f], si tamen in lite apparet nihil disputatum an essem hæres, quia non debet transactio ultra eius rei, qua de litigatum est, limites protendi[g]. Quum enim salua sint creditorum aduersus ueros hæredes iura[h], sequeretur dupliccem eiusdem æris solutionẽ eos posse recipere, à me prætextu transactionis, ab hæreditibus iure hæreditariæ obligationis, quod quidem natura iniquum est[i], cum & non debeat bonæ fidei possessor in aliquod detrimentum incidere, sed omnino præstandus sit indemnis[k]: obseruabitur ergo rescriptum hoc in dubio, quum nec ex actis constat limitatam fuisse transactionis causam. Sed nunquid mihi succurretur aduersus ueros hæredes? Et quoties possessor æs hæreditarium dissoluit, traditum est, id posse uerisimidori, cui alios successisse profiteris, si obligatus ꝓ eo nõ fuisti, tenere te potest: sed hoc integro negotio tractari cõuenerat. Nam quum quæstionem transactione decisam, & à te dari placitam numeratam pecuniã proponas, huius indebiti soluti prætextu, improbe tibi petitionẽ decerni postulas: quũ & si tãtum in stipulationem fuisset deducta, indebiti promissi uelamento defendi non posses.

a l. si pœnæ. §. j. de cond. ind.
b l. imperatores. §. fi. ff. eo.
c argu. l. 3. §. idẽ scribit. de pecul.
d l. in summa. de cond. ind.
e l. si cum proponas. §. j. ff. de inoff. test.
f d. l. si pœnæ. arg. l. de ætate. §. ex causa. de ite. act.
g l. age. 3. eo. l. si de certa. j. eo.
h l. si tibi. in fi. de pact.
i c. bona fides. de reg. iur. i 6.
k l. sed & si. §. cõsuluit. l. item uideñ. de petit. hær.

IIDEM AVGG. & Cæs. Victorino.

SI quidem ex causa transactionis, acceptis his quæ instrumento continẽtur, nihil amplius

Igitur exemplo solutionis, existimandum uidetur etiam in transactione mihi aduersus hæredem succurri, si nomine hæredis, seu tanquàm hæres transegero, & soluero: quum enim hoc casu adiuuetur hæres, quia uidetur creditorem habuisse animum remittendi contemplatione hæredis[p], merito mihi succurri debet: qua tamẽ in re amplius, propter legis nostræ generalitatem, deliberandum est.

SI QVIDEM. a ¶ Qui transigit certa summa, reliquum censetur remittere, quia ea est natura transactionis, ut amplius non petatur. At qui simpliciter confitetur se certam summam debere, in reliquo quoq; conueniri poterit, quod intelligunt Doctores[a], etiam si taxatiue respõdeat, ut quia fassus est, se debere centum tantum, & supra hanc summam nõ teneri: uel dixit se pro reliquo debere tãtam summam[b]. Sed si creditor ei taxationi cõsensisset, tũc secus esset: nihil enim amplius peti posset[c]. Vnde cum creditor centũ petijsset, quę sibi pro residuo debebãtur, à pleriscq; responsum est, maiorem quantitatem eum petere non posse[d]: cui sententiæ & ipse assentior, nisi errorem confessionis creditor allegauerit, probauerit{q}: tunc eñ aucupatiõe illius

k l. de hæreditate. j. de petit. hær.
l gl. l. si in area. in fin. de cond. indeb.
l l. quod si possessor. in fin. ff. de pet. hær.
m d. l. si pœnæ. §. j. l. si a patre. j. de cond. indeb.
n l. si hæres pœniã. ff. ad Trebel. l. quod si. in diem. §. fi. de pet. hær.
o l. soluendo. de nego. gẽ. l. de qua re. §. si. de iud.
p l. antepe. ff. de pact. Bart. l. si actionẽ. 3. tit. j.
a Bal. Paul. Ias. Mod.
b arg. l. Aurelius. §. pen. de lib. leg.
c l. rationes. j. de prob.
d gl. & Doct. l. si ex pluribus. de acceptil. Doct. l. 2. j. de hær. inst.

illius uerbi non esset eludendus[e]. Sed quid in casu mixto, ut quum debitor creditori dixit, ecce centum, quæ duntaxat tibi debeo, & creditor simpliciter accepit, an uideatur exclusionis aduerbio acquieuisse? Et Bart.[f] argumento huius rescripti non arbitratur: Sed posse creditorẽ adhuc maiorem quantitatem petere, & sibi debitam probare. Quoties enim alicui fit protestatio, qui aliàs iure communi innititur, uidetur ille potius iuri suo inhęrere, quàm aduersarij protestationi consentire[g], merito silentium tali casu pro consensu non habetur, quum præcidere illi creditor non potuerit, quin quicquid uellet effutiret[b], quum & tacere idem potuerit, quia sciebat ius suum illabefactum durare: Qua ratione etiam supra conclusimus, beneficio diuisionis uti reum debendi non posse, qui pro rata sua se soluere dixerit, creditore simpliciter pecuniam accipiente & tacente[k]. Sed uideretur quũ reus centum se dumtaxat debere confiteretur, non posse actorem eam confessionem diuidere, quum eadem conceptione uerborum prolata confessio partim acceptari, partim oppugnari non debeat[l], & generaliter traditum sit, ex eo quod quis subuertere nititur non posse utilitatem consequi[m], non ergo admittendus actor fuit, qui aduersus taxatiuam deberi sibi ampliorem summam contendit. Sed respondendum ex Bald. Salycetiq; sententia est, qui aduersarij confessionem acceptat, teneri eam cum connexis qualitatibus omnibus acceptare[n]: at taxatiua connexam qualitatem nullam inducit, quia centum illa, de quibus confessio loquitur separata ab alia ampliore summa censentur[o], imò quantitas quæ supra centum est, diuersum corpus constituit, ut minime prioris numeri qualitatem repeti cõuenit, aduersariam tuã exceptionis auxilio defendi perspicis. Sin uero certã quantitatem, quasi solã ab ea debitam, reddere se debere, sine litis decisione[b] cõfessa est, tam eam, quàm resi duam debiti partẽ petere minime prohiberis.

e Bar. l. nõ fatetur. de confess.
f l. si cum dos. rerum amot.
g l. fin. §. item si prædixerit. ff. nautæ, caup. Abb. c. Cumana. col. 3. de elect.
b l. Caius. de pig. act.
i l. sicut. §. non uidetur. quib. mod. pig.
k l. si creditores 3. tit. j. uers. 7.
l c. cum olim. de cõsti. gl. l. si q. dẽ. j. de excep.
m c. ex eo. de regu. iur.
n Bar. d. l. Aurelius.
o l. j. §. sed si mihi. de uerb. obl.

IIDEM AVGG. & Cæsares, Sabinæ Marcellæq;.

SI maiores XXV annis cũ patruo siue auũculo uestro transegistis, uel ei debita donationis causa sine aliqua cõditiõe remisistis, nõ iccirco qd' hoc huius hæreditatis captandæ causa, id est spe futurę successionis, uos fecisse proponatis, alijs ei succedentibus instaurari finita debent.

Cœpit cum uentis imitatus Castora.
Metaphora uel ab his qui rem cõ trouersam scindunt, ut æquam partem quisque auferat, & à lite recedatur, uel ab ægrotis, siquidẽ ut ait Ouid.
Immedicabile uulnus,
Ense recidẽdum est ne pars syncera trahatur.

SI MAIORES. Transegeram cum patruo meo modica pecunia, quod sperarem fore ut me hæredem institueret, perijt ille alio instituto, quæritur an retractare transactionem possim, tanc{q} non sequuta causa. Et negat Imperator finita instaurari posse. Sed quid si expressim adiecta conditione transegeram, ut quia remissurum me actionem dixerim, si hæres ab eo instituerer? Et receptius est, non impleta conditione remissam actionem non censeri[q], quod & plerique hic sentiunt, non instaurari ex nostro rescripto litem existimantes, quia causa illa expressa non fuerat[r]. Vnde consequens est, ut si non in uim conditionis, sed simpliciter in uim causæ expressa esset, idem sentiant, nempe litem instaurari causa nõ sequuta posse. Qua in re ego dubito, quoniam causa hæc à iure pro nulla habetur[s], & quum in uim modi adiecta sit, non impedit remissionem[t], meliorq; est conditio possidentis, id est eius qui liberationem acquisiuit[u], quod secus in conditione est. Ante enim conditionis euentum nullum ius transijt. Sed quid si quum ego patrui hæreditatem captarem, ille ut ad transactionem me alliceret, spem institutionis fecit, deinde ueris tabulis nihil reliquit, & coruum delusit hiantem?

p l. sub prætextu. 3. eo.
q l. a Iaſ. l. cũ donationis. j. eo.
r l. si repetendi. de cond. ob cau.
s l. pactum quod dotali. 3. tit. j.
t l. demõstratio. §. j. de cond. et demon.
u gl. d. l. cũ donationis. in fi.

Et putarint aliqui actione doli saltem mihi consuli[x]. Quod & Dec. ea in specie censuit, quum maritus spe hæreditatis à socero cõsequendæ uxorẽ minima dote accepisset[y]. Sed ego supra hanc sententiam non probaui: Imputet enim sibi qui reprobatam à iure nostro promissionem temere sequutus est[z]. Sed quid si, qui remisit actionem, ad eam paupertatẽ deueniat, ut alimentis indigeat, an saltẽ eatenus rescindere trãsactionẽ poterit, ut ali possit? Et dubium non est, non posse, nisi transactio hæc iurata, in uim donationis ualuisset, quia liquidũ fuisset remittẽtis ius[a], debet enim ali donator, alioqui reuocationi locus est, quod Baldus quoq; hic censuisse uidetur[b].

x l. si quis affirmauerit. §. j. de dolo.
y Dec. d. l. pactũ quod dotali.
z Bal. l. cũ archimedorã. IIII col. fi. j. ut in poss. leg.
a Doct. l. si causa. j. eo.
b l. fi. j. de reuocandona.

IIDEM AVGG. & Cæs. Dionysiæ.

TRansactione matris filios eius non posse seruos fieri, notissimi iuris est.

IIDEM AVGG. ET CAESS. Catoni.

SAnum mente, licet ægrum corpore, recte transigere manifestum est: nec postulare debueras, improbo desiderio placita rescindi, ualitudinis corporis aduersæ uelamento.

TRANSACTIONE. Status liberorum ex matris contractu non diminuitur, siue ipsa de se transigat siue de filijs. De se enim transigens filijs nõ præiudicat: tum quia res inter alios acta, alijs non nocet[a]: tum quia nihil pugnat filios esse liberos, & tamen matrẽ seruire[b]: nec matris calamitas filio nocere debet[c]. Adde quod nec sibi tali pactione nocet, quia nõ potest liberhomo per pactum se in seruitutem dare[d], minus igitur nocebit alteri. At quum de filiorum conditione expressim transigit, alia quoq; ratione nihil agit, non emi in eius potestate sũt filij[e], merito quod ad eos attinet nihil eis obest. Nã & filius paciscendo nihil parentibus suis nocet[f]. Prodesse autem mater potest, unde quandoq; actionem in rem filij uindicandi causa habet[g]. Sed quod hic dicitur de matre, an locum habeat in patre quoq;? Et putauerim, quum enim alienare filiũ pater nõ possit, nec quidẽ de eius statu transigere poterit[h]. Sequitur ergo ut non ualeat alienatio nisi exigente famis necessitate, & pretij participandi causa[i], quod ius soli patri competit, cuius erga filios maior est autoritas cũ matris[k]. Sed nunquid filiusfam. maior XX. annis uendendo se obfamẽ ad pretium participandum noceat patri? Et uidetur quod amittat libertatem[l], quũ filiusfam. regulariter ex omnibus contractibus obligetur[m], unde ex hoc quoq;

a l. matrem. j. de proba.
b l. ad probationẽ. 2. j. de pba.
c l. & seruorũ. de statu ho.
d l. nec si uolens. j. de lib. cau. l. fi. j. eo.
e §. fœminæ. insti. de adop.
f l. filius. 3. tit. j. l. de re. ff. eo.
g l. pen. §. fi. ff. de fid. lib.
h l. j. j. si ad trãs.
i l. fi. j. de patri. qui filios.
k l. fi. §. sinautẽ non. j. de bo. quæ lib.
l l. & seruorũ. §. j. de stat. ho.
m l. filiusfa. de act. & obl.

obligari plerique senserunt[n]: putarim tamen licere patri pecuniam restituere, & filium rursus ad libertatem redigere[o], ipse uero in libertatem prouocare non posset[p]. Sed quid si mater trãsegit ut ad tempus filij in ministerio alicui citra seruitutis uiculum essent? Et ualet cõtractus[q] maxime si traditio sequuta est, non tamẽ præiudicium fit filijs, sed illis trãsactioni nõ acquiescentibus, mater in id dãnabitur, quod transigẽtium interest, sicut in cæteris obligationibus factorũ dici solet[r]. Nocet tñ quãdoq; mater filijs seu partui ob contumaciam, ut quum prægnans inspici sibi uentrem, solẽniaq; edicti obseruari nõ patitur[s], nocetq; quantum sit possessionis respectu tantum, quod lex Facilius tolerauit, tanq; causa momẽti magno damno nõ sit[t]. Nocet & quãdoq; in petitorio iudicio, quũ sententiã mater passa est: nunc qualiquali præiudicio, si cum ipsa tantum actũ sit[u]: nunc in totum, si filius quoq; in ius sit uocatus, uel cum eo aliter de ueritate apparuerit[x]. Sanè annotant huius legis argumẽto Doct. si quis se fiduciarium clientem, seu Vassallũ cuiusq; profiteatur, nõ tamẽ filijs suis obesse: quod adeò uerum est, ut tali casu nec parentum quidem iuramentũ filijs noceat[y], nisi tamẽ filij eorum hæreditatem adierint: tũc enim autorum suorũ actis aduersari nequeunt[z], probato tamen confessionis errore ex eorũ quoq; persona reclamare possent[a].

n Fulg. Guil. Rimin. Dec. l. fratres. 3. eo.
o l. j. & seq. de lib. cau. l. j. §. j. de rei uend.
p l. j. l. Licinius qui. ad lib. pe.
q gl. l. post certi. j. de lib. cau.
r l. si quis ab alio IIII §. j. de re iud.
s l. j. ff. de uent. inspi. §. si cui.
t Bar. d. §. si cui V facit. l. j. j. si de mo. poss.
u gl. l. j. j. de fil.
x l. j. §. fi. ad Carbo.
y l. 3. §. pen. de iureiur.
z l. cũ à matre. j. de rei uend.
a l. nõ fatetur. de confess.

SANVM MENTE. Aegritudo ergo corporis nihil obest contractui, sicut nec testamẽto, cum & is qui in aduersa ualetudine constitutus est, & qui senio extremo laborat, testari possit[a]. Sed quid si morbus I corporis talis sit, qui etiam sapientiæ uitiũ adferat? Etenim morbus est, inquit Plinius, aliquantisper sapientiam mori. Lib. VII. cap. L. Et cõstat durãte mẽtis uitio nihil agi[b]. Quapropter phreneticus, fatuus, lymphatus, melancholicus, & cæteri quos ueteres proprie mẽte captos dixere, ex contractu furoris tempore inito non obliganTur. Sed quid hac in specie dicẽdum? Senex aliquis surdaster instrumẽto donatiõis omnium

a l. seniũm. j. quitest. fac. pos.
b l. in aduersa. de test. l. in negotijs. de re iu.

omnium bonorum consenserat, deinde allegabat, se uerba notarij non percepisse, qui ad surdam aurem situs sibi cum instrumentum recitaret erat, & linguae terebellis rictuq; tumultuabatur magis cũ pronunciabat, credidisseq; de quodam leuis pretij mandato agi, quod ita ãte à donatario persuasus fuerat: Et cum hic nõ solũ morbus corporis id est surditas & senectus, sed etiam atypi contractionisq; linguae in notario uitium[c], itemq; donatarij dolus alleget, putauerim rescindi contractũ posse, si iudici ita esse, pbabiliter sedeat[d].

c l. idem offilius. §. fi. de æd. ed.
d l. dolum. j. de dolo.

Quod si criminaliter agatur[e], facile ex donatarij malitia his coniecturis ad torturam indicari poterit, indicia enim huiusmodi, plurimũ in arbitrio iudicis residentf. Cæterum & illud traditum est, ægroti contractum cũ medico initum, officio iudicis rescindendum esse, idq; ex præsumpto metu, quo uerisimile est ægrotãtẽ affici si medico non morigeretur[g], qua de re à nobis supra disputatũ est[h]. Putarim aũt medicum quoque ipsum ceu periurum puniri posse, quũ in Tyrocinio artis, ex formula hippocratis iurent absque mercede, & ullis pactionibus infirmis se curam adhibituros. Sanè addit Vbertus, quoties dubitatur an quis sanus mente fuerit, facilius aduersus infirmum præsumi, quàm contra ualentẽ & bene curatũ[i], quod & aduersus quosdã senes induci poteli, idq; ex Varronis prouerbio, Bis pueri senes. Illud traditũ est, eum qui corpore infirmus medicos excludit, nec pharmaca ad se deferri patitur, præsumi furiosum esse, & mentis quoque uitio affici[k]. Sed nunquid tabellionis documẽto standũ sit, quo scriptũ est, Titius sanus mente, licet æger corpore? Et uerius est standũ esse, quũ hæc scriptura etiã præsumptioni legis concordet[l]. Ei enim qui insanum aliquem dicit probatio incumbit[m]: si uero præsumptio legis contrarijs probationibus esset elisa, nec assertioni quidem eius scripturæ stare-

e l. 3. ff. de crim. stel.
f Bar. l. fi. ff. de quæst. III
g l. medicus. de exor. cog.
h l. creditori. 3. tit. j.
i arg. l. fi. de iusto rupto.
k gl. c. j. 93. dist.
l l. 3. ff. de testa.
m l. nec codicillos. j. de codic.

tur: quod & Iason hic cum plerisque recte diffiniuit.

h Bar.auth.ingressi.C.de sacrosanc.eccl. cilior igitur quæstio est, quid si sub cõditione facta est liberatio:ut quia adulti dixerũt, liberamus te si nos hæredes instituueris. Et Bulg.quem Bart.Ang.Paul. Castr. Alex. probauerunt, nullam esse liberationẽ censuit,etiam si cõditio adimpleta ipsiq̃ instituti fuerint,quia spe præmij inuitari nemo ad institutionem debet[b]. Contrà alij plures numero,sed inferiores autoritate: secuta enim institutione,confirmari propter cõditionis euentum ipsam liberationem[i]. Et sicut in hoc rescripto ualet renũtiatio pure facta, censendum etiam ualere sub cõditione posq̃ conditio euenerit[k]. Nec absurdũ uideri spe alicuius lucri, cessante omi captione,aliquem ad institutionẽ allectari,quum & in matrimonijs summa libertas requiratur,& tñ spe lucri ad matrimoniũ quenque inuitari liceat[l]. Sequamur & nos hanc sententiam,quia rationes,cur hæreditas pacto non detur,à nobis supra relatæ[m],hoc casu locum nõ habent:ideoq; nihil impedit, in cõditione id poni, quod in dispositione positum nõ arctaret[n]. Nec uerum nobis uidetur,spe premij ad instituendum neminem inuitari posse: nulla enim lege id cauetur, nisi quum institutio captatoria,uel in fraudem s.c.[o] esset,ut in eo exemplo:Titius si Meuium hæredem instituat hæres esto[p]. Incidit enim hæc species in s. c. sententiã. Quid enim si testator cũ Meuio colludat, ut posq̃ Titius eum instituerit,alias tabulas cõdat,quibus ipsi Titio nihil relinquat? Nec me mouet Alex.ratio,existimantis in Titij testamẽto clausulam subintelligi, rebus sic stantibus[q]:quia quum pure Meuio relinquat, capiẽda potius fuit præsumptio ex affectione institutionem processisse, q̃ ut conditionẽ impleat[r], maxime cum in alterius dãnum non soleat ea clausula aduersus apertam uim uerborum intelligi[s],alioqui hæc ratio, captatoriarum institutionũ prohibitionẽ superuacuam magna ex parte ostenderet,sed hæc alibi latius.

IIDEM AVGG. *Ammonito.*

Transactionem quæ dominij translatiõe uel actione parata seu perempta finem accedet: Et traditũ est elidere[c]. Sed & id ex qualitate iudicis discernendum Aret. censuit, quod alibi tradidimus[d]. Sed qd hic in metu traditũ est,an idẽ & in dolo sit? Et uideretur esse idẽ: Vnde instruunt tutores captiosi aduocati, ut quum aliquid pro pupillo gerunt, procurent in instrumẽto describi,coram eius matre cõiunctis úe aliquibus factum: non enim tunc quod hoc modo palàm gestum est, poterit tutori ceu dolo factũ imputari[e].Sed tñ hac in re plurimũ ego arbitrio iudicis tribuendũ arbitror,qui ex indicijs dolũ perpẽdat. Nec mihi fit uerisimile præsumptionẽ doli, quæ certis casibus à lege aduersus tutores inducitur[f],ex eo cõuelli,quòd in præsentia amicorũ res gesta sit: Potuerũt enim illi consiliũ tutoris sequi,ad quẽ res principaliter pertinebat[g], nec alieno in negotio ualde curiosi[h] esse. Religioni enim iudicãtis hac in re semper plurimũ tributũ est, qui præsumptionis huius uires ex argumẽtis extrinsecus accedentibus uel intẽdat,uel eleuet. Quid enim si is qui metum infert, huiusmodi sit q nihil præsentiã amicorũ uereatur,ut Tirannus:Respondit enim hoc casu Ang.nõ ideo minus præsumi metũ[i]. Nam & Saly.censuit, Si filiafam. propter præcedentes patris minas deinde coram amicis contraxerit, non ideo minus metũ,quẽ uocant reuerentialẽ, præsumi[k]: quia uerisimile est eã plus patri tribuisse, in cuius manu erat,q̃ ullis amicis: quæ sentẽtia uera est, si præcessisse patris cõcussionẽ probetur,alioqui cũ Alex.& recentiori-
k c.causam.2.de offic.deleg. bus sentiendũ[k], nõ magis ex solo cõtractu metũ inter patrem & filiam præsumi attestantiũ,q̃ inter nurũ & socerum[l],q̃q̃ inter
l l.qui à parentis.sol.mat. maritũ & uxorem[m]. Nam & à quibusdam traditũ est, si mulier lege municipij prohibeatur,absq; duorũ cõsanguineorũ præsentia contrahere, nihilominus cum patre suo absq; ea solẽnitate rite contraxisse censeri[n]. Hic enim apparet talis statuti rationẽ esse, ne facile mulieres circũueniri possint,quę ratio ,ppter paternæ pietatis præsumptionem locum sibi non uendicat[o]: qua de re à nobis supra disputatũ est[p].In presentia hoc dixisse sufficiat, quoties lex aliquid ad formam seu solennitatẽ pertinẽs inducit,q̃uis

i l.si maiores. uerb.cõditione.3.eo.
k l.Seius.ad l. falci.
l l.Titio centũ. §.j.de cõd.& demon.
m d.l.pactũ qd. Doct.l.fi.3.titul.j.
n l.uxorẽ. §. hæres.de leg.3.
o l.j.in fi. de his quæ pro non scrip.
p d.l.ille autem.
q l.si seruus.de cõd.ob cau.
r l.nec adiecit. pro socio.
s l.Lucius.de euictio.
a l.nõ est.ff.qd' met.cau.
b l.hæc aũt.§.j. ex quib.cau.in pos.j
c l.transactio. j.eod.
d l.si super.3.eo.
e l.nõ solum.de act.& oblig.
f l.impossibilis. de uerb.ob.
g l.qbus.§. Termilius.de cõd. & dem.
h Bar.auth.ingressi.3.de sacrosanc.eccl.
i d.l.ille aũt.in fi. de hær. inst.
q l.huius rei.l. hoc si res.
r l.si spõsalibus. §.j. d'uer.dor. gl.l.ſtipul.in uerb.ſucceſſores.de uer.obl.
a Dec.l. pactum quod dotali 3. tit.j.
b l. ſtipulatio hoc modo.de uerb.obl.
c l.j.j.de præd. cur.lib.x.
d l.pacta nouiſſ. III 3.tit.j.
e Bal.l.Polla.j. de his quib. ut indig.Cur. cõſil.43.col.6.
f l.j.j.ſi tutor. inter.
g l.fi.ff. ubi pupillus.l.j.§.fi. de uent.inſp.
h l.doli. in fi.de nouat.
i Ang.cõſ.280. reperitur.
k l.j.§.quæ honorandæ. ff. qua.rer.
l l.qui à parentis.ſol.mat.
m c.cũ cõtingat. de iureiur.
n Bal.l. pactum. quæſt.21.j.de coll.
o l.Aurelius.§. Titius.de lib. leg.
p l.præſes,3. eo.

ratio cesset, tamẽ nihil de solennibus omittendum, aliàs actus est nullus[q]. Quod proculdubio in hoc casu censendum, si statutis cautũ esset, ut ad literam intelligerẽtur, seu nihil extrinsecus in eorũ interpretatiõe adsumeretur[r]. Nec enim dubiũ est in hoc statuto in primis uim uerborũ inspiciẽdam esse: Vnde si in eo simpliciter scriptum sit, ut non nisi cũ consensu agnatorũ mulier cõtrahat, sufficiet etiã

q l. si fundus. de reb. eo. c. j. de reb. eccl. in 6.

r dixi lib. 2. de uerb. sig.

IIDEM AVGG. ET CAESS. *Archileo.*

SI maior annis XXV. transegisti, quamuis dari tibi placita repręsentata necdum probẽtur, nec offerant hi qui conueniuntur, ne quid amplius ab ipsis exigi possit, exceptionis proficit æquitas.

I si alios cũ proximiores agnatos accersiuerit: licet eũ æquius esset proximiores adhiberes[s], tñ quia statutũ generaliter loquitur receptius est qualescunq; sufficere. Agnati II enim sunt & q remotiores sunt. Quapropter sufficiet horũ cõsensus, etiam si minores XXV. annis sint, dum impuberes nõ sint, sed indole bona ingenioq; prædíti[t]. III Quod si nõ cõsanguinei seu agnati sed affines sint, propter uerba statuti nõ sufficeret. Differunt enim affines ab agnatis, itemq; à propinqs[u]: Vnde nec cõsensus mariti sufficeret, qui principiũ affinitatis est. Nam & si V agnatus per procuratorẽ cõsentiret, frustra cõsentiret, quoties statutũ præsentiam eius requireret[x], in cõsensu uero maior est ambiguitas[y]. Quod si mulier procuratorẽ ad cõtractus generaliter cõstitueret, accedẽte cõsanguineorũ cõsensu, adhuc ex particularibus cõtractibus nõ obligaretur, quum lex cõsensum agnatorum ideo requireret, ut in singulis speciebus ipsi causam perpendere possint, utilitatemq; fœminæ procurare, quæ ratio in generalis mãdati cõsensu cessat[z]. Fit tamen q̃q; amplior huius statuti interpretatio, dũmodo uerba omnino non aduersentur. Quid enim si nullos agnatos mulier habeat, Nonne interpretabimur ut cum cõsensu agnatorũ cõtrahat si habet[a]. II Quod si in statuto cõditio expressa sit si habeat, intelligẽ quatenus habeat, poterit & tali casu scindi cõditio, quod Bar. censuit[b]. III Quod si habeat quidẽ sed absentes, & qui si expectarẽtur, mulieri periculosam moram facerẽt: Et nõ expectãdos Bal. censuit[c]. Interpretandũ enim ita est statutũ, ne in mulierũ damnũ uergat[d]. Quid si sint præsentes, sed cõsentire nolint: Et nõ ualet cõtractus, nisi quatenus probatur eos absq; iusta causa id officiũ detrectasse[e]. Quid si eos mulier adhibere noluit, quia suspecti essent: Et nõ debuisse eos hoc casu aduocari credendum est[f]: Quapropter eorũ operam supplebit iudex, sicut & supplet quoties extant quidẽ agnati, sed inepti & cõsensui nõ idoneis[g]. Quid autẽ si præsentes contractui essent, & tacerent: nũquid dicerentur cõsensisse, & cẽseretur seruata forma legis: Et nõ putarim[h]. Sed quã rationẽ eius legis censebimus quæ nõ cõsensum simpliciter requirit, sed agnatorum proximiorum: Et Bart. ideo eos requiri ait, quia propter spem successionis est uerisimile diligentiorẽ eos curã adhibituros[i]. Ego nõ arbitror spem hãc hæreditatis uiuentis personæ à legislatore perpensam, sed potius quia quo quisq; gradu iunctior est, eò & magis amare procurareq; rem cõiuncti præsumitur[k].

s Bal. & Doct. l. fi. j. de uerb. signifi.

t Bal. l. in cõiunctio. j. de nup.

u l. j. j. unde uir & ux.

x Bal. Rom. l. j. j. q. adm.

y Angel. l. apud. §. fin. ex quib. cau. in pos.

z Ias. l. j. §. ex pluribus. de ac. qui. poss.

a Bal. d. l. in cõiunctione.

b l. si stichum q. de leg. j.

c arg. c. j. ne fe. de uacã. l. ubi absunt. de tut. & cur.

d Fely. c. ex parte. de reseri.

e Ias. l. j. q. adm.

f Bald. l. nihil. j. de nup. Arch. l. cũ hæres. de acqui. hær. Corn. d. l. j.

g VII

h Bal. & Mod. l. 2. §. uoluntatem. sol. mat.

VI

i l. j. de legit. tut.

k l. lege Iulia. de testib.

SI MAIOR ANNIS. a ¶Conueneram te ut centũ dares, deinde trãsegi pro quinquaginta, quum eam mihi summã nõ redderes, rursus te in iudicium traxi, & centũ petij: hic traditur exceptiõe tibi succurri, ne supra quinquaginta exigaris. Et si ponamus transactioni additam stipulationem, quod Suzarius arbitratus est, res dubium nõ habebit, quia nominati cõtractus quãuis ab altera parte non adimpleantur, firmi tñ remanent, & sola actione ex cõtractu agi potest[l]. Sed si pacto nudo transactũ ponamus, resolutio difficilior erit, quia hoc casu prima actiõe agi cõstitutiones dicũt[m]. Sed Fulg. agi quidẽ prima actione censet, sed tñ non exigi, nisi quatenus transactum est: quum em̃ speciale in cõtractu trãsactionis sit, ut in eo pœnitẽtiæ locus nõ sit[n], merito ultra summã, quæ semel in trãsactione placuit, nõ poterit reus exigi, idq; & Guil. Pet. Cy. Alex. aliísq; recentioribus uisum est[o], quos & ipse sequor: quoniã absq; manifesta calũnia hæc lex aliter intelligi nequit, diuinãtq; notabiliter alij in rescripti sensu: ut ueteres qui adiectam solutioni diem fingunt, & ea elapsa in iudicio pecuniã oblatam: ut alij q̃ anteq; dies uenisset, ab actore petitum cõminiscuntur: ut Lud. Pont. qui actorẽ ipsum nunq; acquieuisse trãsactiõi ait, & ideo nullã reo morã impingi potuisse: ut Syll. Saly. q̃, qui de fructibus ꝓmissæ pecuniæ

l l. inciuile. j. de rei uend.

m l. siue. 3. cod. l. cum proponat. 2. 3. tit. j.

n l. quãuis. j. eo.

o l. si pro fundo. 5. cod.

pecuniæ hic agi solum censuerunt: ut Iac. Aren. qui pro parte tantũ petitionis transactum nõ super omne ære petito opinatus est: quas ego phãtasias missas facio, solumq; primi intellectus explanationẽ, q̃uis contextis hic uerbis nõ cõueniat, prosequor. Finge igitur trãsactũ esse, & reum promissa non obseruasse, ideoq́ue in mora cõstitutũ, quatenus purgare moram poterit: Et hic distinguẽdos arbitror treis casus: Primus est, quum transactio pacto nudo celebrata certam diem nõ habet, & tũc cũ exceptio transactionis peremptoria sit, poterit quãdocunq; ante sententiam aduersus primam actionem opponi[p], quo casu iudex nõ nisi quod ex transactione debetur, in cõdemnationẽ deducet, nec alia oblatio necessaria est, hæcq; uera est legis nostræ hypothesis. Sequens casus est, quum certam diem habet, & ante litẽ super prima actione contestatam celebrata est, & Bar. cũ paucis quibusdam usq; ad contestationem litis in prima actione dilui moram posse arbitratus est[q]. Contrà plericq; cẽseruerunt, ut usq; ad sententiam reus audiatur, nõ enim proprie is in mora est, non ex prima actione quæ per transactionẽ ferè elisa est[r], nõ ex ipsa transactione, quæ pacto nudo celebrata est, ex quo cũ actio non detur, nec mora ulla inde proprie committitur[s], merito ergo usq; ad sententiam & opponi hæc exceptio, & purgari mora poterit. Quod si transactioni stipulatio accesserit, opinor usq; ad executionẽ purgari posse, & hoc esse quod lex nostra ait, non amplius exigi, cq; quod in transactione cõuentũ est, quod & Accur. sensit[t]. Quum em̃ stipulatio accessit, frustra de prima actione quærimus, quæ extincta est: & quum ex stipulatu agendũ sit, nec ullus sit pœnitentiæ locus, merito etiã lata sententia, offerendo reus qd̃ petitũ est, liberat[u]: atq; hoc est quod Suzarius sensit. Tertius casus est, quũ trãsactio simplici pacto post litem in prima actione cõtestatã inita est, & tum quoq; usq; ad sentẽtiam purgari moram posse, non obstante die, ab omnibus ferè receptũ est, siue quòd nec tũ mora proprie dici potest[x], siue quod qualiscũq; mora sit post contestationẽ solũ orta est, unde sicut ipsa exceptio quãdocũque usq; ad sentẽtiam ceu perẽptoria obijci

p l. perẽptorias. j. de except.

q arg. l. si insulã. de uerb. obl.

r c. j. de transf.

s l. nuda. j. de cõtrah. & com. stip.

t l. siue. in glos. fi. 3. eo.

u §. fin. instit. de perp. & temp. actio. l. si uero §. fi. sol. mat.

x d. l. nuda.

pote st, ita & mora purgari[y]. Secus si ceu dilatoria obijceretur, quia nõ nisi usq; ad primũ actũ qui postea fieret opponi posset[z].

y l. perẽptorias. j. sententiã resc. non pos.

z l. 2. de cõsor. eius. l. nulla. j. de procur.

PROMISSIS. a ¶Petebam fundũ à Titio, deinde trãsegi stipulationẽ deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constat.

IIDEM AVGG. *Basilicæ.*

PRomissis transactionis causa nõ impletis, pœnã in remisiq; actionẽ, & ipse domum mihi dare pacto promisit, & si aduersus ea factum esset, stipulatus sum certã pœnã, deinde eo negligente cũ pœnam peterem, obiecit mihi has exceptiones, Primum quod cõtractus transactionis pœnitẽtiam nõ recipit[a], & ideo debere me domũ petere, nõ pœnã. Secundũ, quod etiã si pœnã petere possim, tamen id nõ nisi disiunctiue facere debui, quũ electio debitori auferenda nõ sit[b]: qui enim domũ promittit, & si domũ nõ dederit, pœnã: similis est illi qui domũ aut pœnã promittit[c]. Tertium, quia pœna debet sub conditione, si contrà factum sit, at ille nihil fecerat, sed neglexerat exequi, igitur uerba cõditionis pro reo erunt, ne euenisse uideatur: quod & simili casu Ancha. ex facto respondit[d]. Large enim & improprie qui nõ facit, facere dicitur[e]: at in pœnis abusionis huiusmodi nullus est respectus. Quartum, quia pœna hæc dationi adiecta, uidetur in fraudem usurarũ adiecta esse[f], & ideo exigi nõ posse nisi quatenus intra legitimã taxationem redigatur[g]. Sed tamẽ hic rescriptũ extat, nihil obstare quominus pœna ipsa exigi possit. Quamuis enim nõ sit permissum ut à cõtractu transactionis quisq; recedere ualeat, tamen & hæc pœnæ promissio pars eius cõtractus est[h], qua uidentur contrahẽtes egisse, ut aduersus nõ obseruãtem actor pœnam eligere possit[i]: hæc enim cõditio, & si domum nõ dederis &c. indicat id actum, ut liceat domum non dare, casu quo ad pœnam agatur[k]. Sicut quum pater filiofam. instituto hærede substituit, si hæres nõ erit &c. censetur abstinendi potestatem fecisse[l]. Si igit domus ipsa data nõ sit, poterit actor pœnã petere, saluo tamen reo ipsi iure moram purgãdi[m]: censetur autẽ ipsius actoris fauore adiecta pœna, quapropter obligatio hæc ab alternatiua distat[n], quæ rei fauorem ut plurimum respicit[o]. Nec uerum est uerba conditionis proprie eum non comprændere, qui non fecit, id est non soluit. Quum enim promiserit domum dare, si nõ dat, aduersus ea quæ promisit pro-

a l. quãuis. j. eo.

b §. plus. instit. de act.

c l. 3. qui & à quib. l. cũ ita. de optio. leg.

d l. ubi autẽ. §. qui id quod. de uerb. oblig.

e l. qui non facit. de reg.

f l. Iulianus. §. idemq; Papin. ff. de act. emp. ff. eos. j. de usu.

g l. eos. j. de usu.

h l. fundi partẽ. de contrahen. empt.

i l. 2. ff. de arbitr.

k l. iã dubitari. in fin. de hær. instit.

l l. proxima. & l. obligationum ferè. §. fi. de act. & obl.

m l. cum qui certarum. §. fi. de uerb. obl.

n l. plerũq; in fi. de iure dot.

culdubio facit[o]. Ancharanicq; id negantis responsum illud, crebriore calculo confutatũ est[p]. Tandemcq; nec illud obstat; quod pœna dationi adiecta, in fraudem usurarũ promissa censeatur, quia id uerum quum solutioni quantitatis adiecta est[q], At hic nõ quantitas, sed species, id est domus, debebatur. Quod si fingamus quantitati adiectã, tũc absurdum nõ putauerim ita distinguere, ut supra legitimum usurarum modum peti pœna non possit, quæ sententia receptior est. Nam & idem in pœna quam cõpromissarius iudex adiecit existimatũ est[r], quod & nos alibi attigimus[s].

o l.si qs maior. j.eo.l.cõtinuus §.pen.de uerb. oblig.
p d.§. qui id qd. dixi §. Cato. 4.nota.
q d.§.idem Papinianus respondit. & l. cum allegas. j. de usur.
r c.suã. de pœnis.Com.cõsi. 156.
s l.5.§.fi.de uerbo.oblig.

IIDEM AVGG. ET CAESS. Theodotiano.

TRansactio nullo dato, uel retento, seu promisso

TRANSACTIO, a ¶Pars hæc cuiusdam rescripti est, quod diffusius infra habemus[a], hic quatenus ad propositũ argumentum attinet relata, nempe ut hinc sciamus in transactiõe mutuam præstationem requiri, & ideo supra cõclusimus contractum innominatum esse. Sufficit autẽ si ex parte unius uel sola spes subsit, cuius uana, & à iure nõ perpensa: ut si remitto actionem, quia promittas me hæredem instituere[b]. Item sufficit promissum esse, licet non præstitũ ob culpam aduersarij fuerit[c]. Item nihil refert quẽadmodum uerba concepta sint, dũmodo utrinq; acceptum sit. Vnde si, quum mihi centũ deberes, quinquaginta recepi, & alia quinquaginta cõfitear me causa transactionis recepisse, licet inspectis cõfessiõis uerbis nihil uidear tibi remisisse, tamen ad effectũ potius respicimus, & trãsactio ualet[d], nec exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ obijcere potero, quod Bal. & Alexan. recte probant. Sanè addit ex aliorum sententia Iaf.[e] nec id transactionẽ impedire, quod etiam plus quàm petitum sit præstitũ à reo fuisse proponatur, quũ potuerit rei interesse omni modo à lite se extricare. Sed ego solutionem ueteris obligatiõis id esse potius, quàm nouum transactionis cõtractum existimauerim[f]. Sed quid si ex altera parte quid minimum interuenerit? Et uideretur transactionem nõ esse, quum haud quaq; differat, parum an nihil præstetur[g]. Sed tamen aliud Bald. tradidit quia qui cum nihil deberet, aliquid uel modicũ præstat, transigere dicitur[h]. Sed ego nec hoc quidem casu proprie transactionem

b l.cũ donatiõis. ubi Alex.3.eo.
c l.si super.3.e.
d l.interest.j. de solut.
e Bal.l.fi.j. de execut.rei iud.
f arg.§.fi.inst. de perpet. & temp.act.
g l.etiam.de petitio.hær.
h l.Lucius. §.fi. ff. ad Trebel. Bal.d.l.fi.

esse crediderim, sed imagine quadã potius[i], & ideo tali casu uideri partes potius donasse. Sed quid si reus actori nihil dedit, nisi quatenus facti molestiã inquietudinemcq; submoueret[k], & quum transigi super actione irrita possit, satis credi poterit, tum quoq; transactiõi proprie ex sententia nostra tiũ doctorũ locũ esse, cuius Decius dubitauerit, qd supra attigi[l]. Cæterum probabilius disputari potest, quid si partes in instrumento transigere se dicant, & tamẽ ex eius lectione appareat nihil inuicem præstitum esse, sed ad alterum omnia pertinuisse? Et Paul. Castr. Riminal. Iaf. contractum non ualere affirmant[m], nec in uim quidem pacti, quia quoties substantia contractus deest, nullo modo sustinetur, sed omnino corruit[n]. Quæ uera & ipse fateor, quoties constat id actum esse, ut contractus in uim ueræ transactionis ualeat, alioqui ex simplici denominatione non præsumemus id actum, sed potius censebimus uoluisse pares pacisci uel donare[o]. Quum & transigere latius quandoq; accipiatur quoquo modo finire, etiam nullo uicissim dato[p], coniectabimur autem animum transigere tantum uolentis non donare ex coniecturis, ut si suus hæres eo modo contrahat cum aduersario, non enim est uerisimile quenq; uoluisse erga eum cum quo litigat munificentiam exercere[q]. Sed quid in arbitratore dicemus, qui laudatiuo suo reum in omnem summam petitam cõdemnauerit, uel absoluerit? Et Bartol. quem cæteri sequuntur[r] ualere huiusmodi sententiam existimauit, quia tale laudatiuũ proprie transactio non est, sed ad eam tãtummodo significationem refertur, cum litis finem significat: quoquo modo ergo litem diremerit, satis est. Nam & illud traditum est, non debere bonum iudicem, si de alterius partis iure sibi liquidò constet μεσόδικον esse, id est per medium diuidere, sed omnem causam pro iustitia uni adiudicare[s]: antequàm uerò sibi liqueat boni uiri munere fungetur, qui ad concordiam litigatores, quoad eius fieri poterit, & citra ullam frustrationem alliciat.

i l.si quis contẽxerit.ff.loc.
k argu. c. dilectus.de simo.
l l.2.3.eo.
m d.l.fuus.
n Bar.l.si causa.3.eo.
o l.insulam. de præscr.verb.
p l.transact. de uerb. sig.
q d.l.fuus.
r Bart.l.quod si Ephesi.de eo quod cer.loc.
s Docto.e.j. de mu.petit.

IIDEM AVGG. ET CAESS. Martianæ.

QVamuis qui pactus est stare, non impediatur[t] ne ab eo quod sponte promisit, resilire, tamen si ex pacto nihil actum sit, nec ullum initum sit transactionis genus, quod ad ius ciuile pertinet, ad ea quæ ex pacto consecuta sunt, non ad ius ciuile, sed ad naturalem æquitatem recurrendum est. Quamuis enim ius ciuile non ualeat, naturalis tamen æquitas ualere debet, ut ne quis locupletior fiat cum alterius iniuria. Quamuis qui pactus est stare, non impediatur ne ab eo quod sponte promisit, resilire, tamen si ex pacto nihil actum sit, nec ullum initum sit transactionis genus, quod ad ius ciuile pertinet, ad ea quæ ex pacto consecuta sunt, non ad ius ciuile, sed ad naturalem æquitatem recurrendum est. Quamuis enim ius ciuile non ualeat, naturalis tamen æquitas ualere debet, ut ne quis locupletior fiat cum alterius iniuria.

t l.2.3.eo.

etiã si statim post absolutũ tamen cõtractũ alter desciscat. Sed quũ in cõtractibus innominatis traditũ sit, pœnitentiæ locũ esse[a], quæ est ratio ut & in transactione idem nõ dicamus: Et aliqui ueteres id fauore liberationis inductum crediderũt: quod falsum est, quum in donationibus quibuscũq; ante Iustinianum licita esset pœnitentia[b], & tamen hic apparet ante eum nõ fuisse in transactione permissam. Nam & cõdictio ob causam fauore liberationis, si causa sequuta non sit, non impeditur[c]: ergo nec ex capite pœnitentiæ impediri debet. Sed & quis credat, si id ita esset, non potius de liberatione uerba legis concipi debuisse, quã de transactione? quum transactio semper contractus innominati species sit, quũq; ultro citroq; obligationem inuehat, iurisq; uinculo eum aliget qui solũ de facto forte inqetabatur[d], & ideo proprie contractus est, improprie uero ratione solius iudicij distractus est[e]: imò quandoq; transactio solius obligationis, non autem liberationis causa fit[f]. Iaf. & id potius communi ex regula inductum credidit. Nam à contractibus innominatis re non integra recedere non licet[h], at ubi transactum est, reusq; pecuniam actori dedit, exceptionemq; aduersus actorẽ acquisiuit, apparet iam rem amplius non esse integram. Sed certe Iason dictum ipsum proratiõe de qua disputamus assumit[i]: id enim quærimus, cur exceptioni locus sit, & non potius pœnitentia, sicut in cæteris innominatis contractibus, concedatur: Itemq; cur actori qui adimpleuit, actionem remittendo pœnitere aduersus reum tergiuersanti non liceat[k]: tunc enim res quod ad reũ attinet integra est. Bar. quem cæteri sequũtur, litium dirimẽdarum fauore inductum censet[k]: quæ sententia uera est, qua ratione nec per rescriptum transactio rescinditur, nec prætextu reperti deinde instrumenti, aut specierum nouiter inuentarum, ut supra uidimus. Sed nec in ea, exceptioni non numeratæ pecuniæ locus est[l]. Sed an prætextu enormis læsionis rescindi poterit? Et Bartol. posse censuit[m], dum detrimentum illud computemus, habita non ad id quod uere debetur æstimatione, sed ad id quod ueri similiter dubio ex litis euẽtu potuisset percipi. Hanc q; sententiam Seuerinas cre-

a l.si pecuniam. ff. de cond. ob cau.
b l.si quis argentiũ.j. de donat.
c d.l.si quis accepto.
d l.2.3.eod.
e dixi in rub.3.e.
f l.si super.3.e. g Iaf.l.3.de cõd. ob cau.
h d.l.si pecuniã.
i l.qui interrogatus.de pet.hæred.
k d.l.si pro fundo.& §.l. px.
k l.fratris.3.eo.
l l.si transactionis.j.de non mane.pec.
m l.2.j.de rescind.uend.l si quis cum aliter. de uerb.obl.

brius receptam affirmauit[n]. Sed Aretinus Alex. q; contrariam receptionem tradiderunt[o]. Ego hisce in Doct. altercationibus eis adhærere soleo, qui citra cauillationem subauditionemq; aliquam, uerba legum interpretãtur: quo fit, ut in postremam hãc & ipse cum Iaso, hic trãseam. Nam Scæuola ait, eum qui transegerit, & si in quadruplum læsus sit, amplius conuenìri non posse[p]: at interprerari quadruplum perpensa ueritate, non autem perpenso dubio litis euentu, nónne aperte commentitium est? Rursus infra traditur, si filia dolo patris in transactione immodice læsa est, solum ei actione in factum succurri[q], atqui alia ratione rescindi transactio potuisset[r]. Et qui interpretantur immodice non tamen infra dimidiam, uel immodice respectu ueritatis, non autem respectu dubij euentus, nónne uim uerbis rescripti faciunt? Atqui dubius litis euentus uel in primis perpendi in huiusmodi æstimationibus solet. Quis enim adeò fatuus est, ut rem litigiosam non multo minoris propter dubiũ euentum emat[s]? Huc pertinẽt & leges quæ generaliter tradunt, eum qui titubanti animo causa transactionis omnino indebitũ soluit nihil repetere[t], idq; etiã si res nulla sit[u]. Accedit & similitudo quæ cum iuramento sententiæ q; transactiõi est, ut sicut illa eo prætextu nõ rescinduntur[x], hec transactio quidem rescindi debeat[y], & hoc quidẽ hactenus. Sed quum hic tradatur, condictioni ex capite pœnitentiæ locum non esse, quid ex capite rei non secutæ, seu ex mora censebimus? Et in actore receptior uidetur sententia, non competere ei condictionem, sed agere eum debere præscriptis uerbis, ut promissa sibi adimpleantur[z], quod ex fauore litium dirimendarum receptum est, & nos supra aduersus Bartol. sententiam defendimus[a]. Maior subest in reo difficultas, & competere ei condictionem omnes fere sentiunt. Vnde cum reus dat pecuniam ne ad iudicem eatur, si uocatus sit, ex Vlpia. responso condicet[b]. Ego nec reo quidem competere id remedium arbitror, quum satis consultum ei exceptione sit[c], & quum eadem ratio in eo locum habeat, quæ in actore, nempe idem litium finiendarum fauor, nec temere debeat differentia inter

n Tract.transq. quæst.xij.
o Aret.d.l.si qs. cum. Alex.cõs. 42.in j.
p l.Lucius.§.fi. ad Trebel.
q l.si superstite. j. de dol.
r d.l.2.
s l. propemodũ. de uerb.sig.
t l.fi.j. de cond. ind.l.nec intẽtio.3.eo.
u l.in summa.de cõd.ind.in prĩ.
x l.nã et posteà. §.si dãnetur. de iureiur.l.si deferẽte.d' dol.
y l.2.de iureiur.
z l.si pro fundo. 3.eo.
a l.si pro fundo. & l.actione.et l.siue.in fi.3.e.
b l.3.in princ.de cõd.ob cau.
c l.j.§.si debitori.ut ĩ pos.leg.

d l.d' die.qui sat. cog.ubi Doct.

actorem & reũ cõstituí[d]. Nam & lex quod ob transactionem à reo datum sit nunc̃ repeti ait, nisi euidens calumnia detegatur[e]. Nec me Vlp. responsum mouet, quia ut in eo legitur nõ trãsactio illa fuerat, sed quasi decisio, seu ipropria transactio.

e d.l.in summa.

IMPPP. GRAT. Val. Theod. Auggg. Eutropio.

Nec enim actor remiserat actionem, aut ius aliquod suũ, sed nudum factum promiserat scilicet ad iudicem nõ ire, deinde cõtrafecerat, merito quia facta infecta fieri nõ possunt condictio cõpetit. Sed quãdo remissa est actio, apparet illã facti molestiam principaliter nõ perpendi, sed in cõsequentiam remissionis, quæ cum alia ratione sustineri possit, nõ fuit necessarium condictionẽ permittere[f], in eo igitur responso propter transactionis similitudinem pœnitentiæ locus nõ est. Sed quia inquietudo facti principalis in cõtractu deducta cum facta fuerit, infecta fieri nõ potuit, necessario condictio concessa est. Si enim id quod sua intererat, quod̃ præscriptis uerbis actione consequi potuisset reus perpendisset, non ita conuenisset ne ad iudicẽ iretur, sed ut lis sibi & actio remitteretur. Cõcludendum est igitur secũdum legis nostrę regulã, in transactione nullũ pœnitẽtiæ locũ esse, excepto quũ reus simpliciter de facto conuenit, quod sibi obseruatũ nõ sit.

f d.l.si p fundo.

g d.l.3. h d.l.in summa.

I Idẽ cum manifesta calũnia detegitur[h], uel
II dolo celebratus sit contractus, datur em̃ eo
i l.sub præ textu.j.3.eo.
III casu actio rescissoria ad id quod interest[i]. Sed & uolente utraq; parte nõ est dubium
k l.si diuersa.3.eo.
IIII recedi ab eo cõtractu posse[k]. Quapropter si post transactionẽ adhuc litigetur, & non
V opposita exceptione iudicatũ sit, quod causa trãsactionis datum fuerit cõdicetur[l]. Qui
l l.eleganter.§. fi.de cõd.inde.
VI enim exceptionem nõ obiecit, tacite renũtiasse fauori suo uidetur. Qua ratione in transactione quoq; cõmissoriæ legi locum esse credendum est: Possunt enim partes à principio id agere, ut re non sequuta, pro
m Com.cõs.156. facta.
VII nõ transacto sit[m]. Quid nisi quũ & ex post facto possint[n]. Sed & si transactioni addita sit pœna, & maluerit quis pœnam habere, eum quicquid ex transactione consequi potuisset remittere æquum est, ne & pœnã
n d.l.si diuersa.
o l.cũ proponas. & rem habeat[o], Qua de re & sequenti lege
l. promissus. ubi notatur.3.eo.
aliquid attingemus.

VBI PACTVM. Quum Titius à me fundum peteret, acceptis centum transegit, & quicquid ei debebam Aquiliana stipulatione præcedente accepto tulit, stipulatiq; deinde sumus alter ab altero ut si quisquam nostrum ei stipulationi cõtrafecisset, tantam pecuniam pœnæ nomine solueret. Finge, Titius contrafacit, & à me rursus fundum petit, quæsitũ est, qua ope mihi succurrat: Et hic rescriptũ extat, alterũ me eligere posse, ut uel exceptione transactionis eũ excludam, uel centum ei data unà cum pœna antequam ulterius procedatur exigam. Si enim acceptilatio non accessisset, data repetere, pœnamq; exigere, non nisi discusso principali negotio potuissem[a]: Sed quum acceptilatio accesserit, lex nõ sinit actorem ulterius progredi, quàm prius petenti reo data pœnamq; restituerit. Sed qua ratione id inductum? Et sciendum est ex communibus iuris nostri regulis, cum actor reum acceptilatione liberauit, non posse eum extinctã actionem intendere ampliusq; suscitare[b]. Sed quia addita hoc casu fuit stipulatio pœnalis, aliud à partibus uidetur actum[c], & ea facultas concessa ut soluta pœna, adhuc agi possit, merito ante cognitionem causæ pendenda prius est pœna, datorumq; restitutio facienda. Nec obstat quòd actio extincta suscitari amplius nequeat[c], quia respondeo non fuisse omnino ab acceptilatione extinctam, quia adiiciendo pœnam, uidetur id tacite actum
I à partibus, ut prioris actionis spes in perd arg.l.actus. de reg.iur. & d.§.fi.
petuum non perimeretur[d], sed soluta pœna agi adhuc posset[e]: quum enim pœna sub conditione adiiciatur, si amplius egerit, & contrauenerit, uidentur partes tacite egisse, ut conditio illa euenire possit[f], quod & supra declarauiß. Hinc̃q; est, quod licet pœna contractui, etiam stricti iuris, subiecta proprie non mouet contractum
II præcedentem, tamen declaret limitetq; ue quousque ei locum esse oporteat[b], quod in casu nostro maxime dicendum est, quum
III aliàs reus & pœnam habere, & rem, id est cõmoditatem acceptilationis posset, quod lex iniquum existimauit[i]. Quod si ob causam secuta sententia ex post facto lex condictionem concessit, ne utrunque reus habeat[k], quantomagis à principio re integra interpretari id actum esse debemus? Et ideo prioris actionis spem non omnino fuisse peremptam. Videmus nõ paucis exemplis, ex solutione uera priorem actionem non omnino perimi, quoties aliqua
IIII coniectura

c l.fi.j. de acce.

e arg.l.pupilli. §.j. de solut.

f l.si quis locuples. in fin. de ma. testa. l.iam dubitari. in fi. de hær. inst.

g d.l.promissis. h l.obligationẽ ferè. §. fi. & d. & obl.

i l. rescripto. §. si pœnam. de pact. glo. d.l. promissis.

k d.l.eleganter. §. pen.

l l.etiã. sol.mat. l.Iulia. §.j. de uerb.obl. l.pauluus. de solut.
m l.si inter.j. de solut.

coniectura contrariæ mẽtis cõtrahentium probabiliter assumitur[l], cur non & idem in ficta hac solutione imaginario q; acceptilationis actu producẽdum[m]? Porrò id quoq; uidetur sensisse Iurisconsultus, qui consultissimũ esse tradit, si pacto conuento in Aquilianã stipulationem, acceptilationemq; deducto, etiã pœna adiiciatur, ut rescissio forte pacto pœnæ sit locus[n].

n l.pacto. ff. eo.

Quibus uerbis ostenditur, siue acceptilatio ex aliquo iure, siue ex electione rei rescindatur, tunc pœnæ locum fore, aliàs id actum credi, ne utrũq; præstetur. Quò fit ut Azonis Bar. aliorumq; sententiam probare non possim, qui pleriq; numero tradiderunt omnia hæc remedia reo coniunctim competere, & ei licere actorem à quo pœnam & data exegerit, nihilominus exceptione rei cere, quæ opinio disiunctiuã in lege nostra positam uiolat[o], & causæ cognitionẽ, cuius in textu mẽtio, abolet: itemq; uerbũ maluerit, quod ad electionẽ pertinet, subuertit[p]. Sed & casum tali sensu lex nostra decideret, qui nunquam euẽturus sit. Quis enim adeo fatuus esset actor, qui contrauenire auderet, si soluendã sibi pœnã, restituẽdaq; accepta sciret, & nihilominus fore ut exceptione summoueatur? Adde quòd inhumana est ea sententia, & tam graui ferè pœna hunc actorem afficit, q̃ si cõtrauentioni accessisset etiam periurium[r]: meritò igitur ego in diuersam partem eo, & Bulgarum, Albertum, uteresq; omnes ante Azo. interpretes sequor, quos Petrus, Cyn. Ray. Fulgo. & non pauci recentiores probant, disiunctim hæc remedia reo solum concedi asseuerantes: satis enim ei esse debet, quod electio ad se pertineat, utrum malit pœnam habere an exceptione uti[s].

o l.hæc uerba ille.de uerb.sig.
p Doct.c.j.de iudic.
q l.iura. ff.de leg.
r j.l.seq.
s l.cum proponas.3.eo.

PACTVM, De re liquida, transactio de dubia, Bald.[t] Alij tamen communiter disiunctam pro expositiua accipiũt[u], & de sola transactione hic agi arbitrantur. Ego pactum intelligi debere arbitror ante litem motam, quòd licet transactionis uim habeat[x], tamẽ omnino proprie trãsactio nõ est. Nec enim de lite incerta fit, quũ adhuc lis non sit[y], unde lex quasi decidi eo casu ait[z]: Quum enim adhuc non agit, utiq; nec transigit, quo sensu existimo hæc uerba in lege quoq; sequenti accipi.

t l.j.ff.eo.
u glo.l.2.ad l. Aquil.
x l.2.3.eo.
y l.j.de transf.
z l.3.in prin. de cond.ob cau. uerb. quasi.

b ¶VINCVLIS. Hinc annotãt pleriq; uinculum, id est obligationẽ[a] non petendi, acceptilationi inesse, & ideo eum qui accepto tulit naturaliter obligatum esse nõ petere, sicut & is qui dixit, profiteor te nõ teneri[b], naturaliter nõ petere obligatus est, hinc̃q; est quod lex ait, eũ à quo debitor liberatus est, teneri[c]: quũ enim aliquis accepto fert id quod sibi debeẽ, uidetur id agere, ut debitor liberatus sit, ipseq; non petere obligetur: quia ut in eadẽ persona idem actus obligationem parere liberationemq; nõ potest, ita in diuersis personis potest[d], imò cõtrariorum regula hoc suadet[e]: Ex Aquiliana em̃ stipulatione debitor dicitur obligatus dare, creditor censetur obligatus accipere, unde lex mutuo nexu eos teneri ait[f], reumq; credendi non minus q̃ reum debẽdi appellat[g], igitur acceptilatio quæ eas obligationes resoluit, in cõtrariũ casum resoluere debet, ut qui fuit debitor amplius dare nõ teneatur, qui fuit creditor teneat non accipere, & cõsequẽter nec petere. Censuit tamen Bar. proprie hãc obligationem ex consensu uero nõ esse, sed ex quadam æquitate: cuius sentẽtiã & ego probo, quia lex ait, ex acceptilatiõe id actũ tacita pactione uideri, ne peteretur[h]: quæ uerba subintellectam quandã & cõmentitiam obligationem significant, apertus em̃ consensus qui hanc obligationẽ inducat ex uerbis ꝓprie nõ accipitur[i], & ideo alibi lex ait, in acceptilatione inutili pactũ nõ esse[k].

a Inst. de obli. in prin.
b l.tale. de pact.
c l.meuia. §. fi. sol.mat.
d l.si pupillus. ad l.falc. ubi Bar. & l.in numerationibus. uersi. item si usus fructus. de solut.
e l.aliqñ. in fi. de cõd. & demõ.
f l.j. de accepti.
g l.j. de duob.reo.
h l.si unus. §. pe. de pact.
i l.5. §. stipulatio. de uer. obl.
k l.an inutilis. de accept.

c ¶ANTE COGNITIONEM. Sed qua ratione hoc? Videretur em̃ potius expectandã sententiã diffinitiuã, quũ pendẽte causa, non uideatur data repeti posse, & ideo potius expectãdum esse finem, ut qui prius egit, prius dimittatur[m]. Sed respondendum est, exceptionẽ rei, qua pœnã data q; repetit, præiudicialẽ esse[n]: quũ em̃ extincta sit actio, quæ non nisi in casum solutæ pœnæ cõualescit, prius soluẽda est pœna, anteq; ulterius ꝓcedat. Et hoc est qd̃ ueteres aiebãt. Qui prius agat, prius dimittendũ, si de iure agat, nõ de facto, qualis hic, q cõtrauenit in nostro casu, qui non prius de iure agere potest, q̃ pœnam & accepta præstiterit. Quapropter nec ante causa pendere dicitur, quum constet actionem huic nõ competere, liqueat q; transactioni eum cõtrafecisse.

l l.quod Seruius. l.dedi. de cond. ob cau.
m l.qui prior. de iud.
n auth. quæ sup. plicatio. 3. de prec. imp. offe.

Alij

Alij aliter uarijs modis dissoluũt, legemq; nostram magis intricant q̃ explanent. Sed an actor hic postq̃ litem mouere cœperit, & sic aduersus transactionem fecerit, purgare moram possit? Et Bar. non posse censuit, quia statim commissa est pœna[o]. Quum enim delictum id perpetrãdo cõmiserit, id est actionem facti intentando, tale crimen grauius est, & secum executionẽ pœnæ trahit[p], unde mora dilui non potest. Qd & Ang. Salycetus q; censuere, licet Fulgo. Alex. q; contrà, quorum sententia tunc defendi posset, quũ de delicto ageretur, quod tractum haberet, & adhuc perfectum non esset[q], uel quod negligendo cõmitteretur[r], quod in casu nostro non est, statim enim actor de facto litigans cõsummasse delictũ uidetur, quod & lege sequenti traditur[s].

d ¶ SI ADVERSARIVS. Id est reus qui transegit, & qui actore aduersus transactionem faciente, repetere data & pœnam potest: ad eum enim ex regula pertinet electio remediorum, utrum uelit, agẽtem exceptione transactionis summouere, an pœnam petere[t]. Alij aduersarium hic actorẽ ipsum intelligunt, qui anteq̃ contrafaciat, potest uel parere, uel cõtrafaciendo in pœnã incidere: qui intellectus defendi potest. Prior tamen magis uerbis constitutionis applaudit, quæ cum uelint data inferri, satis indicant actorem ipsum inferre debere, qui ea accepit[u], ergo eius aduersarius intelligẽdus est reus qui ipse dedit, ut actionem sibi actor remitteret, & à lite recederet. Non tamen negauerim, si actor ipse reo dedisset, quod quandoq; contingit[x], & reus deinde contrafacere uellet, adhuc legi nostræ locũ esse, quod Fulg. quoq; tradidit.

e ¶ HOC MALVERIT. Magis uoluerit, elegeritq;. Azo tamen, quẽ Bart. & pleriq; alij sequuti sunt, coniunctim omnia hæc remedia reo competere censuit, idq; tribus rationibus: Prima, in odium tam solennem liberationem retractantis[y]. Secunda, quia ipso iure sublata est ab acceptilatione quælibet actio[z]. Tertia, quia iudex cum uiderit eum absq; actione agere, ex officio suo actorẽ repellet[a], cum nemo absq; actione experiendo audiatur[b]. Fortius urget alia ratio, quum enim extincta actione de iure agi non possit, adiectio pœnæ in eum tantum casum facta censetur, quo de facto agatur, contemptumq; respicit, quo casu & rem & pœnam cõiunctim præstari constat[c]. Sed tamen nos supra ostendimus id actũ suadente æquitate inter partes censeri, ne utroque remedio & transactionis & pœnæ reus utatur[d], & ideo ex eorum mente agi adhuc possse. Nec quicq; refert quod actio per acceptilationem sublata sit, quia id non extinguit eam æquitatem qua quis utrunq; cõsequi prohibetur[e]. Nec uerum est, pœnam quæ non nisi in casum facti committatur, ideo contemptum respicere, & coniunctim cum re exigi: imò si res apud contrafacientem nõ remanent, pœnæ nullus est locus, quod Gordiani lege apparet[f], ubi quia manumissor libertatẽ de iure conferre nequit, nulla incurritur pœna, libertas enim iuris publici est, in qua non potest actum censeri, ut de facto quis sit liber, quò electio pœnę ad stipulatorẽ pertineat. At in casu rescripti nostri facilius id actum in cõtractibus præsumitur, qui plurimum ab arbitrio partium pendent. Nam quod aiunt Doct., distinguendum, an partes ad effectum respexerint, uel an stipulator ex tali facto inquietetur, eiusq; idcirco interfit diuinatorium utriq; rescripto est[g]. Quòd si actorem non exceptione rei sed facto iudicis summoueri dicas, qui a gentem absque actione audire non debet: respondebit, & recte, sanus aliquis hunc intellectum legi nostræ non conuenire, in qua nihil distinguitur, an iudex actorem ipse reijciat, an id minus[h]. Quid enim si non reijciat[i] quũ nõ cogatur nõ petenti officium impartiri[k], ut recte Paul. Cast. ait. Sed & ubi lectum est, si pars ipsa reijcere agentem non possit, in re priuata cõcedendum id iudici[l]? Atqui iudicis officium nunq; se ulterius extendit q̃ æquitas suadeat, hic autem nullam subesse æquitatem satis probatum est. Nec probabiliter iudicis interest, quòd agi de facto uideatur, quia quum semel actio iure competierit, & partiũ censensus accedat, nõ debet hac in re scrupulosus esse. Quũ enim agens de facto solum litigatoris ius inquietet, iudiciumq; nõ sit elusorium, non debet iudex ex se quicquam supplere[m], nisi in manifesta ria actoris calumnia[o], quæ hoc casu nulla est, propter præsumptum partium consensum. Et quum dubium non sit, quin ea conuentio ualeat, qua aliqui mutuo promiserint se sententiam, compromissum, uel quẽlibet contractum non allegaturos, irritum nullumue

o l.j.§.si rẽ. depos.c.j.quid iuris.si uasal.feudalie.recup.

p l.qui eam mẽte. de furt.

q arg.l.si in lege.§. colonus. loca.l.sequitur §.item Labeo. de usucap.

r l.si cũ ancillis. ubi Bal.col.pe. j. de incest.nu.

s Purpa.l.seq. 7.notab.

t l.quod in hæredẽ.§.eligere. de tributo.

u l.traditio. de acq.rer.do.

x l.si super.3.c.

y arg.l.seq.

z l.si unus.§.pactus ne.de pact.

a arg.l.q cũ maior.§.si patris. de bo.liber.

b l.si pupilli.§. uideamus. de nego.gest.

c l.si quis rem. de arb.

d d.l.cum proponas.

e l.nihil interest. de reg.iur.

f l.ea quidẽ.j.si mancip.ita fue.alie.

g arg.l. stipulatio ista.§.alteri. de uerb.obl.

h l.nõ quicquid. de iud. Paul. Ange. Aret. Alex. hic.

i Bar.l.nõ solũ.§.quãquã. de iniur. Fely.c. dilecti filij. col. 4. de except.

k l.quod si Ephesi. de eo quod certo.lo.l.certe. ræ.fam.herc.

l l.iul.§.quãtũ ad exhib.l.si post acceptil. de rei uend.

m l.posthumus. §.si qs ex his. de inoff.test.l. eum putarem. fam.herci.

o Abb.c.2. de purga.uulg.

p l.2.j.cõmunia utrusq; iud.

q Ang.cos.200. A & B. Alex. cons.174.1.asshic.

r gl.l.qui habebat.ff.de testa.

s l.illud. de acq. hære.

t l.& ideo.de cõd.furt. Bar. l.de pupillo.§. si procurator. de op.no.nun. ul.qui filiũ.§.Sabinus.ad Tre.

x l.si.3.tit.2.

y l. cõtinuus.§. cũ quis.l.stipulatio ista.§. quæsitum.de uerb.ob.§.his igitur.in auth. de hær. & fal.

z l.4.§. condẽnatũ.de re iud. l.nõ putauit.§. nõ quæuis. de cõtrat.ab.

a l.si duo.de acqui.hære.

b l.si filius.in fi. de cõd.instit.

c l.non dubiũ.3. de leg.c.non præstat. de regu.iur.in 6.

d l.nepos.de uerbo.sign.l.3. de testa.tutel.l.eo tẽpore.de pec.

e l.Mutianæ. de cõd.& demõ.

f l.si. ubi Alb.j. de act.empt.

g l.Lucius.§. tres hæredes. ad Treb.

h d.l.ea quidẽ. j.si man. ita fu.alie.

IMPP. ARCAD. & Honorius Rufino.[a]

nullumue esse[p], ut Bart. fatetur, & receptissimum est[q]. Cumq; talem conuentionem iudex seruare teneatur[r], cur nõ & idẽ hoc casu dicimus, quo id à principio tacite actũ uideri potest? Qui enim pœnã apposuerũt, quũ scirẽt utriq; remedio locũ nõ esse, consequẽter id egisse uidentur, ut altero exacto, alteri locus nõ sit[s], hicq; cõsensus qui à principio uoluntarius fuit, etiam ex postfacto uoluntarius censetur[t]. Et hoc modo aduersus Azonem defenditur ultima uerum, quæ ab Accursio refertur, sentẽtia, quamq; & ipsum probasse uerisimile est[u], & Pet. Cy. Fulg. Paul. Cast. Rimin. & non pauci recentiores sequuntur à qua etiã esse ctu non dissident Alberti aliorumq; uetera rum hic relatæ opiniones, quas quomodo defendi & ipsę possint ostendi Paradoxorũ lib.v.cap.XII. Et ex his consequens est, ut quoties dubitamus an ex eo quod de facto contrauentum sit incurrat quis conuẽtionalem pœnam (de legali enim à nobis alibi disputatum est[x]) concludamus regulariter nõ incurrere[y], quia uerba ad ius potius q̃ ad factum referri debent[z], quum quilibet actus secundum iuris dispositionem cẽseatur[a], & promissiones cõtrahentium, significationem uerborum secũdum iuris intellectum recipiant[b], nõ à facto, quia quæ facti sunt, pro nihilo reputãtur[c]: Et illud solum possumus, quod de iure possumus[d]: Unde & adimplesse conditionẽ non petendi dicitur, qui ita prouidit, ne de iure petere possit, licet de facto posset[e]. Non procedit præ dicta conclusio, quum apparet aliud à contrahentibus actum, ut quia expressim hoc protestati sunt[f], uel uerba apposuerũt, quę ad factum referãtur[g]. Quod si uerba dubia sunt, sed non nisi de facto contraueniri poterat, ut in rescripti nostri casu, tunc pœna quoq; cõmittitur, sed ne stipulator utrunq; habeat, conuentio facti iuris effectũ habet, quia id actum censetur. Quod si id actum uideri non possit, ut qa de re tractetur quę non ex mente partium, sed ex iure publico principaliter pẽdeat, ut est datio libertatis, quum tali casu cõtrauentio facti iuris effectũ habere nõ possit, ne & rem & pœnã qs consequatur, nullus est locus pœnæ[h].

SI QVIS MAIOR. a ¶ Constitutionem hanc Arcadius Honoriusq; ad Præf. Præt. Ruffinum Olibrio & Priminio cos., misit: is est Rufinus quẽ Claudianus poëta improbum, legum uẽditorem appellat, duobusq; libris insectatur: tametsi mihi uerisimile sit, non tam ipsos Imperatores, q̃ Rufinum huius latorem legis fuisse. Siquidem autor est Suidas, cui & Eunapius Sardianus, & alij illius ætatis autores consentiunt, Rufinum & Stiliconem à Theodosio Imper. Arcadio Honorioq; filijs suis impuberibus tutores curatoresq; relictos fuisse, è quibus alter, nempe Stilicon, occidentis imperium, quod Honorio dederat, administraret: alter uero Rufinus Arcadiũ orientemq; curaret, atq; ipsos tutores omnia rapinis fœdasse, emissarios circum se habuisse, à quibus clã admonebantur, si quid usq; gẽtiũ pretiosi pulchri'ue esset, & quæ quis feracissima latifundia haberet, confestim eũ fictis accusatiõibus per subornatos calumniatores colore aliquo iuris, dominos priuabant: quũ ipsi iudices essent, ut qui in sua manu omnia iudicia, tam publica quàm priuata haberent, cernebanturq; subitis imaginibus, repentinaq; felicitate Rufini adulatores adeo florere, ut qui prius utilissimis officijs addicti, quiq; tabernis, gradibus, pauimentis purgandis operam præstare solerent, eius gratia euecti, iam purpurea chlamyde, aureis fibulis, baltheisq; ornati incederent, quum ueteres opulentæq; familiæ ad incitas interim redigerentur, omnia ad se trahẽtibus tutoribus, quod alij metu calumniarum, alij ut nouum aliquem magistratum adipiscerentur, impunitatemq; diripiendarum ciuitatum impetrarẽt, omnia in illos prodigebant: nesciebantq; Imperatores ipsi harum rerum quicquam, ut qui omnibus libellis edictisq; pmiscue subscriberent, quæ Rufini aut Stiliconis nomina præ se ferrent, nec quicq; curabant habebantúe, nisi quod ex eorum autoritate illis licebat: adeo à parentis sui Theodosij ingenio animiq; uigore degenerauerant: donec tandẽ resipuere, sublato prius impetu militari Rufino, tandem & Stilicone, sed non absque magno malo: nam mox capta est à Gothis Roma, quum prius obsessa Cõstantinopolis fuisset: ut appareat, horum tutorum fraude, tanta indole partũ Rom. Imperium, in procliue datum, mox corruisse.

b ¶ SI QVIS MAIOR. Quum olim iure ueteri qui aduersus iuratã trãsactionẽ quicquã fecisset, si dei nomine firmata erat, nulla afficeretur[a] pœna, sed ipsius dei iudi-

a l.nam sufficit. de dolo.

